
CATALOGUS
CODICUM MANUSCRIPTORUM
EXISTENTIUM
AD SINISTRAM INGREDIENTIUM PARTEM
MALATESTIANÆ CÆSENATIS BIBLIOTHECÆ
VARIIS ADNOTATIONIBUS ILLUSTRATUS
CUM PRÆFATIONE,

AUCTORE

JOSEPHO MARIA MUCCIOLO
ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM,
ET RAVENNATIS CŒNOBII ALUMNO.

ACCEDUNT COMPLURA
Ex ejuſdem Bibliothecæ Codicibus prompta, quæ vel lucem nondum adſpexerunt, vel in multam Lectorum utilitatem cedere poſſunt.

TOMUS SECUNDUS, ET ULTIMUS.



CÆSENÆ MDCCLXXXIV.

TYPIS GREGORII BLASINII SUB SIGNO PALLADIS
SUPERIORUM FACULTATE.

Ne Principis in bonas litteras, Patriæque decus bene animati Monumentum lateat, excidatve; viſum eſt Epiſtolam in lucem edere, qua Pontifex Optimus Volumen primum honeſtare, Auctoremque ad alterum excitare non dubitavit.

PIUS PP. VI.

DILECTE FILI SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

OPtime de Literis, & patria Urbe Noſtra Cæſena meritus es, qui Catalogum Bibliothecæ Malateſtinæ ſummo a te ſtudio ac labore digeſtum, plurimaque etiam eruditione illuſtratum, nupèr publici juris feciſti. Optimos ſane Codices, dignumque celebritate nomen Auctorum Cæſenatium, qui propè ſepulti longa oblivione jacebant, ad memoriam lucemque hominum revocaſti. Quare primum illius Catalogi Volumen, quod Noſtro inſcriptum Nomini, dono ad Nos miſiſti; idque a Miniſtro Generali Ordinis Minorum Conventualium verbis tuis redditum, vehementer Nobis gratum acceptumque fuit. Ad pretium, laudemque Operis accedit nitor, & elegantia Typographi Cæſenatis, qui pulcherrimis idem formis excuſſit. Eja age; Opuſque optimis auſpiciis inchoatum, pari ſtudio ac diligentia perficito. Ne vero ſumptibus parcas, liberalitas Noſtra præſto tibi erit, cui Apoſtolicam Benedictionem interea ex animo impertimur.

Datis Romæ apud S. Mariam Majorem X. Kalendas Octobris MDCCLXXXI. Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

Dominicus Nardinius
a Latinis Epiſtolis SSmi

PIO. VI. PONT. MAX

QVO. AVSPICE

REM. IMPLICATAM. AGGRESSVS

PRIMAM. PARTEM. CATALOGI

BIBLIOTH. MALATESTIANÆ

LITERARVM. ARTIVM. QVE. PROPAGATORI

IOS. MVCCIOLVS. V. L. DEDICAVIT

IDEM. ALTERVM. ABSOLVTVM

SVASORI. ET. HORTATORI. SVO. DEFERT

CONSECRANS. QVE

RITE. DEVM. PRECATVR

VT. PRINCIPEM. OPT.

QVAM. DIVTISSIME. INCOLVMEM. SERVET

QVEM

REI CHRISTIANAE. BONO. DATVM

POTESTATIS. SVPREMAE. VINDICEM

PACIS. AVCTOREM

CONCORDIAE. PVBLICAE. CONCILIATOREM

FATEMVR. ET. VENERAMVR

PRÆFATIO.


Dito a me primo Catalogi Bibliothecæ Malatestianæ Tomo, varia de illo judicia, partim Epistolis ad me perlata, partim typis sunt commissa: plerisque Opus (id quod eorum humanitati tribuo) laudantibus; nonnullis aliquid in eo vel reprehendentibus, vel desiderantibus. Non minorem postremis his (de his loquor, qui non carpendi, sed monendi animum præsetulerunt,) quam illis, qui benigne omnino de illo Tomo judicarunt, quibus singulis gratiam habeo, & ago: neque moleste laturos puto, si afferam pauca, quæ ad scribentis animum, defensionemque pertinent. Reprehendunt igitur, quod Codices nostræ Bibliothecæ memorans non adjecerim, Chartacei ne, an Membranei essent, eaque in re ab aliorum more, qui Catalogos texuerunt, recesserim. His respondeo, non fuisse, cur ego hac in re viros doctos imitarer. Hi enim de Bibliothecis egerunt, quarum Codices cum membranei magno numero, tum magno etiam numero chartacei, sive ex lino, sive ex Gossipio, & nonnulli etiam ex alia materia fuerunt; quam ob rem necesse esset singula notare. A me vero agebatur de Bibliotheca, cujus Codices omnes, duobus dumtaxat exceptis, Membranei sunt. Satis itaque existimavi (& profecto ita existimandum erat) illud solum monere, Codices, de quibus acturus eram; omnes, duobus exceptis, esse membraneos, quod sane præstiti Cap. IV. descriptionis Bibliothecæ pag 21., neque eo tamen contentus nonnullos interdum Codices describens non modo membraneos eos esse dixi, sed præterea adjeci: *ficuti ceteri omnes*. Fastidium profecto Lectoribus ingessissem; si quod uno loco monere satis fuerat, id ad unumquemque Codicem repetiissem. Non defuerunt, qui dicerent, me ad ætatem Codicum definiendam levibus interdum conjecturis duci, characterum nempe qualitate, figlis, litterarumque compendiis, & si qua alia sunt hujus generis. His respondeo: satis mihi jampridem compertum fuerat, non recte semper ex characterum qualitate, figlis, breviandarumque vocum ratione de Codicum ætate judicium fieri. Ubi tamen hujus esse, vel illius Sæculi pronunciavi, non iis unis indiciis fretus id feci, sed gravioribus aliis, ac eo plerumque, quod scriptio Codicis eandem omnino manum ostenderet, qua exaratos se produnt alii nostræ Bibliothecæ Codices, in quibus Librariorum subscriptiones habentur, se Codicem scripsisse testantium Sæculo XIV. vel XV. Ubi neque hoc, neque gravibus aliis argumentis, indiciisque niti potui, non fidenter, sed dubitanter tantum dixi, videri posse Codicem hujus, vel illius Sæculi esse, neque certe quidquam ea de re statui.

Fue-

Fuerunt & alii, qui de duobus Libris metrice ſcriptis a Franciſco Uberto Oratore, & Poeta Cæſenate, & deſcriptis Pluteo I. pagg. 4. 5. 6. &c., ſicuti etiam de præclaro Commentario in Boethii Opus de Conſolatione Philoſophiæ, plura a me dici debuiſſe, monuerint, quam ad Pluteum XIV. pagg. 61., & 62. dixerim. His rationem conſtare ultro fateor. Sed ſcilicet temporis anguſtiæ in cauſſa fuerunt, cur non uberius (quod & ipſe faciendum intelligebam) de iis tum diſſererem; notavi tamen non modo, quæ obſervatione digna eſſent, ſed etiam, ut par erat, illuſtravi.

Hæc amice, & private. Quæ ſequuntur a Florentinis per Ephemerides litterarias notata. Deſcribens Codicem VI. Plutei III. noſtræ Bibliothecæ in eo Fragmentum Carminis monui reperiri *de Natale Domini, & de Virginitate Genetricis Mariæ*. Fragmentum hoc pro inedito habui, totiuſque ejus Carminis auctorem S. Hieronymum, fidem hominis, qui Codicem deſcripſit, ſectatus credidi. Monuerunt Cenſores in laudatis Ephemeridibus Carmen hoc totum editum eſſe in Collectione Piſaurenſi omnium Poetarum Tom. VI. pag. 276. Id a me antea ignoratum fateor, habeoque gratiam, per quos didici. Piſaurenſis ceterum illa Collectio ſæpius a me pervolutata fuerat, neſcioque, quomodo factum ſit, ut editum in ea id Carmen non animadverterim. Aſt cum in eadem Collectione Carmen illud fide *Caſparis Barthii*, a quo primum in lucem exiit, tribuatur *Andreæ* cuidam *Oratori*, hinc Ephemeridum earum Auctores hæc in me jacere non dubitarunt. *Per non fare troppo lunghe, e nojoſe critiche ci prendiamo ſolamente la libertà di avvertire il Padre Muccioli a non eſſere sì facile ad attribuire qualche coſa agli Scrittori, delle di cui Opere ci dà l'Indice, quando non abbia buone ragioni per farlo. Il ritrovare o ſui cartoni, o ſull' eſtremità dell' ultima pagina di un Libro alcuni verſi, non è baſtevole argomento per giudicarli dell' Autore, di cui è il Libro.* Hic facere non poſſum, quin æquitatem ſcribentium requiram, meque ab iis non ſatis merito perſtringi doleam. Nunquam ita fui ſtupidus, ut ſi quod Carmen, vel aliud Opuſculum ſine Auctoris nomine in fine alicujus Codicis repererim, id continuo, & ſine ullo examine adſcripſerim Auctori illi, cujus Opera eo in Codice præcedant, totumque Codicem occupent: immo neque ſemper Opuſcula, quæ alicujus Auctoris nomen inſcriptum præferunt, continuo & ipſi Auctori, cujus in nomine apparent, tribuenda duxi, idque & ſi maxime in Codicibus, quos deſcripſi, intermixta inveniantur aliis illius ipſius Auctoris Operibus. Videant quæſo Lectores, quæ de Codice num. II. Plutei XI. dixi. Ibi S. Hieronymi Epiſtolis unam, & alteram (nempe 41., & 70.) eſſe intermixtam monui, quæ ipſi quidem S. Hieronymo tribuantur, ſed alio omnino Auctori adſcribendæ ſint, nempe S. Maximo Epiſcopo Taurinenſi. Obſervent, quæ ad Codicem III. Plutei X. adnot. (d) circa S. Auguſtini *Sermones ad Fratres in Eremo demorantes* notavi; & compertum omnino fiet, qua utar methodo, ne quis me

præ-

præceps judicium adferre, & inconfideratum de iis Opellis, quæ ad finem Codicum reperiuntur, pronunciare audeat. In Codice III. Plutei XIII. pag. 56. Magni Caffiodori Senatoris liber extat *de Anima*, fine Auctoris autem nomine eft ipfius Operis Index, immo Opufculum hoc fubjectum cernitur quibufdam Ifidori Hifpalenfis Epifcopi Operibus in Codice II. ejufdem Plutei, ac fi ejufdem S. Ifidori fit, neque tamen, & fi ad ea verba: *Expliciunt capitula Ifidori contra Iudæos:* continuo fequatur Index rerum, quæ in eo Opufculo continentur, Ifidoro adjudico ea facilitate, de qua Cenfores me arguunt, fed adfcribo Caffiodoro. Nimius effem, fi vellem fingula percenfere exempla, quæ continentur in Tomo I. Bibliothecæ Malateftianæ, & infinitus, fi ea, quæ extant hoc in II. Tomo, in quo, nifi plus æquo me amo, invicta funt argumenta, operam, & induftriam (abfit verbo invidia) patefacentia. Ad rem meam: Fragmentum Carminis, quo de agimus in Codice noftro, Epigraphen hanc habet: *Verfus Beati Hieronymi de Natale Domini, & Virginitate Beatæ Mariæ*. Igitur non præcipiti arbitratu meo S. Doctori adfcripfi, fed Codicis fide, quam non fpernendam adnotatione (d) ibi demonftro. Velim etiam obfervent Eruditi, Scriptorem Codicis noftri in fuperiori ipfius paginæ margine, hæc monuiffe: *Verfus iftos inveni, de quibus, quia fcriptura erat antiquiffima, & deleta, vix aliquos excerpere potui, qui fequuntur*. Quo itaque jure Cl. Cafpar Barthius nobis dedit integrum Carmen laudatum fub nomine *Andreæ Oratoris* non alia re motus, nifi quia, ut fufpicari merito poffumus, illud eo titulo infignitum reperit; eodem jure & ego fragmentum ipfius luce donavi Hieronymo adfcriptum, cum talis fit ejufdem Infcriptio. Potiori namque ratione Infcriptioni, quam id fragmentum Carminis in Codice noftro præfert, fidendum videtur, quod Librarius profiteatur, fe illud fumpfiffe ex vetuftiffimo Exemplari, & vetuftate corrofo, quæ res effecerit, ut nonnifi paucos illos, quos exhibuit, verfus ex eo exfcribere potuiffet. At tanta antiquitate Codex Barthii fortaffe non fuit, faltem an fuerit, ignoramus. De Andrea ceterum Oratore nihil unquam legi, prorfufque de eo filent cum Jo: Albertus Fabricius, tum ceteri, qui Bibliothecas, quas vocant *Auctorum*, fcripferunt.

Vellem huic cauffæ finem imponere, ut brevitati ftudeam. Aft dent mihi Lectores, ut quæ prima fronte videntur tricæ, & non funt, ad examen breviter revocem. In iifdem Ephemeridibus laudato in loco hæc funt. *Ne S. Girolamo avrebbe mai detto del Salvatore, come riferifce il P. Muccioli fulla fede del MS.*: *Bis genitus fine Matre Opifex, cum Patre Redemptor*. Fateor S. Hieronymum hæc minime dicturum fuiffe; fed an & alius quilibet, qui Auctor fuerit ejus Carminis, fi alium a S. Hieronymo ponamus, illud ipfum fuiffet dicturus? Animadvertere debent Ephemeridum Auctores, mendum ibi Librarii effe, non ejus, qui Carmen ipfum compofuit, quifquis is fuerit. Scripferat Author *fine Matre Opifex*, *cum Matre Redemptor*, ut Anthitefis ipfa

mani-

manifeſtat. Quod ſi quis id a me non indicatum culpaverit, repoſuerim, non id oneris in me recepiſſe, ut ſingula, quæ in Codicibus ſunt vitioſa, corrigerem: id quod in fine Epiſtolæ ad Lectorem palam in ipſo primo Tomo, pluribuſque aliis in locis monui: multoque minus id faciendum ſumpſi in iis locis, quos corruptos eſſe pluſquam manifeſte pateret. De ceteris, quæ in prædictis Ephemeridibus exhibentur, & reprehenduntur, Eruditorum eſto judicium.

Longe profecto aliter de primo illo Tomo cenſuerunt Ephemeridum Romanarum Auctores, quorum perhonorificum judicium mirum quantum, ut ſecundo huic Tomo contexendo alacrius inſiſterem, effecerit.

Eſt quod heic moneam, in loco Epiſtolæ Cl. Equitis Hannibalis Oliverii, quam dedi in adnot. [y] pag. 11. mendum eſſe in voce *Saperelli*, pro qua legendum *Superchj*, idque mendum unice tribuendum eſt, qui legens oculos in eam vocem minus attente conjecerim.

Venio ad Partem hanc alteram, quam ſperabam multo citius in lucem proditum iri, ſed ne antea prodiret factum graviſſima oculorum debilitate, qua neque prorſus in hunc diem relevatus, ut operi finem imponerem, curavi, licet amici me etiam atque etiam rogarent, ut lectionem omnem intermitterem, ne in amittendorum oculorum periculum me conjicerem. Hinc facilius veniam ab æquis Lectoribus impetraturum me confido, ſi quid in eo minus recte dictum, minus diligenter explicatum offenderint. Sed cum alia quædam emendatione digna fieri poteſt, ut in hoc Tomo occurrant, tum certe, nunc animadverto, emendanda eſſe, quæ notavi de claris Viris Vallarſio, & Manſio, cum Euſebii Cæſar. Chronicon, quod in noſtra Bibliotheca Plut. XI. num. IV. pag. 56. habetur, deſcriberem. Neque enim conſtat, Vallarſium a Manſio in Diſſertatione inſerta Tomo 45. Opuſculorum Calogerianor. ea de cauſſa, quam ibi affero, reprehendi, ſed ob id tantum ab illo reprehenditur, quod Scaligerum accuſaverit: *de inductis temere nonnullis in ipſum Chronicon Euſebii ex interpretatione S. Hieronymi contra fidem veterum Manuſcriptorum;* notatque Manſius loca fere omnia, quæ temere Chronico illi a Scaligero intruſa Vallarſius contendit, reperiri totidem verbis in pervetuſto Lucenſi Codice, etſi margini adſcripta: quæ quidem loca a Manſio ſubjiciuntur, nihilque ad eam rem pertinent, in qua reprehenſum ab eo Vallarſium mihi perſuaſeram. Memoria ſcilicet, cum ea ſcriberem, me feſellit, neque tum Calogerianum opuſculum ad manum habebam, ut conſulerem.

Ad calcem hujus Tomi quattuor Tabulas exhibeo a Joſepho Achilli Cæſenate delineatas, Florentiæque a Benedicto Eredi Raven: in ære inciſas, quæ Bibliothecæ noſtræ Architecturam ſub oculos ponunt. Opportunius hæ exhibendæ fuiſſent in Tom. I. eo loco, quo Bibliothecam deſcripſi. Sed ſumptui, qui ad eas delineandas, ærique incidendas requirebatur, tunc impar fui. Subſidio minime a me expectato, poſt Tomum illum editum, adjutus, nunc demum facere id, quod tunc non licuit, potui. Eri-

Frigitur, ut ex his Tabulis patet, splendidum hoc Litterarum Museum ea lege, quam præscribit ex consuetudine, qua Romæ ædificabantur Bibliothecæ, celebris Augusti Architectus Vitruvius lib.VI. cap. VII. *de Architectura*, dum ait: *Bibliothecæ in Orientem spectare debent: usus enim matutinum postulat lumen. Item in Bibliothecis libri non putrescunt; namque in his quæ ad meridiem, & occidentem spectant, tineis, & humore vitiantur, quod venti humidi advenientes procreant, eas & alunt, infundentesque humidos spiritus pallore volumina corrumpunt.* Mitto ea, quæ idem Auctor paullo post addit. Jam vero multiplices illæ fenestræ, quæ continuo binæ respondent singulis Bibliothecæ nostræ arcubus ferme ad Orientem, & Occidentem singulæ vergunt, lumenque matutinum excipiunt; quapropter trium Sæculorum & amplius spatio Libri nulla prorsus labe affecti inveniuntur. Alto in loco est extructa, sicuti Vitruvius loquitur de ipsis Ædificiis constructis a Principibus. Attollitur enim supra duos Fornices variis columnis sustentatos, quarum altitudo est duodecim pedum Romanorum. Pariter in amplo, apertoque situ locata, quare nihil esset, quod luminibus obstrueret tum, cum primum ædificata est: contra quam factum postea, quæ caussa fuit una, ut subobscurior videretur. Ad ponendam sub oculos primo intuitu, & clarius Bibliothecæ structuram, non ut secundum latitudinem Tabulæ, ut fieri solet, impressæ traderentur, sed juxta Foliorum magnitudinem, quibus componitur Tomus, exoptavi, ita ut hæ Tabulæ sinistrum latus inspicientibus, ferme Orientem; dextrum Occidentem monstrarent, sicque statim situs, & respectus, aliaque ejusdem Bibliothecæ fierent patentia. Hujusmodi positionis Tabularum exemplum habemus in Catalogo Bibliothecæ Mediceo-Laurentianæ ab Antonio Maria Biscionio congesto: Florentiæ Anno 1752. edito: hoc insuper modo impressæ diutissime servantur.

Prima Tabula Plantam Bibliothecæ Malatestianæ ostendit, quam triplici fornice esse instructam, atque in pavimento medii fornicis ejusdem rationis plures exhibere Inscriptiones marmore incisas, monuimus Cap. IV. pag. 21. Tom. I.

Secunda Tabula elevationem, & per longum dissectionem ejusdem Bibliothecæ, Pluteorum, Columnarum, & Fenestrarum numerum continens exhibet. Numerus in ea primus Plantam basis Columnarum; & numerus secundus earundem Prospectum. Numerus tertius Plantam Capitellorum monstrat; & numerus quartus eorundem Prospectum ostendit. Hæ Columnæ striatæ sunt, earumque proportio ferme conformis est iis, quæ in magnifico Ariminensi Templo S. Francisci visuntur a Cl. Leone Baptista Alberto Architecto delineato, qui vetusta Romana Ædificia pene ad vitam revocavit.

Tabula tertia num. V. Prospectum extimum Bibliothecæ; num. VI. ejusdem dissectionem per latum, quæ Arcus triplicis Fornicis, Pluteorumque Prospectum ad oppositam partem commostrat. Ad horum Pluteorum imitationem eos elaboratos fuisse, qui summa cum

elegan-

elegantia, & pulchritudine fabrefacti, & a Cl. Michaele Angelo Bonarotto delineati in Bibliotheca Mediceo-Laurentiana confpiciuntur, facile credimus. Sicuti Plutei noftri, ita & illi loculos habent ad Codices cuftodiendos; & pars una Plutei fubfellium legentibus; altera vero tabulam præftat ad Codices commode legendos. Num. VII. Profpectum oftendit unius ferrei clathrorum ex duabus Feneftris ad latera Januæ ejufdem Bibliothecæ exiftentibus. Vide quæ protulimus de ferreis hifce cancellis mira arte elaboratis Cap. IV. Tom. I. pag. 21. Num. VIII. latus unius Plutei monftrat. Num. IX. Profpectum unius Plutei internum.

Tabula quarta Num. X. Quadratum marmoreum anaglypho opere exculptum cum Elephante, circa quem Emblema infcriptum legitur: *Elephas Indus culices non timet*; & ad angulos quattuor fupremi lateris, infimique, & in medio eorum Malateftianæ Familiæ Infignia, de quibus laudato in Cap. pag 22. In medio poftea aliorum laterum bini Flores cernuntur exprimentes Stemma [quod didici a Viro erudito] Ifottæ Ariminenfis, cujus Fœminæ & Sigifmundi amores Bafinius Parmenfis inter primos celebravit opere jam edito Parifiis typis Simonis Colinæi 1539. Num. XI. Portæ Profpectum cum laterali Infcriptione Matthæi Nutii Architecti, aliifque, quæ omnia, ut melius fub oculos ponerentur, majori fcala delineari operæ pretium duximus.

Si igitur brevi Bibliothecæ internas partes fpectabimus, arcus fcilicet, qui a Columnis fuftentantur, & Fornices circumductos, Columnafque ipfas Capitellis, & bafibus refpondentes, fi non perfectiffime, faltem ad Ordinis compofiti, & romani formam deductas; fi extimum ejufdem Profpectum aliquantulum contemplabimur, qui regularem Formam Quadrati anaglyphi, quod Januæ fupereminet, recto ordine, & architectonico præclara Malateftarum Gefta perbelle oftendit, atque Portam ipfam Epiftylio, duabus ftriatis Antis, Jonicifque bafibus, & compofitis Capitellis fine Encarpis circum ornatam, quibus Zophorus, Coronis, & Frons pulchritudinem, veteremque gravitatem, uti Architectonices cultoribus eft manifeftum, exhibent, fane hæc omnia oftendunt, Matthæum Nutium Græcæ & Romanæ Architecturæ ftudiofiffimum fuiffe. Et quoniam in multis clariffimi, & peritiffimi Leonis Baptiftæ Alberti Architecti imitator fuit, vel ipfius difcipulum extitiffe, vel ab ejus Operibus multa excerpfiffe (cum eodem viverent ævo, eidem Principi Familiæ ambo infervirent) non immerito affirmare poffe confidimus. Merita itaque, ac jufta de cauffa, ut videre licet Cap. IV. Tom. I. pag. 20. monimenta extant, quæ certam fidem faciunt Matthæum celebrem fuiffe Architectum, atque in aliis Architectonices Operibus, quæ adhuc perftant, non facile a fe ipfo difceffiffe.

CATA-

CATALOGUS CODICUM MSS.
BIBLIOTHECÆ
MALATESTIANÆ

TOMUS SECUNDUS

IN TRES PARTES DIVISUS,

QUÆ, QUID CONTINEANT,

SEQUENS PAGINA DECLARABIT.

TRES PARTES, IN QUAS TOMUS HIC
DISTRIBUITUR,
PLUTEOS BIBLIOTHECÆ CONTINENT
A D
INGREDIENTIUM SINISTRAM COLLOCATOS,
QUI SUNT
VIGINTI NOVEM NUMERO;
IN PRIMA PARTE
DE TREDECIM PRIORIBUS PLUTEIS AGITUR;
IN SECUNDA
DE QUATUORDECIM ALIIS, QUI SEQUUNTUR;
IN TERTIA
DE RELIQUIS DUOBUS,
QUI QUIDEM HEBRAICA EXEMPLARIA
CONTINENT,
CUM NONNULLIS LATINE, ET ITALICE SCRIPTIS,
QUI
IN CAPSULA PLUTEI XXIX
ASSERVANTUR.



BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ CATALOGUS

PARS PRIMA

PLUTEUS I.

IN EO CODICES SUNT NUM. XII.





Pus in duos libros diſtributum Fortunii Liceti Genuenſis *de pietate Ariſtotelis erga Deum*, *&* *homines* primum tenet locum in Pluteo, atque in eo Opere aliud ejuſdem Auctoris opuſculum extat inſcriptum de *Annulis Antiquis* cum ſuis figuris. Quoniam vero typis ſunt excuſa, ne ab inſtituta methodo recedamus, de ipſis, aliiſque hujus ſiniſtræ partis prælo commiſſis ad Catalogi finem differemus. Et merito: Sunt enim haud mediocris pretii, & bene multa præſeferunt obſervatione digna.

I N I.

1. *Tractatus de vita*, *&* *morte religioſi viri Galeotti Roberti de Malateſtis Tertii Ordinis Sancti Franciſci Principis Arimini*. Principium ejus eſt. *Glorioſus Deus, qui multifariam multiſque modis nobis ingratiſſimis creaturis ſuis ſuadet &c.* Finis vero. *Ad laudem Omnipotentis Dei*, *&* *gloriam Beati Patris noſtri Franciſci erga Filios ſuos benigni*, *&* *propitii*. *Laus Deo*. *Amen*. Tractatus eſt ſine Auctoris nomine; aſt, quæ in eo deſcribuntur, ab Alumno Ordinis S. Patris Franciſci eſſe elucubratum, dubitare non ſinunt.

2. Hunc Tractatum in Codice excipiunt *Miracula religioſi Viri Galeotti Roberti Tertii Ordinis S. Franciſci Principis Arimini*; ſive rectius Gratiæ, quæ numero ſunt LVI., ſuperna Dei operante virtute ad oſtendendam hominibus ejus Principis vitæ Sanctimoniam poſt mortem per ipſum operatæ. In fine Librarii nomen ſcriptum legitur. *Io Benedetto di Meſer Nutio ſcriſſi*. Tractatus de Vita Religioſi Viri Roberti latino eſt exaratus ſermone; miracula autem italico, & ejuſmodi, ut eam loquendi ſervet rationem, quæ vulgaris erat Ariminenſibus Sæculo XV.

Ad posticam primæ paginæ faciem, quæ Tractatum anteit, Inscriptio totum occupans spatium eleganti circumductum pictura calamo architectonice a Francisco Masinio elaborata, (*a*) ita se habet.

Nicolaus Masinius secundus
Physicus
Cum vitam hanc Beati Roberti Malatestæ
Arimini Principis, Fratrisque Dominici Bibliothecæ
Conditoris
Dono acceperit, huic & merito dare voluit
Anno Salutis MDC

Codex est sæculi XV., & quæ continet, crediderim alibi desiderari. (*b*)

I N I I.

1. Antidotarius titulum hunc habens rubri coloris litteris scriptum. *Incipit Antidotarius Johannis Damasceni filii Mesue Grabadin, quod est agregatio, vel Antidotarius Liber incipit tertius.* Initium hoc est. *Scripsimus in libris Explanationum nostrarum, & ex iis, quæ exposuimus, sunt quædam adhuc memoratione digna. Et quorum congregatione summam contexuimus, quod Grabadin medicinarum vocamus, quod est compendium secretorum, in quo expositiones, & productiones nostras, & ea quæ invenimus, & aquisivimus, iis, qui artis medicæ secreta sciunt tradere dignum ducimus esse &c.* In hæc verba desinit. *Hujus Grabadin excipit locus. Quare gratias omnium bonorum largitori deferimus, qui auxiliatur laboribus nostris, statuit in lumine tenebras, & in quiete laborem.* Postea. *Johannis Damasceni filii Mesue Grabadin medicinarum universalium explicit. Particularium autem medicinarum cum Dei auxilio incipiamus. Benedictus Deus. Amen. Sanat solus languores Deus, & de fragilitatis solo perduxit in largitate sua medicinam. Benedictus excellens Deus.*

2. Subjiciuntur Synonima arabico-latina; & deinde *Explicit Liber Johannis Damasceni, & est Antidotarius.* Sequitur liber ejus *de simplicibus, & debet præcedere istum Antidotarium, quoniam iste, qui sequitur, primus ejus liber dicitur. Iste autem, qui dicitur Antidotarius tertius ejus liber dicitur.*

Animadvertamus heic, quæso, hunc librum *Antidotarium*, sive *Grabadin* appella-

(a) Franciscus Masinius ex nnbili Masiniorum Familia is est, qui omnibus fere hujus Plutei Codicibus varios ad primas eorum paginas ornatus calamo coloratos affinxit; is idem Magnifici Principis Malatestæ Novelli imaginem, quam impressam dedimus in primo Operis nostri Tomo, penicillo depinxit, quæ ad interiorem Bibliothecæ partem vestibulo supereminet; is tandem est, qui non solum picturæ, sed & architecturæ sedulam dedit operam. Fons ille, qui in medio Plateæ Cæsenatis splendide, eleganterque erigitur ad dulces, salubresque aquas quoquoversus fundendas opus ipsius est, cujus archetypum ingeniosissimum elaboravit, multisque in pagellis ipsum Francisci manu delineatum sub oculis habui, atque extat apud Comitem Vincentium Masinium virum eruditione præstantem, & in pangendis carminibus præsertim italicis nemini fere nostratum hac ætate secundum. Franciscum Masinium & picturæ, & architecturæ claros habuisse Præceptores monet Pater Peregrinus Orlandus Bononiensis in libro inscripto. *Abcedario pittorico* lit. F.

(b) Alibi, inquam, desiderari. Multis ab hinc retro annis exemplar vidimus Tractatus vitæ, & mortis Roberti Galeotti Arimini Principis, quod vir cl. Comes Joseph Garampus (nunc Apostolicæ Sedis Legatus meritissimus ad Romanum Imperatorem) Roma Cæsenam veniens secum detulit eum nostro hoc Codice collaturus; ideoque si haud unicus est, autographus proculdubio Codex noster est existimandus. Ab ipso omni eruditione ornatissimo accepimus in itinere suo valde admodum sollicitum esse, animoque intentum, ea omnia de Principe ipso detegendi, quæ longa oblivione erant sepulta. Qua de re, cum in hoc Tractatu quam multa de hoc viro Principe sint, vel ab aliis Historicis prætermissa, vel falsis narrationibus intercepta, quæ ceteroquin ad Gentis Malatestianæ gloriam, ac Seraphici Ordinis mei ornamentum apprime conducunt; cum in percensito Exemplari *Miracula Religiosi Viri Roberti Galeotti* eruta non essent, omnia, quæ noster Codex adfert, inter Anecdota recensebo, nec non ea ab ipso Josepho Garampo summo studio collecta; addamque aliqua ex nonnullis monumentis deprompta, ut quæ fuerit tanti viri in Deum pietas, in homines universim munificentia hinc etiam magis eluceat.

pellatum, & duos alios, de quibus jamjam dicturi sumus, ex arabico versos fuisse latine a Jacobo Sylvio, & cum Scholiis Lugd. anno 1550. 8. editos, eo tamen ordine, quo a Joanne Damasceno fuere concinnati, ut tertius Liber primum, & secundum non antevertat, uti Codicis Scriptor plane fatetur, dum ait. *Iste autem, qui dicitur Antidotarius, tertius ejus liber dicitur*. Jam vero, si Scriptor hoc monet, & tamen a tertio libro auspicatur initium, id ex industria, & consulto fecisse putandus est. Et certe, cum tertius liber de medicinarum universalitate pertractet, atque in eo Theoremata, Canones constituantur magis comparati ad alios libros intelligendos ejusdem Joannis, consuluit vel non mediocriter captui eorum, qui legunt hoc opus, dum eum ipsum librum præmisit.

3. Sequuntur libri duo, quorum primus hunc titulum præfert. *Liber secundus de medicinis Laxativis simplicibus Johannis Damasceni*; scilicet de medicamentorum purgantium delectu, castigatione, & usu. Secundus autem titulus habet. *Canones universales, & de simplicibus*. Liber qui reapse primus est, incipit. *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Incipit liber de rectificatione, & electione medicinarum simplicium solutivarum, quæ sunt Johannis Damasceni, & Johannis Habelmesue in lingua nostra Helmesueth vocatur*, & statim addit. *In nomine Domini Dei nostri Jesu Christi misericordis, cujus nutu sermo recipit gratiam, perfectionem, & doctrinam. Principium verborum Johannis Filii Mesue, Filii Amiameth, Filii Haly, Filii Abdellæ Regis Damasci*. (c)

4. Post hoc tres libros alius occurrit *de Appropiatis*. Succedunt binæ paginæ res medicas continentes incerti Auctoris diversa manu, & recentiore exaratæ, quæ non aliud commonstrant, quam observationes factas in librum *Appropiatorum*.

Codex scholiis, additionibus, medicisque tentaminibus ad margines, adque paginarum limbos est refertus, suntque hæc scholia recentioris scripturæ, quam Codex, qui scriptus est sæculo XIV.

Prima Codicis pagina, circumque eam quoquoversus pictura mirifice efformata hæc in sui medio habet.

Joannis Mesue Damasceni de Re Medica
Librum Antidotarium nuncupatum
Ab eorundem Bibliotheca amovit idem Nicolaus
Masinius II. Physicus
Huicque donavit Anno salutis
MDLXXXIX

IN III.

Expositio octo librorum Physicorum Aristotelis. Una ex paginis libri septimi corrosa est, ut difficulter lectionis unionem assequi possis. In fine *Explicit expositio totius libri Physicorum in compendio cum ordine Capitulorum*. Et ita Expositor scriptionem claudit. *Non mihi, sed Deo Summo, cujus libri finis est mecum gra-*

tias

(c) Hæc in Codice nos adnotasse nemo miretur. In primis plurimum faciunt ad omnem dubitationem tollendam, num arabice scripserit Joannes Damascenus Antidotarium suum, an græce, cum versionis illius Auctor plane arabice scripsisse, rem indubiam faciat. Deinde apertam esse distinctionem inter Joannem alterum Mesuem Damascenum seniorem, qui, ut scribit Gregorius Albupharajus, floruit circa annum Christi 791; & hunc alterum Joannem Mesuem Damascenum, qui floruit anno Christi 1160. Et revera titulus ex arabico sermone in latinum versus, & quidem versionis antiquæ, ut in Codice nostro. *Principium verborum Joannis Filii Mesue Filii Abdellæ Regis Damasci* satis superque, ut Historicis perspectum est, nobis ostendit, non nisi juniori Joanni Damasceno posse hæc verba congruere, ut observat Mundinus de Lentiis, cujus mentionem fecimus in primo Tomo Plut. XXIV. pag. 85. adnot. d. Videsis etiam Elenchum Medicorum veterum Fabricii volu. XIII. lib. VI. cap. IX. pag. 256. Quapropter liber Aphorismorum CIX, de quo in Pluteo XXIII. Cod. IV. pag. 83. locuti sumus, est Joannis Damasceni senioris scriptus ad Filium suum, quem ad libri finem commendat, quod ad artem magnam Galeni latine traducendam sedulo se applicuerit.

tias agant dulciter congratulantes, cui summa sua bonitate sibi placuit, me ad hujus operis finem feliciter pervenire optatum. Gratias igitur Deo Patri, gloria reddamus & Filio, simul inferentes honorem Spiritui Sancto. Omnipotenti Deo, qui in Excelsis vivit in sæcula Sæculorum. Amen. Lector ora pro me.

Scritto per me Battista Rudella adì 12. *Novembre* 1465. Cæsenæ scriptum arbitror, ubi hæc Familia adhuc extat.

Io aoteriore facie primi folii, quod pulcherrimum ornatum habet, intra ejus ambitum hæc Inscriptio legitur.

Librum hunc in octo Aristotelis libros Physicorum
Explicationem continentem ab antiqua amovit
Nicolaus Masinius II Physicus
Suorum Bibliotheca, hanc, ut dono afficeret
Anno Salutis MDLXXXIX

I N I V.

1. *Aristotelis de Physica.*
2. *Ejusdem de longitudine, & brevitate vitæ.*
3. *De Cælo, & mundo.*
4. *De sensu, & sensato.*
5. *De memoria, & reminiscentia.*
6. *De somno, & vigilia.*
7. *De generatione, & corruptione.*
8. *De Anima.*
9. *De Methaphisica.*

Ab operis principio usque ad paginam trigesimam nonam in marginibus, qui sunt admodum ampli, multa undique minutioribus, nec noo spissis characteribus sunt exarata, quæ ferme oculorum aciem vel exquisito perspicillo adjutam effugiunt; in eorundem nihilominus margioum, tum ioitio, tum exitu hæc coospicua suot. *Scriptum Ægidii in VI. Priorum librum Explicit. Scriptum Ægidii in VI. Physicæ.* Quæ heic habentur, extant & io Codice I. Plut. XXII. pag. 78., & in Codd. II. III. ejusdem Plutei dexteræ partis nostræ Bibliothecæ, ut suo loco ootavimus, sed absque Ægidii commentario.

Codex est Sæculi XIII.

Non deest hoc etiam in Codice Possessoris adnotatio, & ipsa pulcherrima architectura circum ornata.

Volumen hoc
Novem integros Aristotelis libros
Continens
Ab antiqua suorum Bibliotheca abstulit
Nicolaus Masinius II Physicus, huicque donavit
Anno Salutis MDLXXXIX.

I N V.

1. *Ovidii Metamorphoseos, cum vetustis scholiis* Aoooymi.
2. Dissertatio de Ovidii vita, dignitatibus, operibus, & ætate. (*d*)

Co-

(d) Hoe volumen *Metamorphoseon* inscriptum esse inter Ovidiana opera præstantissimum non tantum veteres Scriptores sentiunt, ut Lactantius, sed etiam Recentiores, ut Aldus Manutius aliique quam multi, licet ut ipse canit Ovidius 2. Tristium, ver. 555. illi operi ultimam non imposuerit manum.

Dictaque sunt nobis, quamvis manus ultima cœpto
Defuit, in facies corpora versa novas.

Nostrum heic non est Scholia sive marginalia, sive interlinearia exscribere, quamvis maximi sint momenti, & putemus inedita, cum tunc novam hujus Operis curare Editionem oporteret. Omittimus etiam notare lectionum di-

ver-

Codex est Sæculi XII., ac proinde in non levi pretio habendus. Dignoscitur hujus sæculi esse ex characterum forma, exque eorum exiguitate, & abbreviaturis. Omnes versuum primæ litteræ separatim scriptæ sunt a cæteris: distinguuntur postea in eo libri XV. (ex quibus hoc Opus in Codice numeris omnibus absolvitur) per solas litteras rubro colore exaratas, ceterisque aliis aliquanto grandiores; nec libri ullum præferunt argumentum, quod apud Eruditos non leve esse solet vetustatis indicium, & tandem in pergamena scriptum est hoc eximium Ovidii opus nulla ex parte lævigata, sed utrobique aspera; non alba, sed fumosarum instar imaginum. Quid multa? In ultima pagina ad supremum ipsius limbum numerus conspicitur 1185, qui extra omnem dubitationis aleam sæculum indicat XII.

Ad anticam primi Folii partem intra ornatum non sine arte, & diligentia efformatum hæc sunt.

Ovidium hunc ab antiqua majorum
Suorum Bibliotheca sumptum
Huic donavit
Nicolaus Masinius II Physicus
Anno Salutis MDLXXXVII.

I N V I.

1. Titulus est. *M. Valerii Martialis Epigrammaton*. Primus liber incipit. *Valerius Martialis Lectori suo salutem*. In fine libri hæc sunt. *M. Valerii Martialis Epigrammaton liber primus explicit; ejusdem secundus feliciter incipit. Ad librum suum versus;* & ita deinceps ad omnes libros, qui tot numero sunt, quot extant in Editionibus, quorum ultimo *Apophoreton* titulum ipse Auctor imponit, quo nomine appellantur munuscula, quæ in Saturnaliis, atque solemnibus conviviis domum reportanda convivæ accipiebant. Vide Tomasinum de donariis veterum cap. 17. Tom. 12. Thesauri Antiquitatum Rom. pag. 818. Omnes tituli rubro colore scripti conspiciuntur; primi tamen libri prior littera vividis coloribus, auroque illitis venuste efformata per margines circum quaque spargitur.

2. Ad calcem libri ultimi Martialis scriptum eisdem characteribus legitur. *Hæc quæ sequuntur Epigrammata Martiali falso sunt attributa; vetustissimi enim Codices non habent, quamquam nonnulli ex Recentioribus in prima totius Voluminis fronte & habeant, & posuerint.* (e) In fine. *Laus Deo*.

Deinde. *Hæc viginti & septem Epigrammata, sive sint alterius, sive Martialis favente Deo expliciunt, cui semper unusquisque suppliciter, pieque gratias pro acceptis a se beneficiis agat. Deo gratias.* Insu-

versitatem, quam in ipsis Ovidii versibus sæpe noster Codex habet, hoc enim instituti nostri non est. Ast Anonymi Dissertatio ad calcem hujus Operis locata cum Catalogo librorum Ovidianorum a nobis inter Anecdota typis tradetur. Legimus namque Opera Ovidii, vitasque ejus omnes a Cl. Viro Burmanno collectas sua in Editione Amstelodami anno 1727. curata, & observavimus hanc, quam Codex noster continet ex iis non esse, licet maximopere conformetur vitæ a Manutio elaboratæ, & editæ, immo & multa complecti penitus ignota, & Eruditis jucunda futura, ideoque suis cum adnotationibus prælo eam dabimus.

(e) Martialis Epigrammatis suis apud Eruditos non quovis Sæculo laudem, & sortem fortunatiorem est nactus. Hujus Auctoris præclara sunt Epigrammata sententiis, salibusque jucunde aspersa, sed nil rectius, sinceriusque nil de suis Operibus Auctor fassus est, quam dum dixit lib. 1. epist. XVII.

Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura.

Viginti septem Epigrammata, quæ ad XIV. libros Martialis sequuntur, & quæ in Editionibus in num. XXXI præcedunt, & inscripta sunt in *Amphitheatrum Cæsaris* Martiali falso adcenseri saniores Critici ostendunt. Hac de re scriptor Codicis & ipse dubitandi præbet occasionem; nonnullis tamen Eruditorum liber *spectaculorum*, qui præmittitur libris Epigrammatum, videtur esse non improbabili conjectura collectio carminum non ab uno Martiali, sed a variis Poetis conscriptorum in spectacula Fratrum Titi, & Domitiani edita forte a Martiali, qui insertis propriis quibusdam Epigrammatis illam *συναγωγὴν* locupletavit.

Insuper. Hoc Epigramma ejusdem Codicis Scriptor exaratum edidit.

Hoc opus, o Lector, transcripsit Petrus Avorum
Cujus Cennina est nomine dicta domus.
Error, si quis inest, exemplar semina sevit,
Si secus esse putas invidiosus abi.

In fine. *Absolutum hoc Opus est IX. Kalendas Septembris anno ab Incarnatione Salvatoris nostri sexagesimo tertio supra millesimum quattercentesimum. Laus Deo.*

Primam Codicis Paginam ad anticam partem circumit ornatus calamo eleganter elaboratus, & intra ambitum ejus hæc sunt exarata.

Opus Martialis in quattuordecim libros divisum
Nicolao Masinio II Physico olim elargitum
Franciscanæ huic Bibliothecæ
Et ipse elargitus est
Anno Salutis MDLXXXVII

IN VII.

1. Sancti Joannis *Evangelium*. In unica tantum columna, quæ medium occupat locum, Codex est scriptus, ideoque quam sæpissime ad utrosque margines copiosiores observantur Expositiones Anonymi Viri profecto Theologi, summo studio elaboratæ. Ante Evangelii initium Præfatio, & ipsa unica columna contenta legitur, atque ejus exordium est. *Hic est Joannes Evangelista unus ex discipulis Domini, qui Virgo electus est a Deo, quem de nuptiis volentem nubere vocavit Deus. Cujus Virginitatis hoc duplex testimonium in Evangelio datur, & præ ceteris dilectus Deo dicitur, & huic Matrem suam pendens in Cruce commendavit &c.* Finis est. *Ideo per singula a nobis non exponitur, ut sciendi desiderio collocato, & quærentibus fructus laboris, & Domino magisterii doctrina servetur.* Hæc quæ leviter attigimus, & quæ in tota Præfatione leguntur incerti Auctoris esse arbitramur. Characteribus rubri coloris deinde sequitur.

INITIUM SANCTI EVANGELII
SECUNDUM JOANNEM

Perlustravimus Evangelium hoc, & ne pauxillulum quidem ab eo differre Vulgatæ nostræ comperimus. In eo Cap. VIII. historia fœminæ adulteræ legitur [*f*].

Ex iis, quæ Expositiones ejusdem Evangelii spectant, nunc aliqua delibemus oportet. Ad dexterum columnæ latus hæc sunt.

In Patre, qui est principium sine principio. Filius, qui est principium de principio, vel in principio omnium Creaturarum, vel temporum, quia ab ipso omnia habent principium existendi, vel quia per eum Pater mundo innotuit, vel quia ipsum dicendo, idest generando Deus Pater omnia creavit. Quæ, & quanta sit atque hisce in verbis splendeat doctrinæ profunditas, norunt, qui sapiunt. *Qualiter ponitur erat*

(f) Hisce in expositionibus nihil non magnum est, nihil non grave, & doctissimo Theologo dignum. Imitatus esse primos Ecclesiæ Catholicæ Patres plane videtur, ita ut & Sanctum Joannem Chrysostomum, & Hieronymum, & Augustinum ferme pictos in hoc opere agnoscas. Quisnam sit Auctor ignoramus. In hoc Joannis Evangelio historia *Adulteræ* invenitur, quamquam in Codicibus nonnullis olim defuerit, & etiamnum desit, illamque Origenes, & Sanctus Chrysostomus aliique nonnulli in suis Commentariis prætermittant, neque scriptam in Evangelio Joannis lib. III. Hist. Ecclesiasticæ cap. 39. Eusebius significat. Robertus tamen Stephanus sexdecim MSS. Codices contulit; contulere & alios Bibliorum Polyglotorum doctissimi, & diligentissimi Editores Anglicani, quibus Codicibus merito adiungi potest noster etiam veneranda antiquitate spectabilis. Accedunt ad hæc Tatiani, & Ammonii Alexandrini *Armonia*, itemque testimonia S. Athanasii in *Synopsi*, S. Ambrosii in Epistola *ad Studium*: S. Hieronymi lib. II. *contra Pelagianos*, S. Augustini Tractatus 33. *in Joannem*, ut inde Ecclesiæ Catholicæ auctoritate canonicam Historiam esse plenius & demonstretur, & credatur.

erat Verbum substantivum, ut intelligatur omnia tempora prævenisse coæternum Patris Verbum. Unum Verbum aliquando temporales motus secundum analogiam aliorum verborum; & aliquando cujusque rei, de qua Pater substantiam sine temporali motu designat. Unde & substantivum vocatur, ut hic. Optimum argumentum ad Verbi æternitatem firmandam, & qua ratione mutationem non subeat ejusdem substantia.

Non est Creatura, per quam omnis Creatura facta est. Imitatur hujus Expositionis Auctor Augustinum, dum Tractatu 1. in Joannem perstringit Arianum his verbis. *Quomodo fieri potest, ut Verbum Dei factum sit, quando Deus per Verbum fecit omnia? .... Si ergo non dicis Verbum Verbi, concede non factum, per quod facta sunt omnia. Non enim per se ipsum fieri potuit, per quod facta sunt omnia. Crede ergo Evangelistæ.* Hæc in dextro columnæ margine scripta sunt. Ex iis, quæ sunt ad lævam nonnulla videamus.

Alii Evangelistæ describunt Christum natum ex tempore: Joannes affirmat eum fuisse in Patre, ut in principio non fuit ante Pater, quam Filius. Ecce Filius alia persona a Patre una substantia cum Patre ERAT VERBUM. *Alii inter homines subito apparuisse; Joannes dicit* APUD DEUM *fuisse semper. Alii vero hominem: Joannes vero Deum asserit dicens.* ET DEUS ERAT VERBUM. *Alii hominem inter homines temporaliter conversatum: Joannes apud Deum manentem dicit.* HOC ERAT IN PRINCIPIO APUD DEUM. *Alii dicunt miracula, quæ fecit homo in mundo: Joannes* OMNIA PER IPSUM FACTA SUNT. *Ecce Auctor bonorum* ET SINE IPSO FACTUM EST NIHIL. *Non est Auctor malorum.*

Paullulum hæc attendamus, & Arianorum, Nestorianorum, Manichæorum hæreses profligatas intelligemus.

Sequuntur Expositiones. *Contra eos, qui quum in tempore dicatur nasci ex Virgine dicunt non semper fuisse: dicit Joannes* IN PRINCIPIO. *Sed quia alii dicunt, quod idem Deus, quando vult. Pater est, quando vult Filius, quando vult Spiritus Sanctus, ut alter notetur in Persona subdit* ET VERBUM ERAT APUD DEUM, *ut alius apud alium. Rursum fuerunt alii, qui eum prius hominem confitentes Deum per se esse negarunt, contra quos dicit.* ET DEUS ERAT VERBUM. *Sed quia iterum alii esse vel & Deum crederent; sed factum Deum, ut ex hominibus fiunt Dei; contra eos dicit* HOC, *idest Verbum* ERAT IN PRINCIPIO APUD DEUM. *Item fuerunt, qui eum ante partum fuisse dixerunt, non tamen est a Deo naturaliter natum, sed factum, ideoque minorem Patre, Creaturam non Creatorem. Contra quos subdit.* OMNIA PER IPSUM FACTA.

Alia ejusdem sinistræ partis a Theologo viro impense docto exposita hæc sunt. *Si audis mutabilem Creaturam per Filium factam, non tamen credas ejus mutabilem voluntatem, quia non subito aliquid voluit facere, sed & omnia ab æterno fecit.* Quid luculentius ad infirmanda quorundam argumenta, quibus mutabilem Deum facere nituntur? Nunquam Dei, cui omnia sunt æterna, obnoxia mutationi aut fuit, aut esse potest voluntas.

Sequitur. *Quod factum est in tempore, tamen fuit, quod in sapientia immutabile est.*

De ipso Joanne Evangelista subinde hæc prædicat. *Postquam sublimi volatu ultra omnem naturam in altitudine Theologiæ ascendit, qui Verbum semper apud Patrem fuisse contemplatus est, mox addit humilitatem humanæ naturæ, & specialiter Præcursoris Verbi descendentis, contra illos, qui dicebant humanam naturam in primo Parente ex toto perditam, & ad nihilum redactam.*

Tandem Expositioni suæ his verbis finem imponit, dum de Petro, & Joanne loquitur. *Et si duo Apostoli singulariter has singulares vitas significent, utraque tamen utrique convenit, sicut & omnibus Sanctis; propter eam Petro dantur claves ad liganda, & solvenda peccata, propter illam autem, quæ æternam requiem* (deest verbum, puta *significat*) *supra pectus Domini recumbitur, unde bibitur vita; quod Virgo est Joannes convenit futuræ vitæ, ubi neque nubent, neque nubentur.*

2. *Iſidorus Florentinæ Sorori ſuæ:* titulus eſt. *Incipit liber contra Judæos de Chriſtianis*. Hujus primi libri exordium ita ſe habet. *Judæi nefaria incredulitate Chriſtum Dei Filium negantes, Prophetis increduli adventum Chriſti malunt ignorare, quam noſcere*. Et primus hic liber definit in hæc verba. *Nos autem ad intelligenda Evangelia legis teſtes Prophetas habemus, ex quibus Divinitatem Salvatoris noſtri in omni quoque gente, & genus, & patriam, nativitatem, paſſionem, virtutes, curationes, comprehenſiones, palmas, flagella, conſputationes, ſuſpenſiones, ſimiliter aceti potationes, tituli Crucis inſcriptionem, ſepulcrum, infernum, incorruptionem Corporis, reſurrectionem carnis, aſcenſionemque ipſius in Cœlis, regnum, atque judicium declaravimus*.

Liber ſecundus hoc præfert thema. *Iſidori Florentinæ ſuæ de Gentium vocatione;* & in fine. *Explicit liber Iſidori contra Judæos. Amen*.

Codex eſt Sæculi XII., & ideo non parvi pretii.

Ambitus primi Folii perpolito, & architectonico ornatu hæc continet.

Librum hunc, in quo & D. Joannis Evangelium,
Et Iſidori Opuſculum contra Judeos continetur a
Vetuſta majorum ſuorum Bibliotheca deſumpſit
Nicolaus Maſinius II Phyſicus
Atque huic dono dedit
Anno Salutis M. D. LXXXVII.

IN VIII.

Anonymi *contra Catharos Hæreticos* Diſputationes; (g) & quoniam eximium hoc opus lucem non adſpexiſſe arbitramur, rem non nihil gratam Theologis, & Eruditis nos facturos ducimus, ſi ſaltem titulos, & numerum eorum indicemus.

1. *Quod quidam Catharorum duos Creatores ſine principio credunt*.

2. Contra eos; *Quod Deus optimus ſit Principium, & Creator omnium viſibilium, & inviſibilium*.

3. *Quod Angelos, qui de Cœlo ceciderunt, non venit Chriſtus ſalvare, ſed perpetuo damnabuntur*.

4. Quod

(g) Hæc quæ Codicis titulum ſpectant, ſcilicet *contra Catharos Hæreticos*, ſedulo nunc declaranda eſſe ducimus. Græce Καθάρων nomen, latine *Mundorum* omnibus qui ſe puros probatoſque Chriſtianos jactarunt, commune eſt. Non defuerunt, qui ad noſtram Bibliothecam perluſtrandam ſe conferentes, Codicem feſtinanter legendo, imperite exiſtimaverunt, Hæreticos iſtos ex iis fuiſſe, qui Novatianis nomen dederunt, atque ſe ipſos Catharos nominaverunt. Legimus utique apud Euſebium Pamphilum Eccleſ. Hiſtoriæ Lib. VI. cap. 34. pag. 341. Edit. Venet. anno 1763. *Etenim Novatus Eccleſiæ Romanæ Præsbiter* (confundit Auctor Novatum cum Novatiano, quos tamen diſtinguendos eſſe cum S. Cornelio Summo Pontifice, cum S. Cypriano, & S. Paciano ſentimus) *arrogantia adverſus eos elatus, quaſi nulla ſpes ſalutis ipſis poſthac ſupereſſet tametſi omnia explerent, quæ ad ſinceram converſionem, puramque Confeſſionem pertinent, propriæ cujuſdam Sectæ eorum, qui tumore mentis elati, ſe ipſos Catharos cognominaverunt, Auctor fuit*. Sanctus etiam Hieronymus de Viris illuſtribus Cap. VII. inquit. *Novatianus Romanæ Urbis Præsbiter adverſus Cornelium cathedram Sacerdotalem conatus invadere, Novatianorum, quod græce dicitur* Καθάρων *dogma conſtituit nolens Apoſtatas ſuſcipere pœnitentes;* & tandem ut ceteros mittamus, S. Auguſtinus cap. XXXVIII. de Hæreſibus, de Novatianis præcipue hæc ſcribit. *Qui ſe Catharos, quaſi per munditiam ſuperbiſſime, atque odioſiſſime nominabant*. Sed aliud eſt Novatianos nomen ſibi adſciviſſe *Catharorum;* aliud ipſos impiorum Dogmatum Auctores fuiſſe, quæ in Codice continentur. Novatianorum hæreſis Sæculo Eccleſiæ tertio ab inferis eruta longe eſt diverſa ab ea, quæ erupit Sæculo Eccleſiæ decimo tertio, cum Petrus Waldus Lugdunenſis ad Evangelicam paupertatem ſectandam multos hortatione perduxit, & exemplo; ſed ut inquit Fleurius ad annum 1184. Waldenſes profitebantur paupertatem deſidem, & fanaticam, & poteſtatem Eccleſiæ aſpernabantur. Hinc Waldenſes a Waldo appellati ſunt *Pauperes de Lugduno Cathari*, *Puritani* in Sabaudiæ, & Pedemontii vallibus *des Barbeis*. quibus adjuncti ſunt Albigenſes nomen ſortiti ab Albiga Galliæ urbe, quam incoluerunt. Iſti ſunt Hæretici illi Cathari dicti, quos Codex deſignat titulo contra *Catharos hæreticos*. Rem ita eſſe oſtendet adnotatio ſequens.

4. *Quod quidam ab aliis dissentientes unum tantum Creatorem prædicant, sed Diabolum omnium visibilium factorem esse delirant.*

5. *Quod Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus non sint una essentia, & quod Christus non fuerit. E contra invictissimæ sunt rationes probantes Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum tres esse personas, & unam substantiam, & Christum extitisse.*

6. *Quod credunt Diabolum Elementa divisisse, & omnia primordialia opera per sex dies fecisse.*

7. Ostenditur contra eos: *quod credendum sit, Deum omnia fecisse.*

8. *Quod Deus bonus omnia fecit.*

9. *Quod Deus bonus corporum naturam plasmavit.*

10. *Opiniones Hæreticorum de spiritibus salvandis, sive perdendis.*

11. Ostenditur, *quod Deus quotidie novas Animas creat.*

12. *Quod dicunt Hæretici omnia in veteri Testamento facta fuisse a Diabolo, & quod nullus salvari poterat. Multis capitibus ibi ostenditur, quod Abel, & Enoch, aliique fuerunt Sancti.*

13. *Quod credunt Diabolum diluvium fecisse: & inde probatur, quod Deus bonus diluvium mundo induxit.*

14. *Quod dicunt Diabolum apparuisse Habrae;* & postea multis evincitur, *quod bonus Deus Habrae apparuit, & ei locutus est* (*h*)

15. *Quod bonus Deus locutus est Isaac, & Jacob.*

16. *Quod boni Angeli fuerunt, quos Habraam suscepit hospitio.*

17. *Quod bonus Deus Circumcisionem dedit Habrae.*

18. *De destructione Sodomæ, & Gomorræ per ignem.*

(h) Errores saltem præcipuos hujus Codicis, simul ac methodum, qua usus est Auctor anonymus, spectemus oportet, ut quæ dubia sunt plane declarentur, quæ latent detegantur, & quantivis pretii sit Codex dignoscatur. Hi Cathari non nulla veterum Manichæorum deliramenta revocabant: alii dissentientes unum rerum omnium factorem, ac creatorem Diabolum prædicabant, qui mundi initio solus elementa condiderit, solus aquas ab aquis Firmamenti secreverit, solus Diluvio tellurem obruerit universam. Unam essentiam in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto impiissime inficiabantur, & præter alia falsa Dogmata, quæ ex Codice exscripsimus, eo dementiæ deveniebant, ut dicerent, *quod in Matrimonio quis non posset salvari* ad munditiam suam, puritatemque magni faciendam superbissime, atque ad ostendendum se vere Catharos esse. Jam vero Eruditi non nesciunt, ad Novatianos errores hujusmodi haud pertinere, quorum dementia in eo potissimum ponitur a Sanctis Patribus, & Scriptoribus Ecclesiasticis, ut nollent Ecclesiam Lapsis in persecutione, idest, *Sacrificatis & Libellaticis*, aliisque indulgentiam posse impertiri; idemque de quovis gravi peccato sentirent post Baptismum admisso. Damnarunt quoque secundas nuptias. Longe aliter Cathari, quorum errores in hoc nostro Codice recensiti satis perspicue ostendunt, eos non cum Novatiani Asseclis confundendos, sed utique potius cum Albigentium peste, ac Puritanorum, qui ex eorum gremio, ut prædictum est Sæculo XIII., eruperunt. Methodus vero, quam Anonymus adhibet, ea est, ut unum, vel alterum *Catharorum* errorem ponat, nec non eorum effugia, quibus illum errorem defendi posse sibi blandiebantur, iisque occurrat Auctor, & ea confutet; postea Catholicum Dogma multis Sacrarum Scripturarum, & SS. Patrum testimoniis demonstret, sicque deinceps ad Operis finem. Ex hac scribendi ratione clare intelligimus, ea, quæ in Codice exarantur, absimilia admodum reperiri a scriptis Eckberti Abbatis S. Florentini, qui tredecim sermones adversus Catharos composuit, seorsim prius editos in Auctario etiam Bibliothecæ SS. Patrum Editione tertia positos, cum Codex gravissimas contra eos contineat Disputationes. Eckbertum eos sermones concinasse didicimus ex Tritbemio in Chronico Hirsaugensi ad annum 1163. Conjicimus etiam Auctorem hujus operis floruisse Sæculo Ecclesiæ XIII., in quo ab anno 1184. paullatim excreverunt hujus hæresis monstra, & in quo Scholastica Methodus in Theologicis Universitatibus invecta fuit. Scimus etiam quod dicitur ab Ughello in Archiepiscopis Mediolanensibus ad annum 1172. Galdinum redivivæ Catharorum hæresi bellum indixisse, ideoque si dicamus, hunc esse hujus Operis auctorem, fortasse non male divinabimus. Hoc autem opusculum lucem nondum aspexisse putamus, sicuti typis non excusum Pater Mansius in suis pagellis manuscriptis existimat. Certo de hoc opere prælaudato Scriptores, quod sciamus, nullam mentionem faciunt. Isthæc omnia non mediocris pretii, & raritatis Codicem esse, commonstrant.

19. *Objectationes Hæreticorum, quod vetus Testamentum a Principe tenebrarum sit datum*; & statim eorum deliria prosternnntur.

20. *Ostenditur, quod bonus Deus dedit legem Moysi.*

21. *Quod Hæretici de Prophetis veteris Testamenti fabulantur.*

22. Ostenditur, *Quod Prophetæ sancti, & justi fuerunt.*

23. *Quod David Sanctus, & justus fuit; Quod Elias Propheta sanctus, & justus fuit*

24. *De Sancto Johanne Præcursore Domini.*

25. *Opiniones Hæreticorum de Incarnatione Christi.*

26. Ostenditur, *Quod Verbum veram carnem ex Virgine sumpsit.*

27. *Quod Christus veras habuit humanitatis qualitates.*

28. *Quod Anima Christi ad Infernum descendit, & tertia die resurrexit in eodem corpore.*

29. *Quod Christus cum humanitate ascendit in Cœlum, & ad judicandum veniet.*

30. *Opiniones Hæreticorum de Baptismo aquæ, & de Hæreticorum consuetudine*, una cum eorum confutatione. Mirum! Quot neniæ, & tricæ habentur cachinnis dignæ.

31. Ostenditur, *Quod per Baptismum aquæ fiat peccatorum remissio.*

32. *De Sacramento Corporis Christi, quod celebratur in Altari* contra eosdem Hæreticos.

33. *Objectationes Hæreticorum, quod in Matrimonio quis non possit salvari*, & confutantur.

34. Ostenditur. *Quod homines in Matrimonio salvari possunt.*

35. *Quod Hæretici a carnibus, ovis, caseo abstinendum dicunt.*

36. *Quod omnibus cibis licite quis uti potest, nisi voto teneatur.*

37. Objectationes Hæreticorum, quod corpora non sint resurrectura cum responsionibus ad illas.

38. Quod vera sit corporis futura resurrectio probatur; & postremæ hujus disputationis verba sunt. *Unde ex his pravum Dogma Hæreticorum eliditur, & humanorum corporum resurrectio veridica ratione monstratur*. Primæ vero disputationis exordium hujus Operis ita se habet. *De divisione Hæresum Catharorum qualiter de principio rerum inter se dissentientes garriunt tractaturi. Primo quid illorum quidam sentiunt ad ædificationem Catholicæ Fidei, & ad illorum hæresim confutandam in lucem producamus*. His verbis Auctor Methodum, qua in ipso opere componendo meditabatur uti, & reapse est usus, commonstrat.

Codex est Sæculi XIII., & in pretio habendus.

In prima pagina non absimili modo, ac aliis hactenus descriptis hæc est inscriptio.

Librum hunc, in quo præcipuæ
Adversus hæreticos extant disputationes
Bibliothecæ huic ut dono daret
Ab antiqua majorum suorum Bibliotheca abstulit
Nicolaus Masinius II Physicus
Anno Salutis M. D. LXXXIX.

I N IX.

1. *Nicolai Antidotarius.*

2. *Mauri Magistri de Urinis. Incipiunt regulæ Urinarum Magistri Mauri*; & in fine. *Expliciunt regulæ Magistri Mauri.*

3. Ejusdem *Tractatus de passionibus oculorum*, & est liber primus; secundus *de vulneribus, quæ fiunt in collo ense, & cura eorumdem*: tertius *de vulneribus, quæ fiunt in catena gulæ*: Omnibus libris præmissa cernuntur capitula res omnes indicantia, de quibus Auctor agit.

4. *Secreta Hypocratis.*

5. Li-

5. Liber *Graduum*, ideſt practica Medicinæ exercitatio in componendis medicinarum gradibus.

Codex eſt Sæculi XIV.

In antica primi folii facie hæc occurrit adnotatio.

Volumen hoc
Magiſtri Mauri regulas Urinarum
Nicolai Antidotarium
Hypocratiſque ſecreta continens
A pervetuſta Majorum ſuorum Bibliotheca
Submovit Nicolaus Maſinius II Phyſicus
Huicque elargitus eſt
Anno Salutis
M. D. LXXXVII

IN X.

Petri Lombardi Sententiarum Libri quattuor, & titulus eſt. *Incipit exordium Sententiarum Magiſtri Petri Lombardi Archiepiſcopi Pariſienſis.* Et in fine. *Hæc de pedibus ſedentis ſuper Solium excelſum, quod Seraphin duabus alis velabant Scriptori, & ſi non Auditori, commemoratione ſufficienter a facie exorſus ſedentis per media ad pedes uſque materia duce pervenit. Deo gratias.*

In fine per alphabetum tabula diſpoſita ſuper materias quattuor librorum Sententiarum, & ad ejus calcem. *Explicit tabula. Deo gratias Amen.* Alterum Magiſtri Sententiarum Codicem MS. habemus Plut. XIV. Cod. III. pag. 63. Tom. primo noſtræ Bibliothecæ, ſed abſque tabula rerum, de quibus differit, & non minutioribus characteribus exaratum, ut eſt iſte Codex. Typis etiam opus excuſum extat Plut. XXVII. Cod. V. pag. 133. cum præcedentibus capitulis ad omnes libros.

Codex eſt Sæculi XIV.

Intra primæ paginæ ornatum hæc ſcripta leguntur.

Librum hunc quattuor Magiſtri Sententiarum
integros libros continentem
A vetuſta majorum ſuorum Bibliotheca deſumptum
Huic dono dedit
Nicolaus Maſinius II Phyſicus
Anno Salutis MDLXXXVII.

IN XI.

1. *Clariſſimi Oratoris D. Leonardi Aretini Epiſtolæ incipiunt.* Deinde. *Leonardi Aretini Oratoris celeberrimi Epiſtolarum incipit liber primus;* ad ipſius calcem legitur *Leonardi Aretini Oratoris celeberrimi explicit liber primus, & incipit ſecundus.* Sic etiam ad finem ſecundi libri. *Leonardi Aretini Oratoris celeberrimi explicit liber ſecundus, & incipit tertius.* Ad tertii libri finem hæc leguntur. *Clariſſimi Domini Leonardi Aretini Epiſtolæ expliciunt.* Hæ Epiſtolæ in tres tantum libros diviſæ conſpiciuntur [*i*].

In

(i) Omnes has Leonardi Aretini Epiſtolas, quas in tres dumtaxat libros diviſas Codex noſter exhibet, contulimus cum veteribus Editionibus, quæ eas in libros octo diſtribuunt, & præcipue cum illa nuperrime ſtudio, & labore celeberrimi Laurentii Mehus curata, & aucta Florentiæ anno 1741., quam in decem libros diſtinctam edidit cum Præfatione erudita equidem ac diſerta. Conferamus rem in pauca. Epiſtolis in Codice noſtro exaratis nulla præmittuntur argumenta; quamplurimæ ad earum finem indicatione loci, & temporis carent, neque diſtincte, & ordinate videntur diſpoſitæ. Nam ea, quæ eſt undecima libri tertii in laudata editione, eſt decima tertia noſtri Codicis, & decima tertia eſt undecima, & ita multis aliis in locis ante-

In fine hæc sunt exarata. *Clarissimi Domini Leonardi Aretini Epistolæ expliciunt, scriptæ per me Antonium Robelluta, Cæsenæ Malatesta Novello Principe MCCCCLXV. die XX. Novembris, quo die præfatus Princeps obiit, & hora XX.*

2. Sequuntur Variorum Epistolæ, quibus inseritur Cæsaris quædam brevis allocutio ad Milites. Heic earum inscriptiones afferre, quarumdam principium, & finem exscribere contenti sumus; de illis opportuniore loco sermonem pleniorem habituri.

1. *Laurus Quirinus generosissimo Viro Leoni Molino Senatori amplissimo felicitatem.*
2. *Cæsaris Oratio ad milites*, quæ ita incipit. *Semper ego milites aliter rebus privatis, aliter publicis consulendum esse decrevi &c.* Clauditur his verbis. *Verum enim vero postea quam ausi sumus aliquando ultra montes Exercitum deducere, & provinciam devastare, non amplius bellum gallicum in Italia vidimus præter unum. Hæc igitur cum ita se habeant, qui nobis bellum prohibet is nihil aliud affirmat, quam quod ditari licet, neque imperio potestates tenere, neque liberos denique Romanos esse.*
3. *Cæsar Ciceroni S. D.*
4. *Cajus Cæsar Apio Cornelio S. D.*
5. *Cajus Cæsar Curioni S. D.*
6. *Lælius Galbæ S. D.*
7. *Galba Lælio S. D.*
8. *Alexander Aristoteli S. D.*
9. *Sempronius Vilio S. D.*
10. Ita inscribitur *M. S. D. P. P.* Hujus Epistolæ principium est. *Quod suavissimis tuis litteris maturius non responderim, velim ne a me per socordiam, aut negligentiam factum esse credas: quum a me sit alienissimum. Otio vel segnitie me dare, molestissimum id mibi est.* His verbis claudit. *Labeonem ex meis salutent jubeo. Vale*

Hæ variorum Epistolæ, ac Cesaris prædicta Oratio eadem manu scriptæ sunt, ac Epistolarum libri Cl. Leonardi Aretini.

IN XII.

Boccacii Lexicon de Montibus, Nemoribus, Fontibus, Lacubus, Fluminibus, Paludibus, Maris nominibus.

Codex est Sæculi XIV.

PLU-

antevertuntur, & posthabentur. Ast hæc minima sunt. Illud, quod pretium auget Codicis, paucis animadvertamus. Etsi Epistolæ in tribus libris sint collectæ, tamen omnes, quæ in Fabriciana & Brixiensi Editione deerant, quæque erutæ modo habentur in lucem a Laurentio Mehus omnes in Codice nostro extant, si excipiamus vigesimam secundam lib. IV., omnesque in lib. x. novissimæ Editionis contentas, quæ io Codice nostro desunt. Finis libri tertii ejusdem ita habet. *Clarissimi Domini Leonardi Aretini Epistola expliciunt:* & claudit Epistolas libri noni Editionis Florentinæ jam antea laudatæ. Insuper libro primo tertia inseritur Epistola, quæ Leonardi haudquaquam est, sed Lini Collutii Salutati, cum ita inscribatur. *Innocentio Papa Linus Collutius Salutatus*, cujus initium est. *Post humilem recomendationem, & pedum oscula beatorum*; & finis. *Nec humilitatis enim nec benignitatis esses parcere vel leviter Tuam celsitudinem offendenti*: deest postea. *Florentiæ VIII. Idus Sextilis*, Hanc, quam nondum editam existimavit Fabricius, typis excusam dedit in Tom. I. Bibliothecæ mediæ, & infimæ ætatis lib. II. pag. 291. edit. Patav., quæ tamen publica luce jam donata fuerat in vet. Editione, ut colligitur ex Tomo I. Bibliothecæ Germanicæ Art. V., sicuti testatur Laurentius Mehus Epistola ad Lectorem pag. VII. Si Codicis Lectiones consulamus, quæ aliquibus in Editionibus confusam periodorum distinctionem, nonnulla mutila & inquinata habent, hæ mirifice congruunt, quæ in Codice observantur, cum iis ex Codd. MSS. deromptæ a Laurentio Mehus; nihilo tamen minus nonnullorum titulorum, verborumque, licet sensum non mutent, diversitatem in eo reperimus.

Tandem doctissimus Mehus ad epistolam XX. lib. III. post ea verba: *est enim:* adnotationem ponit num. I. pag. 98., dum scribit. *Heic desunt Græca verba, quæ in ullis MSS., & editionibus invenire mibi non licuit.* Excribamus nunc, quæ in Codice sunt exarata. *Leonardus Nicolao S. Cicero cum bas orationes, quas ego latinas feci convertisset addidit proemium, quod perditis orationibus extare nunc etiam credo, & si non erro videor meminisse. Hoc ego velim diligenter quæsitum ad me mittas, ut quantum valeam, me summo viro propinquum afferam. Placebit tibi Æschinis oratio. Est enim græcus. Vale.* Ex quibus, nisi fallimur, nihil deesse demonstratur.

PLUTEUS II.

CODICES CONTINET NUM. VII.

IN I.

1. *DEcretum Gratiani*, ejusmodi est Operis titulus, qui temere huic Volumini adscribitur, cum non unum aliquod Decretum sit, sed innumera prope Decreta Ecclesiastica collecta ab eodem Gratiano comprehendat, & hac de causa Antonius Demochares titulo *Decretorum Collectanea*, Antonius Contius *Decretorum Canonicorum Collectanea* juremerito hocce opus descripserunt. Hinc Innocentius III. hunc librum Gratiani *Corpus Decretorum* vocat in Epistola ad Archiepiscopum Compostellanum. Argumentum subinde est universi operis. *Incipit discordantium Canonum concordia, ac primum de jure naturæ, & humanæ constitutionis* rubris characteribus, uti & cetera ad omnia capita quævis argumenta notata. Non exigua est hujus argumenti varietas in MSS. Codd., ut Juris canonici peritis est exploratum. Editiones post emendationem curatam a Gregorio XIII. typis commissæ Romæ anno 1582. legunt. *Concordantia discordantium canonum, ac primum de Jure divinæ, & humanæ constitutionis*. Codex noster legit; *ac primum de jure naturæ, & humanæ constitutionis*. Hanc inscriptionem Dominicus de Geminiano agnoscit, & extat in nonnullis antiquioribus Editionibus, eaque maxime convenire videtur iis, quæ Auctor habet in hoc Decretorum corpore, ut colligitur distinctione 5. 7. 8. 15., aliisque, dum scribit. *Require in principio, ubi differentia signatur inter jus naturale, & jus humanæ constitutionis*.

2. Gratiani *Decretum* in Codice est cum *Glossa* Bartholomæi Brixiensis eadem manu exarata, & quoniam margines sunt ampliores, in iis extant notulæ minutioribus characteribus scriptæ diversa manu, & recentiore sine Auctoris nomine, quæ scholia merito appellari possunt. Antonius Augustinus pietate, ac doctrina percelebris, qui floruit Sæculo XVI., in *Procemio Speculi* scribit se vidisse multorum scholia ad Decretorum Collectionem, quorum nomina supra scripta sunt, *Vincentii*, inquam, *Tancredi*, *Alani*, *Laurentii*; & aliorum non pauca sine nomine, quæ *Joannis Galensis* fuisse existimat, atque notabilia ejusdem Collectionis adunata fuisse a *Paullo Hungaro* observat Joannes Andreæ in Procemium Durantis. Igitur Scholia, sive notulæ ad Codicem Gratiani appositæ, non immerito, quantum auguror conjectura, Joanni Galensi possunt adscribi.

3. Antequam ea excribam, quæ in hoc Opere observatione digna sunt, cum aliqua, ut puto, inedita præcedant duabus paginis contenta, neque Auctoris nomine notata heic prodere operæ pretium duco. Titulus est. *In nomine Trinitatis*. Deinde. *Sicut avis super terram existens, quanto submissius deprimit alas, tanto in suo volatu efficacius se levat in altum; sic & mens humana quanto amplius in humilitate de se deprimitur, tanto ejus oratio ad Dominum utilius elevatur. Jacobi III.* SUPERBIS DEUS RESISTIT, HUMILIBUS AUTEM DAT GRATIAM. *Sicut Amicus amicum importunitate devincit, sic assidua supplicatio, & oratio frequentata, ut cælestis testatur auctoritas, exaudiri meretur. Lucæ XI. de pœnit. dicitur, & importuna. Unde Angelum legitur orationum instantiam præcepisse Tobiæ dicens.* PER TRES DIES CONTINENS ESTO, ET NIHIL ALIUD, QUAM ORATIONI VACABIS. *Tob. cap. VI. Judith etiam præmissa triduana orationum instantia liberationem obtinuit populi sui, dum Olophernis caput abscindens inimicos Israel impolluta redegit ad nihilum. Judith cap. XII. XIII. Quæ ob res licet jam divini favoris gratia in hoc nostro principio per nos fuerit impetrata, tamen iterum, & instanter ipsam sic humiliter invocamus. O Cunctorum*. Hujus supplicationis ad Deum cetera desunt.

Suc-

Succedunt ſpatio intercepto quam plurima *de legibus* numeratis ſignis diſtincta, hoc eſt de legum natura & multiplicitate hoc titulo. *Quot, & quas habuimus leges. I. Habuimus legem naturalem poſt legem æternam, quæ nihil aliud eſt, quam ratio Divinæ Sapientiæ, qua univerſa ab ipſo creata noſcuntur, & reguntur, & quæ eſt in ipſo tanquam in prima cauſſa; nec temporaneum, ſed æternum habet conceptum, unde in Proverbiis.* AB INITIO, ET ANTE SÆCULA CREATA SUM. Ne ſingula perſequar, brevem ibi, & compendioſam legum ſyllogen molitur ad jus naturæ, & gentium pertinentium, earumque originem, & cauſſam paucis oſtendit, uſque dum ad legem ſcriptam accedat, quæ *vetus* appellatur; ad illam *Prophetarum*, eaque ferme extincta ad *civilem legem*, & tandem ad legem *gratiæ*, quæ & dicitur *Evangelica*, poſtea *Apoſtolica*. Concreſcente Dei Eccleſia gradibus, & ordinibus in ipſa ratione diſpoſitis, cum ad perſonas, & ad ipſas promovendas, & negotia Clericorum finienda Lex Evangelica, & Apoſtolica non ſufficeret, a Romanis Pontificibus, aliiſque Sanctis Patribus Spiritus Sancti afflatu plurima ſtatuta prodierunt, quæ generali vocabulo *Canones* appellantur, licet alia ſpecialia ſortiantur nomina. Claudit hanc brevem Inſtitutionem his verbis. *Igitur tempore gratiæ tres hæ leges ſunt Evangelica, Apoſtolica, & Canonica.*

Inſuper ſtrictim recenſet eos, qui Canonum Collectores fuerunt. Primo *Iſidorus decreta Patrum in unum volumen redegit, & etiam Conciliorum. Quoniam autem hoc maximam prolixitatem habebat*. Secundo. *Quidam Ivo Epiſcopus Carnotenſis abbreviavit, per capitula diſtinxit, & multas Sanctorum ſententias adjunxit*. Tertio. *Hugo Catalanus en iſto abbreviato, quandam ſummam breviorem fecit, quæ appellata eſt Summa decretorum Ivonis*. (a) Quarto. *Fuit alia quedam Compilatio edita a quodam Fulgentio, hinc abbreviatio Canonum Fulgentii*. Quinto. *Quidam Burchardus Wormacenſis Epiſcopus aliam fecit, quæ per XX. libros eſt diſtincta, & hanc Scholaſtici ab Auctore ſuo nominarunt Burchardum*. (b) Sexto, & ultimo. *Gratianus*

(a) Libellum hunc a Vincentio Bellovacenſi dictum *portatilem*, cujus titulus eſt. *Summa decretorum Ivonis* Hugoni Catalano in Codice adſcriptum, aliqui diſtinguendum non eſſe a *Pannormia* Ivonis cenſent, quos inter Trithemius, Molinæus, aliique non pauci: nonnulli vero incerti Auctoris fœtum eſſe putant, numquam vero eundem cum Ivonis *Pannormia*; an Opuſculum ſit Hugonis Catalani non pauci in dubium vertunt. Titulus ipſe *Summa Decretorum Ivonis* in Codice notatus ſatis probat breviorem elaboratam eſſe quaſi Epitomen Decretorum ab Ivone collectorum, & verba incerti Auctoris, hoc eſt; *ex iſto abbreviato* (Ivoniano) *quamdam Summam fecit* clare oſtendunt *Summam Decretorum Ivonis* prorſus diverſam eſſe ab Ivonis *Pannormia*. Vetuſtiſſimus Codex Mſ. Sancti Victoris, & duo antiqui Codices S. Albini Andegavenſis a Scriptoribus laudati hanc rem comprobant, dum *Pannormiam* Ivoni inſcribunt, non *Summam Decretorum*. Deinde Antonius Auguſtinus, qui floruit Sæculo XVI., non tantum ex mole, verum inſuper, quod hæ duæ Collectiones in paucis ſolum conveniant colligit, *Pannormiam* non eſſe eandem cum *Summa Decretorum* Ivonis. Incerti poſtea Auctoris non eſſe monet Vincentius Bellovacenſis, quem refert Sebaſtianus Brant, dum Ivonis *Pannormiam* publici juris fecit Baſileæ anno 1499. Scribit namque. *Ivo, qui Epiſcopus Carnotenſis fuit, inter alia laudabilia ingenii ſui Opera Decreta Apoſtolica abbreviando compilavit .... Hunc autem librum ſuum Pannormiam appellavit, quaſi totius Juſtitiæ, ſive Legis materiam continentem* ἀ πᾶν, quod eſt totum, & νόμος lex, *ſive juſtitia, ſive a Norma, qua eſt Regula, ſive fabrorum directorium. Sed quia Ivonis non parvæ quantitatis erat opus, Hugo Catalanus ex eodem abbreviato Libellum portatilem legitur compoſuiſſe, quæ Summa Decretorum Ivonis intituletur*. Hæc perbelle quadrant cum iis, quæ extant in Codice. Addam illud, quod Balutius in dicto Codice Victorino obſervavit, ſcilicet *Pannormiam* in eo exaratam Hugone eſſe antiquiorem. Non igitur eadem eſt cum Summa Hugonis, non igitur incerti eſt Auctoris; bene vero ex ea Hugo *Summam Decretorum Ivonis* congeſſit. Lege ſis doctiſſimum Joannem Doujat Prænot. Canon. lib. III. cap. XXVIII. pagg. 350. 351. Edit. Venet. 1748.

(b) Anonymus Auctor hujus Opuſculi rectam non ſervat Chronologiam eorum, qui Canones, & Pontificum Decreta collegerunt. Poſt Ivonem Carnotenſem Burchardum collocat, ſed perperam. Scribit namque Trithemius lib. I. de Scriptoribus Eccleſiaſticis. *Poſt Burchardum Vormocienſem Epiſcopum* (*Ivo*) *ſcripſit ex Canonibus Sanctorum compendioſum Decretum, quo ante Gratiani tempora utebantur Juriſtæ*. Addo: Sigebertus in Chronico ad annum 1008. refert *Burchardus quoque fuit Wormacenſis Epiſcopus, qui in Scripturis ſtudio-*

tianus Magister egregius, Monacorum Doctor, propter cujus universalem, & profundam scientiam de ipso merito dici potest, quod omne prætiosum vidit oculus ejus, profunda fluviorum scrutatus est, & abscondita produxit in lucem. Considerans tot diversas Compilationes confusionem inducere, ex ipsis omnibus compilavit hoc opus, in quo etiam interseruit multas decretales Epistolas, & Auctorum, & SS. Patrum, quæ hodie vim Canonum habent. Et quia Sancti Patres magis de spiritualibus, quam de temporalibus tractaverunt, ideo admiscuit multas leges Canonum autenticorum, & Novellarum, & sic ad ejus operis perfectionem pervenit, quo nullum in Jure melius invenitur, quia, ut dixi, conjunxit quidquid alibi quæritur, hic facilius reperitur.

Ab ipsis numeratis Decretorum, & Canonum Collectoribus gradum facit ad Glossographos, aitque. *Habuimus Joannem* (Hispanum) *Joannem de Deo* (c) *Ruffinum*, *Hugutionem*, *Bugerium*, aliosque multos, *Joannem Fanensem* (vel ut alii vocant Faventinum) *Hieronymum*, (puto Paulum) *Catalanum. Demum Bartholomæum Brixiensem, qui ponit in principio Glossarum suam glossam dicens. Quoniam novis supervenientibus caussis &c. &c.*

Tandem hujus opellæ Auctor sibi proponit quærere, *quæ sit hujus scientiæ causa efficiens, quæ materialis, quæ formalis, & quæ finalis;* sicque operi finem ponit. Juris Pontificii Interpretes a Sæculo XII. ad nostra usque tempora extiterunt, qui vel Glossas, sive Scholia, & Apparatus, Summas, Commentarios concinnarunt, & opera tam multum excreverunt, ut nimia illorum copia Jurisprudentiæ studiosi laborent. Auctor anonymus hujus libelli eos tantum percenset, qui ante Sæculum XIV. præ cæteris in honore habebantur, aliisque præstabant, ex quibus haurire quisque posset, quæ ad Jus Canonicum magis essent accommodata legendum, ediscendumque. De iis ferme omnibus Glossographis, quorum meminit is Auctor, laudatus Joannes Doviat libro V. capitibus III. IV. V., & sequen. per ætates, & etiam secundum veras criticæ leges accuratissime disserit, ut plura scribere pretium operis haud ducimus.

Ad Gratiani opus redeamus, qui rem hanc universam recte, & clare divisit, imitatus Justinianum *de Institutionibus*, Jus omne ad tria reducentem, Personas, scilicet, Res, & Actiones sive Judicia. De divisione, & ordine, quem tenuit, & in Codice habemus, differere non immoramur, cum nec vel hilum ab Editionibus discrepet. Hoc quod præ ceteris observatione erat dignum, diligenter quantum nobis per tempus licuit, Codicem continentem Collectionem Canonum, eorumque concordiam perlustrare aggressi sumus, ut deprehenderemus, num qua lux affulgere posset ad statuendum, an *Paleæ* nomen, quod præfixum nonnullis Capitibus cernitur in Editionibus, & MSS., alterius Auctoris sit nomen, qui aliqua addenda Gratiani Decreto censuerit, nec ne. Novimus aliquos arbitratos esse nonnulla Capita nomine *Paleæ* notari, quod res levioris momenti contineant, cujusmodi sunt Paleæ; alios vero opinatos *Paleam* significare nomen proprium ejus, qui primus additamenta Gratiano attexuit. Fabritius Tomo III. Bibliothecæ med. & infi. ætatis lib. VII. pag. 83. Edit. Pat. definit nomen *Palea* quibusdam Capitibus affixum designare Auctorem illorum Canonum esse Cottam Paleam, qui hæc addenda Gratiani Decreto existi-

studiosus, magnum illud Canonum volumen edidit. Ubi vero Ivo ab Urbano II. Pontifice Carnotensis Episcopus consecratus est Capuæ anno 1092., & vita cessit anno Christi 1115. post gravissima negotia cum Ecclesiastica, tum civilia in Gallia administrata.

Quid ad hæc? Tandem Boetius Epo Catalogum exhibet Auctorum, ex quibus Ivo multa decerpsit in hoc Decretorum volumine; & fatetur ex Burchardo ea Ivonem Carnotensem esse mutuatum; & quod tam Burchardus, quam Ivo in suam Collectionem ea iotulerunt, quæ a Reginone scripta eraot, harum rerum indagator Stephanus Baluzios observat.

(c) Joannea de Deo a Joanne Hispano ICto distinctus, patria Ulysiponensia, ICtua Bononiensia Sæculo XIII. floruit, & de ejus operibus ad jua Canonicum pertinentibus loquuntur Ovdinus Tom. III. pag. 178., Pancirollos II. 30., Nicolaus Antonius lib. VIII. Biblioth. veteris Hispanæ Tom. II. cap. III., pag. 45.

existimarit. Nullum, nisi fallimur, in hoc opere Caput est, cui noster Codex Paleæ nomen præfixum exhibeat. Pluribus saltem evolutis hujus Codicis paginis, Capita quidem ipsa in iis deprehendimus, que *Paleæ* nomine in Editionibus præsignantur; at ipsum *Paleæ* vocabulum præscriptum ipsis minime vidimus. In margine dumtaxat Codicis nomen hoc semel, & iterum habetur, idque alia manu, quam qua totus Codex, & rubro colore scriptum. Constare inter doctos videtur, Capita, quæ præfixo hoc *Paleæ* nomine in Editionibus, & in plerisque Msstis Codicibus occurrunt, Gratiano minime tribuenda esse, quippe quæ a vetustioribus Msstis absint, Gratianique operi jam absoluto, & edito postea assuta fuisse. Cur vero iis nomen *Paleæ* vel præfigi, vel ad latus adjici consueverit, (plerique enim Mssti Codices in marginibus dumtaxat, ut de nostro Codice diximus illud exhibent, quamquam & nonnulli sunt, qui in imis paginarum limbis illud habent; qua de re legere juvabit Correctores Gregorianos in Præfatione ad Gratiani Decretum) valde disputatur, & quædam ea de re somniata potius, quam sapienter cogitata fuerunt. Nihil verius videtur quam *Paleam* cognomentum esse docti hominis, qui Gratiani discipulus fuerit, quique quandam Canonum Epitomen contexuerit, in qua nonnulla a Gratiano omissa reperirentur, exque ea Epitome, seu Collectione plura paullatim Gratiani operi inseri cœpisse, quæ plerique ipso *Paleæ*, hoc est Auctoris, ex cujus opere sumpta erant, nomine distinguenda a reliquis Gratiani Capitibus duxerint. De *Palea* veluti de viro notissimo Sicardus Cremonensis Episcopus loquitur in sua Decretorum Gratiani *Epitome*, laudaturque a doctissimo Sartio Camaldulensi (in Tomo I. P. I. pag. 281. de clar. Archygim. Bonon. Profess.) adnotatiuncula antiquis characteribus scripta, quæ extat in pervetusto exemplari Casanatensi Decretorum Gratiani ad Caput XX. post Canonem: *Illud statuendum:* qua in adnotatiuncula hæc habentur. *Et vocatur Palea a suo Auctore scilicet discipulo Gratiani qui Paucapalea vocabatur secundum Hug. Jo.* Compendia hæc Hu. Jo. in recitata Adnotatiuncula Huguccionem, & Joannem Teutonicum designant, ut docet *Sartius* lib. cit.; cumque is Huguccio paulo infra Gratiani ætatem vixerit, dignus certe est, cui fides hac in re habeatur. Plura alia circa Canones, qui *Paleæ* nomine a ceteris distinguuntur, ac circa ipsum nomen *Paleæ* legi possunt apud Antonium Augustinum in Opere de emendatione Gratiani, Correctores Gregorianos in superius laudata Præfatione, Pitheos Fratres, Jo. Albertum Fabricium, Sartium, aliosque.

Insuper animum ex sententia aliquantulum applicuimus ad observandas hinc illinc varias Codicis lectiones, illarum præcipue aliquas, in quas Eruditi ex nostris, nonnulli præsertim ex Hetherodoxis acriter, parumque modeste, ne dicam scurriliter invehuntur, ut totum ferme grande illud Volumen, & operosum mendis, nævisque scatens Lectoribus ostendant. Fatemur in eum multos irrepsisse errores, adeo ut ad ipsum emendandum Summi Pontifices Pius IV., & V., Gregorius XIII. per viros doctos, & in antiquitate peritos se se conferrent, unde Editio nova a mendis expurgata curata fuit Romæ anno 1582. in Ædibus Populi Romani. Sed, quæso, observemus doctos illos viros ad hoc præstandum usos fuisse exemplaribus in Bibliotheca Vaticana existentibus, illo etiam primum edito Bibliothecæ Barberinæ per Joannem Turrecremata Ordinis Prædicatorum S. R. E. Cardinalem, aliisque, in quibus tot errores non reperiuntur, sicuti tanta eorum multitudo haud observatur in Codice nostro, in quo non ita facile nanciscimur unum S. Patrem loco unius Concilii, neque unum Concilium loco unius S. Patris Gratianum accipere, ut nonnulli jactitant, & præcipue Auctor anonymus opere inscripto. *Discorsi su la incertezza delle scienze:* ubi de Jure Canonico loquitur, e gallico idiomate in italicum traducto. Venetiis anno 1728. Quæ igitur caussa fuit, ut tot in primas ejusdem Editiones menda irreperent, a quibus Hetherodoxi plerique moti sunt ad fidem tot Canonibus, tot SS. Patrum sententiis, tot Pontificum Decretis adimendam? Ea sane primum tenet locum, multiplicitas scilicet exemplarium ad lucrandum a librariis excri-

exſcriptorum. Vix namque improbo labore abſolutum fuit hoc opus, tanti apud Juris Canonici ſtudioſos fuit, quanti ulla res eſſe poterat, atque adeo in ſcholis invectum acceptabatur, explicabaturque, & ideo ut omnibus præſto eſſent exemplaria, a Librariis etiam indoctis feſtinanter exſcribebantur fœdata, erroribuſque plena. Quid igitur? Nemo ſane probus Judex in Auctoris vitium vertere poterit, ideoque indulgendum. Indulgendum ſi tempus conſideremus, quo ſcripſit; quæ, & quanta Volumina in Bibliothecarum Pluteis trivit, quibuſve uſus ſit Exemplaribus, ex quibus veluti e fontibus plurima hauſit, hoc eſt ex Collectionibus Burchardi, Ivonis, & ſimilium, vel, ut Joannes Molinæus credit, ex eorum compendiis, quæ lacunis hiabant, mendiſque aſperſa circumferebantur. (*d*)

De Gloſſis, ſive Commentariis Bartholomæi Brixienſis, qui Juris Conſulti, & Juris Canonici publicus fuit Profeſſor in Bonon. Academia, vide celebrem Maurum Sartium Camaldulenſem de Cl. Archigymnaſii Bonon. Profeſſoribus Bononiæ typis a Vulpe 1769. fol. pag. 339.

4. In poſtica ultimi folii parte Homilia quædam legitur ſupra illa verba. PARVULI PETIERUNT PANEM, ET NON ERAT QUI FRANGERET EIS; cujus ſaltem damus initium, & finem. *Parvuli ſunt ſimplices Chriſtiani, qui debent eſſe parvuli ſenſibus, & ſecundum id parvuli malitia eſtote. Panis in hoc loco accipitur pro divina Scriptura, quæ eſt panis animæ: unde* NON IN SOLO PANE VIVIT HOMO, SED IN OMNI VERBO QUOD PROCEDIT DE ORE DEI. *Item de hoc Pane S. Petrus.* PANIS COR HOMINIS CONFIRMAT. *Parvuli ergo panem expectant, cum boni Chriſtiani verbum prædicationis expoſcunt. Veruntamen non eſt qui hunc Panem frangat, cum non ſit, qui ſacram Scripturam exponat. Nam panem frangere eſt Verbum Dei explanare. Qualiter autem panis iſte ſit frangendus pro modulo parvitatis meæ breviter enarrabo. Notandum itaque eſt, quod modi prædicandi in communi ſunt duo. Unus ad Clerum, & alter ad populum; primus dicitur proprie ſermocinatio; eis vero proprie ſermocinari prædicatio nuncupatur. Unde ſciendum eſt, quod Clericis debemus alta imponere: Laicis vero levia reſervare, Apoſtolo dicente.* LOQUIMUR SAPIENTIAM INTER PERFECTOS, *ideſt in Cleros; & alibi.* NON POTUI VERBIS LOQUI, QUIA SIMPLICES ESTIS, QUASI MODO GENITI INFANTES RATIONABILES LAC CONCUPISCITE, *ideſt levia rudimenta Fidei. Sit itaque Prædicator diſcretus, & providus, & Clericis alta, Laicis vero levia noviter impertiri &c. &c.* Definit in hæc verba *Conſequenter videndum eſt qualiter facies verbis attribuitur. Sit iſtud thema. Ut compellantur milites ad bravium; ut famelici ad prandium, ut ſitientes ad po-*

(d) Ea quæ in Gratiani laudem, & apologiam ſcribit Joannes Chiflerius de Juris utriuſque Archytectis cap. V. Antvv. 1651. 4. & Tomo I. theſauri Juris Everh. Othonis pag. 186. confer cum Anonymi laudibus paulo ante recenſiti, quibus effert Magiſtrum, atque Doctorem Gratianum, & intelliges quam grandem dederit operam Gratianus non in colligendis tantummodo Canonibus, ut ante illum præſtiterant Collectores eorumdem, ſed in ipſis conciliandis, qui ſæpe invicem pugnantes videbantur. Ne actum agere videar, Eruditis ſatis perſpecta ſunt, quæ ſcribit Balutius ad Antonium Auguſtinum de emendatione Gratiani, quæque tradunt Richardus Simon Tom. I. Cenſuræ Bibliothecæ Eccleſ. Dupinus pag. 602. aliique non pauci. Facta tamen emendatione hujus Operis a ſelectis Viris, atque ſub Gregorio XIII. anno 9. ſui Pontificatus Editione accuratiore publica luce donata, merito recenſeo, quæ Doctiſſimus Joannes Doviat lib. IV. *Prænotium Canonicarum* cap. XIII. §. IV. pag. 399. monet. *Sed licet non pauca ſuperſint, quæ caſtigationem aliquam deſiderare videntur, niſi forte, quis contenderet nullam a nobis gratiam initurum, qui lapillorum, gemmarumque pretioſarum immenſum acervum magna cura undique conquiſitum, rudis nonnullis, informibuſque admixtis nobis offert.* Miror ſane, dum Auctorem anonymum lego gallice ſcribentem in italico ſermone traductum, cujus opus eſt inſcriptum. *Diſcorſi ſu l' incertezza delle ſcienze*: dum de Jure Canonico loquitur, acerrime invehere in Gratianum, titulumque etiam Operis reprehendere dum ait. *Il decreto contradice a ſe ſteſſo nel titolo, ed è: Concordantia diſcordantium Canonum.* Multum operis impendere ad Canones conciliandos, qui videri poſſunt diſcordantes, quis unquam dicet contradictionem in titulo invehere?

ad potum; ut venatores ad leporem; ut cervi ad fontem, æstuantes ad umbram, aquila ad escam, cursor ad metam; Clericus ad Præbendam, pauper ad Ecclesiam, & his scilicet verbis similis facies, ut trabant, dicitur fieri; & etiam eorum verborum facies dulcificantur secundum diversitates significatorum verborum. Breviter omnia, quæ considerantur, & attenduntur in faciebus adjectivorum attenduntur in proprietatibus verborum. Explicit.

Hujus didascalici Sermonis partem haud exiguam saltem principii sui exscripsimus, ut ipsius doctrina, & eruditio percipiatur, cum prolixior sit sermo, & lineas num. *66.* spissis, minutioribusque characteribus exaratas, & ita longiores, ut totum occupent spatium, contineat. Quædam subinde notantur, quæ illius sermonis Auctorem commonstrant; fuisse scilicet Nicolaum Boæmum Doctorem Palatinum, & Abbatem Tridentinum Virum *fidelem, & in verbis suis mellifluum.*

In Codicis inferiore tegumento ad internam ejus partem hæc leguntur.

Ex Bulla Apostolica Pauli Papæ Secundi Felicis Recordationis.

„ Libraria autem, sive Bibliotheca per quondam Malatestam Novellum de
„ Malatestis in Conventu S. Francisci Minorum Conventualium Civitatis Cæsenæ
„ constructa volumus, ut ibidem perpetuo existat, nec ex ea libri quomodolibet
„ removeantur, emittantur, anferantur, alienentur, sive quomodolibet extrahantur
„ sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ. Et nihilominus Auctoritate Apo-
„ stolica per præsentes has confirmamus omnes & singulas donationes, concessiones
„ per dictum quondam Malatestam Novellum factas tam Conventui prædicto, quam
„ pro studio, & Lectore ibi deputato. Volumus quoque &c. &c.

Frater Bernardinus Manzonius Cæsenas scripsit.

Codex membranaceus, ut etiam ceteri omnes hujus sinistræ partis Bibliothecæ est Sæculi XIII., magnæ molis in fol. maximo binis columnis diligenter exaratus, titulis rubricatis, adjecta vero Glossemata Anonymi sunt Sæculi XIV. Is conspicuus Codex, & bene servatus Icones habet rudi penicillo delineatas, quarum prima in sui medio Angelos exhibet trhonum sustentantes, cui supremum Numen insidet: ad dexterum latus demissiori loco vir extat mitratus, & Angelus, qui ei librum porrigit, adque Pontificis humeros homines multi pallio vestiti, barbati, gestantes in capite coronam. Ad sinistrum vero latus Vir paludamento ornatus, cui alter Angelus ensem exhibet, & ad Regis latera homines militaribus indumentis cooperti. Quæ quidem imagines, quid manifeste significent, nemo non videt. Ad varias hujus Codicis distinctiones propriæ visuntur Icones, rem de qua ibi differitur exprimentes. Et ut degustationis loco unam adponam, ubi *de simonia* sermo est ad viri mitrati pedes infantulus observatur crumenam auro plenam in manibus habens. Hæ Icones plerumque conspiciuntur erectæ, & stantes instar Idolorum cum laminis aureis iisque rudibus, & in nonnullis imaginibus Doctoratu honestatis insigne ad humeros videtur, quod *Varo* solet appellari.

I N II.

Commentarii Innocentii IV. in quinque libros Decretalium cum quibusdam adnotationibus ad margines; duabus Columnis Codex est exaratus. Suum præfert Procemium, quod incipit. *Legitur in Ezechiele venter tuus comedet, & viscera tua replebuntur.* In fine ejusdem: *Liber primus est de Summa Trinitate, & Fide Catholica.* Ad primi libri calcem extat. *Explicit liber primus; incipit secundus de Judiciis;* dein. *Explicit liber secundus; incipit liber tertius de vita, & honestate Clericorum. Explicit liber tertius; incipit liber quartus de Sponsalibus, & Matrimoniis. Explicit liber quartus; incipit quintus de accusatoribus, & testibus.* In quin-

quinque librorum fine legitur. *Explicit Apparatus Domini Innocentii quarti super Decretalibus* (e).

Subjicitur index rerum peculiarium alphabetico ordine dispositarum, de quibus in Codice differitur.

Ad internam ultimi Folii partem hæc scripta leguntur. *Anno Domini millesimo tercentesimo sexagesimo secundo, die lunæ proxima ante Festum S. Nicolai Mense Decembris fuerunt capti in bello prope lacum de Liniaco per Magnificum Virum Dominum Gastonem Comitem Fuci, & ejus exercitum, videlicet Magnifici Viri Domini Comites Armarici, Comianarum Pardiaci, & Vicecomes Feranci, Dominus de Parta, Dominus de Febreto cum septem ejusdem gentis, & plures alii, de quibus nomina scribere esset longum.* (f)

Codex nullo mendo, nullaque macula infectus, est Sæculi XIII.

IN III.

1. Bernardi Compostellani *Postillæ Canonum*. In fine. *Expliciunt Postillæ Bernardi Compostellani*. (g)

2. Abbatis *distinctiones* eorundem Canonum; legitur siquidem ad calcem Operis. *Expliciunt distinctiones Abatis*. (h)

3. Guidonis de Baysio Archidiaconi Bononiensis opus *ad Jus Canonicum* spectans cum sua Præfatione. (i)

4. Bartholomæi Brixiensis *Summa* cum hac Inscriptione. *Incipit Summa Quæstionum Dominicalium, & Venerialium* cum sua Præfatiuncula his verbis exarata. *Ad honorem Omnipotentis Dei, & Ecclesiæ cui præsidet Gregorius IX., & ad utilitatem Scholarium Bononiensium, & aliorum studentium ego Bartholomæus Brixiensis inter Doctores, in Jure minimus brevem Summulam Quæstionum Dominicalium, & breviorem Venerialium in Jure Canonico subjectis titulis composui, paucas allegationes ex utraque parte, & propositiones, quas prudens Lector, sed quod ei videbitur, adoptabis humiliter supplicando, ut meam dignetur insufficientiam tolerare*. Hæ quæstiones non alia ratione *Dominicales*, & *Veneriales* ab Auctore sunt appellatæ, nisi

(e) Primus omnium Innucentius IV. Summus Pontifex Commentarios composuit in V. Decretalium libros Lugduni, quo tempore ea in Urbe Concilium Oecumenicum XIII. Lugdunense indixit. Hi Commentarii in tauta fuerunt existimatione, & sunt apud Juris utriusque Consultos, ut *Patrem*, & *Organum* veritatis nuncupaverint; its testantur Trithemius cap. 447. Pancirollus II. 5. Ovdinus Tom. III. pag. 264., aliique multi.

(f) Epocham certam, ac peculiarem præclaræ illius victoriæ a magnifico Comite Gastone reportatæ videant Historici eruditi rerum Florentinarum.

(g) Bernardum Compostellanum ita dictum, quod Ecclesiæ Compostellanæ erat Presbyter, concinnasse Casus Decretalium, & eruditos in eos *Commentarios*, quos Apparatus vocant, didicimus a Joanne Doviat *Prænotionum Canon.* lib. V. pag. 439. (Hunc apparatum inchoasse, non autem perfecisse Bernardum scribunt Ptolomæus Lucensis lib. XXI. cap. XXII., & Joannes Andreæ in Proæmio Novellæ); atque collegisse *Diplomata Summorum Pontificum, & antiquorum Hispaniæ Regum Ecclesiæ Compostellanæ concessa*: vide, ut monet Fabricius Tom. I. Bibliothecæ suæ lib. II. pag. 229., Hispaniam illustratam Tom. IV. pag. 353. & Ovdinum Tom. III. pag. 245. Postillarum vero Canonum Scriptores haud meminerunt, easque concinnasse ex hoc nostro Codice deprehendimus, quasque io nonnullis aliis Bibliothecarum Catalogis non iovenimus. Vel igitur alibi desideraotur, vel si ineditas esse judicamus, non longe a vero aberrabimus.

(h) Nicolaus de Tudesco is auctor est, qui Abbatis nomen sumpsit, dum a Martino V. Maoiacensi Abbatia io diœcesi Messnensi fuit honestatus, & cum demum Archiepiscopi Panormitani dignitate fuit insignitus, vulgo Panormitanus est appellatus. Nonnulla de ipso Panormitano prodiit in lucem, quæ haud typis commissa erant, Cl. Mansius in Conciliorum Supplem. Tom. IV. pag. 1352. decerpta ex Codd. MSS. Felini, atque Vindobonam profectus ex Cæsarea Bibliotheca.

(i) Guido de Bayso, ita eum appellat Trithemius cap. 292., apud Cangium rectius de *Barso*, & Guido *Baisius*, ut in Pandectis Brandemburg. Heridreichii. Is ex Canonico S. Victoris Bononiæ factus Archidiaconus nomen tenuit, unde *Archidiaconus* fuit cognominatus. Scriptores consuluimus agentes de suis operibus, & nisi fallimur, nobis non fuit Tractatum invenire ipsius Archidiaconi super tit. *de Hæresibus*, quem in hoc Codice jam jam indicabimus.

nisi quia diebus Dominicis, & Veneris eas disputandas proposuit, exemplo Pillii, qui quæstiones suas inscripsit Sabbatinas, eo quod Sabbati die ab se discussæ fuerunt, quas quidem plurimi fecerunt Guiglielmus Durantes, qui sæpius in suo Juris speculo ad eas se confert, & Joannes Andreæ etiam in additionibus ad speculum Guiglielmi, aliique multi.

Codex eadem manu scriptus, uti diligenti examine comperimus, non est nisi Sæc. XV.

I N IV.

1. Raymundi *Summæ* pars prima, secunda, & tertia cum Commentario Anonymi, forte Joannis Teutonici. Præcedit *Tabula super Summam Magistri Raymundi.* Hæc ita accurata est, ut Textus primo veniat, subinde Glossa, & ita hæc distributa, ut Glossis textus respondeant numeris ordine suo notatis, & tandem post tertiam partem sequitur Tractatus de Matrimonio, & primo de *Sponsalibus Magistri Raymundi* (l) Totius itaque Operis distributio in Codice hæc est. *Summa de Pœnitentia, & Matrimonio divisa in quattuor partes, quarum prima de peccatis adversus Deum; secunda adversus proximum; tertia de Ecclesiasticorum delictis, officiis, & juribus; quarta de Matrimonio.* Hoc ordine prodiit Lovan. 1480. fol. Colon. 1595. Paris. 1500. 4. Hujus magni Operis principium est. *Incipit Summa Raymundi de Pœnitentia. Quoniam, ut ait Hieronymus, secunda post naufragium tabula est culpam simpliciter confiteri, ne imperitia ministrantis prædicta tabula submergi contingat aliquando naufragantes, Ego Raymundus inter Fratres Ordinis Prædicatorum minimus, immo inutilis servus ad honorem Domini nostri Jesu Christi, & gloriosæ Virginis Matris ejus, & beatæ Catharinæ præsertim Summulam eu diversis Auctoritatibus, & majorum dictis diligenti studio compilavi, & si quandoque Fratres Ordinis nostri, vel alii judicium Animarum. facere in foro pœnitentiali forsitan dubitaverint, per ipsius exercitium tam in consiliis, quam in judiciis quæstiones multas, & casus varios difficiles, ac perpleuos valeant innodare &c.* Ad finem hujus Procemii hæc sunt. *Unde Lector mihi precor esto benevolus, & affectum meum considerans turricata lingua non mordeas, utilia soli Deo attribuas, & si quæ tibi minus utilia, vel prorsus inutilia videbuntur dicas, vel librum mendosum, vel te non intelligere, vel a me præter propositum inserta, cogitans charitate fraterna corrigas, & emendes.*

Commentarius incipit. *Secunda Tabula. Tabula hic dicitur Baptismus, vel Pœnitentia, quia sicut Nauta nave fracta adhærendo alicui tabulæ evadit majus periculum: ita & homo peccatá hujus mundi evadit per Baptismum, vel Pœnitentiam. Prima est tabula appellata Baptismus, & sanctitas si fuerit omissa per peccatum non restat, nisi per Pœnitentiam, quæ est secunda Tabula ad evadendum peccati periculum.*

2. Consilia Magistri Gerardi de Cremona, & Magistri Bernardini Oddofredi præcedunt hoc Opus Raymundi aliena manu exarata circa Excommunicationem de publicis

(l) In adnotatione manuscripta adjecta Codici ejusdem Summæ hæc leguntur. *Tabulam* (texuit) *super summam Raymundi, & ejus Apparatum, justificationem plurium quæstionum in ipsa summa, & glossam ipsius.* Cujusnam hæc Tabula? Raymundi, an Joannis? Puto Joannis. Et Sanc. In Codice Vaticano 2203., quem vidit Cl. Sartius, io quo alia suot Fratria Joannis Teutonici opuscula *præter Summam Casuum conscientiæ* hæc extat adnotatio. *Nota quod Lector iste Joannes ante compilationem, fecerat Tabulam*, idest indicem *supra Summam Raymundi, & Apparatum ejus*, idest Glossas, quas io hoc nostro antiquo exemplari Summæ S. Raymundi adjectas video, atque in aliis vetustis exemplaribus reperimus, *verificatione quorum, seu declaratione plurium, quæ in ipsa Summa, & glossa ejus habentur, nec non & quemdam libellum specialem de quæstionibus criminalibus*, cui libello hunc prologum præposuit. *Prologus Fr. Joannis Lectoris in libellum Quæstionum criminalium.* Nullus itaque superest dubitandi locus, Joannem Teutonicum illius tabulæ super Summam Raymundi auctorem fuisse, ac proinde immerito scribit Cl. Mansius Tom. IV. Biblioth. med. & infi. ætatis lib. IX. pag. 151. dum refert hanc Codicis nostri adnotatiunculam, & dubitat, *an Raymundi sit tabula, an Joannis.* Libellus postea *Quæstionum criminalium* deest io Codice nostro, qui in Vaticano supra indicato legitur. Plurimarum Quæstionum collectio cum inscriptione suorum Auctorum peculiariter huic MS. nostro conserta est, de qua quamprimum.

blicis adulteriis, seu publice tenentibus concubinas; de privatis, vel occultis adulteriis. Similiter de Excommunicatione contra illos, qui parochiales Sacerdotes in suis Testamentis non faciunt interesse, vel commissarios esse dicunt. Tandem de Excommunicatione facta contra accedentes ad prædicationem Fratrum, non valere, cum contineat in se errorem intollerabilem. *Cum enim a Summo Pontifice sit eis prædicatio concessa, non potest in fœnorem infringi, quia non habet imperium minor in majorem. Si autem diceret Episcopus, quod non prohibet Fratres prædicare, sed populum sibi commissum ne ad prædicationem eorum accedat, respondetur per idem est, ac si prohibeat Fratres prædicare ..... In omnibus his brevi superius dictis concordant dicti Magistri, & hoc ipsum eupositum reputant quasi stultum, & Eucommunicationem in his casibus factam nullam dicunt, & nedum nullam, sed nec etiam timendam, & hæc omnino probant teutibus juris divini, & humani.*

Hæc eorum consilia excipit Testamentum his verbis expositum. *In nomine Christi Amen. Anno millesimo ducentesimo septuagesimo seuto, Indictione quarta, die tali, eueunte tali mense, apud talem locum, præsentes, & rogati testes tales, & tales &c. &c.* Continet hoc testamentum donationem de medietate *unius campi, & silvæ posita in territorio Cæsenæ, Plebatu tali in Serano*, ipsumque stipulatum fuisse, & simulate efformatum, cum veri hæredes, & campi, & silvæ viverent, & quidem filii Pepoli, & Ugolini. In fine ipsius legitur. *Quibus omnibus ego talis Imperiali auctoritate Notarius præsens fui, & ut legeretur mandato dicti hæredis præsentavi, & publicavi.*

3. Post Opus Raymundi de Pennafort Collectio multarum Quæstionnm canonicarum occurrit Virorum Juris Consulti laude præstantium, quas heic saltem indicare non inutile erit, cum in aliis MSS. raro inveniantur, atque nonnullas prælo haud commissas merito existimemus. Titulus aliquarum est. *Qui testari possunt*; Et in illis sermo est *de Testamento; de Conditionibus; de Usuris; de Appellationibus; de Renuntiatione; de Promotionibus; de Revocationibus*, aliisque, & ad earum postremam paginam legitur. Joannis de Cæsena. (m)

4. Subjiciuntur Quæstiones Veneriales Magistri Brixiensis *de Rescriptis*; & ad hujus opellæ calcem legitur. *Quæstio est disputata Paduæ per Joannem Andreæ, eo anno, quo ibi legit*, in qua quæritur; *An Matrimonium solutum per consanguinitatem, vel quatenus mulier non cognita Religionem profitetur, rumpat sponsalia de futuro prius a Viro contracta.*

Insuper. *Incipiunt Quæstiones disputatæ in Jure canonico*, & hic est earum titulus.

Prima *disputata per Joannem Andreæ Anno MCCCXI. die XXII. Decembris, & est. An Prælatus Regularis, vel Sæcularis, non Episcopus, tamen eueptus, petita, sed non obtenta licentia Papæ, vel Legati de Latere possit zelo sanctioris vitæ profiteri Religionem, vel cum Religiosus sit, profiteri sanctiorem. pag. 95.*

Secunda *disputata per dictum Joannem Andreæ Decretorum Doctore in Bononiensi studio Anno MCCCX. die Martis XXI. Decembris, estque Seminavi poros in Parochia Sancti Andreæ, quos ibi natos plantavi in Parochia S. Joannis, quæritur cui Ecclesiæ de iis Decimæ debeantur*. pag. eadem.

Tertia *Quæstio est Fratris Jacobi Canonici Ecclesiarum Sanctorum Victoris, & Joannis in Monte Doctoris Decretorum.* scilicet *Super eupoliationem Conventus, rem petitam confitetur in juditio possidere lite contestata quoddam Monasterium, asserens illum Conventum monasticum suum esse, & eum non posse nomine proprio conveniri, defensioni litis se obtulit supradictæ, novum in se petens Judicium inchoari: quæritur, utrum sit cum Monasterio novum judicium inchoandum, vel Causa eu actis præcedentibus ad dictum Conventum terminanda, ut fiat restitutio spoliatæ. pag. 96.*

Quar-

(m) Joannes Cæsenas is est, de quo disseruimus in historiola Scriptorum Cæsenatium Tomo I. pag. 222. Præter ejus Opera ibi recensita Quæstiones ipsi inscriptas in hoc Codice habemus, quarum Scriptores non meminerunt.

Quarta *Quæstio Fratris Jacobi Doctoris Decretorum Archipresbiteri Plebis Sanctæ Mariæ de Monte Bellio Bonon. Diœcesis;* & ita se habet. *Legatus, cui spetialiter est commissum ut possit Auctoritate Apostolica in quolibet Monasterio unum Monachum ponere, cuidam eadem auctoritate concessit, ut reciperetur in Monasterio in Monachum, & in Fratrem; quæritur numquid annus probationis Monasterio reservetur*. pag. 97.

Ejusdem aliæ sunt Canonicæ Quæstiones.

Quinta. *Quæstio disputata per Joannem Andreæ Decretorum Doctorem sub annis Domini MCCCXI. die Sabbati III. Aprilis*, estque: *Quæritur an eu privilegio hujus studii per quod concessit Papa quibusdam alias prohibitis, quod possint hic audire Jus Civile, & in eo libere studere, liceat in eo Jure docere, vel doctorari.*

Sexta. *In Christi nomine Amen. Abbas, & Conventus cujusdam Monachi privilegium a Sede Apostolica impetrarunt, quod suos familiares domesticos tempore Interdicti possent ad participationem licite admittere divinorum. An in familiares assumptos post obtentum privilegium possint admittere, dubitatur.*

Septima. *Quæstio disputata per Joannem Andreæ Bonon. Doctorem in Studio paduano sub annis a Nativitate Domini MCCCVII. die Sabbati XVI. Decembris. Doctores per statutum tenentur disputare, & in certam diem quæstiones disputatas Statutario tradere. Doctor privilegiatus, qui non tenetur disputare, disputavit hanc quæstionem. Notarius procurator meus ad probandum de jure meo in judicio produxit instrumentum sua manu scriptum: quærebat an faceret fidem. Hanc vero quæstionem per se disputatam Statutario non tradidit; quæritur de duobus; primo quid juris de quæstione prædicta; secundo an Doctor inciderit in Statutum.*

Octava. *Quæstio inscripta fuit disputata Bononiæ per Dominicum Joannem de Montemurlo Doctorem Decretorum sub anno Domini MCCLXXXXIV. de mense Aprilis*. Quæstio est ejusmodi. *Dominus Papa mandavit per suas litteras Capitulo Bononiensi ut A. Clericum reciperent in Canonicum, & in Fratrem, & assignarent ei Præbendam vacantem, vel vacaturam prouime; si super hoc Euecutoribus deputatis Capitulum Bononiense noluerit obedire dicto mandato, imo coram euecutoribus dictis multas exceptiones proposuerit, tam contra impetratum, quam contra impetrantem, & ultimo appellaverit; & cum super hoc aliquo tempore litigassent cum isto A. Clerico, in Curia fuit lis, & quædam probationes receptæ. Rebus ita se habentibus Capitulum Bononiense dictam Præbendam vacantem contulerunt Magistro B., & diuerunt, quod defenderent jus suum, & opponerent se illi Clerico. Modo quæritur numquid debeat Causa remanere in suo statu, in quo est, quod iste B. teneatur in iisdem punctis defendere Causam, in quibus est, & eam prosequi usque in finem: an debeat causam de novo cum ipso B. a capite incboare si potuerit.*

Joannes de Montemurlo agnomen sumpsit a Castro dicto *Montemurlo* in agro Florentino, ut constat ex mem. Communis Bonon. ad Annum MCCCI., & diu in Academia Bonon. auditor fuit, & postea in numero Professorum Sacrorum Canonum merito cooptatus. [n]

Est in Codice alia ejusdem quæstio, quæ ita incipit. *Plebanus, & Canonicus plebis de Montemurlo &c.*

Sequuntur aliæ Quæstiones Joannis Andreæ scilicet *Florentini Canonici quæstio disputata anno MCCCXIII. die V. eueunte Januario*. Sic etiam quæstio Mutinensis Canonici Anno MCCCXIII. die XIV. Aprilis.

In fine Quæstionum omnium Joannis Andreæ, quæ multiplices sunt, quasque recensere non vacat, Versus leonini simplices leguntur non parum rudes in ipsius laudem. [o]

Subjiciun-

(n) Vide Cl. Sartium Tomo 1. part. 1. cap. LXIV. pag. 415. adnot. a.

(o) De Patris nomine Joannes Andreæ cognomen sumpsit. Circa annum 1330. Patavii docuit.

Subjiciuntur & aliæ Canonicæ Quæstiones, quas inter una hunc habet titulum. *Palmerius, & Joannes Andreæ. Baptizavit, seu lavavit Judæus, Paganus, Hæreticus; quæritur an oriatur cognatio spiritualis.* Quæstio tamen Palmerii fuit solum de Hæretico. (p)

Sic etiam *Quæstiones Marsilii Decretorum Doctoris*, atque in primis illa. *Utrum compaternitas contrahatur per procuratorem;* quæ etiam quæstio a Joanne Andreæ agitata refertur in Mercurialibus *ad Rubricam de cognatione spirituali.*

Tandem quam plurimæ aliæ sunt disputationes, & præcipue *per Dominum Guidonem de Guiccis, disputatæ annis MCCCXV. Indic. XIII. die VIII. Novemb. & MCCCXVI. Indic. XIV. die V. Martii* (q), aliorumque, quas ne longior sim, silentio prætereo. (r)

4. Hoc in Codice extat Opus inscriptum *Apparatus Compostellani*, qui 44. Foliis continetur.

5. *Distinctiones Petri de Saxonia*, vel rectius *de Sampsone*, ut pluries monet Cl. Sartius laudato in Opere de Professoribus Archigym. Bonon. Pariter *distinctiones Abbatis*, & titulus est. *Incipiunt Distinctiones Abbatis. Rubrica. Circa Statuta facta a Capitulo ita distingue.* Pergunt hæ Distinctiones per aliquos titulos Decretalium. *De rescriptis; de electione, & electi potestate &c. &c.* Utriusque *Distinctiones*, & Petri, & Abbatis protrahuntur ad folia 44.

6. Tractatus Archidiaconi super tit. *de Hæreticis.*

7. *Sermo Theologicus, qui inscribitur Fr. Bonaventuræ super sententiis* videlicet. *Utrum in Symbolo contineantur omnia, quæ opportuna sunt credere ad salutem circa articulos Fidei.* Tria in eo quæruntur, & demonstrantur, idest *de sufficientia fidei quantum ad continentiam Symboli Apostolici; de sufficientia ejusdem quantum ad notitiam eorum qui præcesserunt adventum Christi; & tandem de sufficientia ejusdem quantum ad illos, qui ejus adventum fuerint secuti.* Hæc in eo ostenduntur, & etiam ejusdem Symboli sanctitas, antiquitas, & præstantia. Deinde hæc sunt Anonymi verba. *Quæ vero addita sunt ad Hæreticorum confutationem valent, non tamen Symbolum Apostolorum fuit diminutum; quare quamvis in illo fides sufficienter contineatur quantum ad propriam, & simplicem fidei confessionem, optimum tamen fuit aliquid addere ad explanationem propter confutandam hæreticam pravitatem,*

cuit, & præcipue Bononiam revocatus operam sedulam dedit interpretandis Decretis Pontificum. Scripsit *Glossemata in Sextum Decretalium*, immo secundis curis auxit, Scholia etiam in *Clementinas* confecit, & Commentarium in Decretales Gregorii IX., & titulo *Novellarum* inscripsit. Quamplurimæ canonicæ Quæstiones sunt in nostro Codice exaratæ, quæ hujus præclarissimi Interpretis nomen præferunt, quas omnes non esse publica luce donatas jure, & merito putamus.

(p) Palmerus de Casula in Bononiensi celebri Academia floruit extremis Sæculi XIII. annis, ibique Sacrorum Canonum Professor fuit. Diplovatscius *in Martino Solimano* hunc Palmerium Præceptorem fuisse Joannis Andreæ existimat; ast in reg. *rationis* sic loquitur Joannes Andreæ. *Hæc regula facit ad quæstionem, quam post dominum meum, & Dominum Palmerium disputabam.... primum articulum hujus quæstionis disputavit* Dn. *Palmerius, secundum disputavit* Dn. *Marsilius.* Ex his liquido constare putat Cl. Sartius non Palmerium, sed Marsilium a Jo. Andreæ Dominum, idest Præceptorem suum nuncupari.

(q) Ughellus ex MS. exhibet Acta inquisitionis *de Juribus Episcopatus Concordiensis* Tom. V. Italiæ Sacræ pag. 347. ejusdem Guidonis, ibique nominatur Guido *de Guisis:* Codex noster legit *de Guiccis.* Is ab anno 1313. Regiensis fuit Episcopus, & postea Concordiensis ab anno 1330. usque ad annum 1347., ideoque ex eodem nobili genere ortus, ac Guido Baysius Patricius Regiensis, qui Patruus ejus fuit.

(r) In insigni Codice Bibliothecæ Ghisianæ, quo sicuti in nostro permagnus quæstionum numerus, tam in Jure Canonico, quam in Civili disputatarum continetur, *& una est*, inquit Cl. Sartius in Opere de Professoribus Bonon. cap. LXVIII. pag. 418., *quæ Marsilii, Palmerii, & Joannis Andreæ nomina habet adscripta.* Istorum multæ sunt in Codice nostro, aliorumque. Quovis sæculo Bononia veluti liberalium artium magistra summis est efferenda laudibus, hinc merito Clemens VIII. in Bulla Canoniz. S. Raymundi c. 1. num. 9. de ipso ait. *Bononiam velut ad commune bonarum artium domicilium, & disciplinarum Emporium profectus est.*

8. Commentarii Decretalium *de Clericis conjugatis*, *de Regularibus*, *de homicidio*, *de Testamentis a Joanne Andrea*.

Tandem Bartholomæi Brixienfis *Quæstiones Veneriales* tantum, quæ reperiuntur in Codice fuperiore.

Codex eft Sæculi XIV., & non mediocris pretii, præcipue cum permagnum difputatarum Quæftionum numerum a variis Doctoribus Bononienfibus contineat, quæ non ita facile conjunctæ inveniuntur aliis in Codicibus, & quarum aliquæ Juris utriufque ftudiofis non injucundæ effe deberent, atque infuper tempus, quo difputatæ funt, & Auctorum fæculum, quo vixerunt, patefaciant.

I N V.

Raymundi *Summa* eadem, quæ extat in fuperiore Codice, eodemque Commentario, qui & ipfe etiam fine Auctoris nomine eft Joannis Teutonici. Nihil aliud hoc in Codice adeft, quod obfervatu fit dignum, nifi quod ex characterum forma dignofcitur labente fæculo XIII. fcriptum fuiffe. Raymundo laus hæc eft tribuenda, ut ficuti Juftinianus Imperator novum Codicem compofuit Triboniani maxime opera ex tribus Codicibus Gregoriano, Hermogeniano, & Theodofiano, atque ex novellis Conftitutionibus fequentium Imperatorum datis poft illos Codices; ita Gregorius IX. in Jure Pontificio præftitit, eftque ufus opera, diligentia, & doctrina Raymundi de Pennafort ex illuftri Ordine Prædicatorum in Sanctorum albo adfcripti a Clemente VIII. anno 1601., cujus vitam a vetufto Scriptore brevi congeftam Francifcus Penia notis illuftratam, ac duobus libellis auctam luce donavit Romæ 1601. 4.

I N V I.

Sextus Decretalium, cum Commentario Joannis Andreæ Bononienfis. Is Bononienfis dicitur, cum Bononiæ Præceptores habuerit Guidonem de Bayfio Archidiaconum, ac Marfilium, nec non Bononiæ profeffus fuerit Jus Pontificium per annos ferme quinquaginta, ibique mortuus; cæterum in agro Florentino natus. Sextus Decretalium ab auctore fuo, fcilicet Bonifacio VIII. eft appellatus, quod poft quinque Decretalium libros a Gregorio IX. collectos, Bonifacius fuperiorum Pontificum poft Gregorium IX., ipfiufque Gregorii pofteriores Decretales, fuafque adunavit, ex quibus *Sextum Decretalium* contexuit, ut Decretalium opus numerum librorum fenarium, illo addito, complectens perfectionem obtineret.

Codex fcriptus Sæculo XIV. bene fervatus, accurateque fcriptus, nihil aliud in eo fupereft obfervatione dignum.

I N V I I.

Guidonis de Bayfio Archidiaconi Bononienfis. *Apparatus in fextum Decretalium*; ita Codex legit. Aft Scriptores de hoc Opere loquentes *Gloffas* appellant, quas in fummo pretio effe palam profitentur. Scribit namque Fabricius de ipfo. *In fextum librum Decretalium*, *nobiles gloffas Rectori Univerfitatum Juris ftudioforum dedicatas infcripfit*, & pariter *Gloffas* effe ait Doujat Prænot. Canoni. lib. V. c. VI. pag. 441. Animadvertamus velim in Codice noftro legi. *Rectori Scholarium Bononiæ degentium*, ut legitur in MS. Codice hædino Bibliothecæ Felini; ut teftatur Manfius in additionibus Bibliothecæ Fabricianæ Tom. III. lib. VII. pag. 129. non autem, ut fcribit Fabricius eodem in loco *Rectori Univerfitatum*, ideoque corrigendus.

Codex ejufdem Sæculi, ac fuperior, ac in rudi membrana exaratus.

PLUTEUS

PLUTEUS III.

CODICES IN EO NUM. V.

IN I.

MAgistri Guilelmi Durantis *Speculum Juris*. Is nomen *Patris Practicæ* promeruit, nec nnn cngnomine a tituli libro derivante *Speculator* fuit appellatus, & hac laudabili appellatinne omnibus nntus.

Multa hoc in Opere ad historiam eximii hujus Viri pertinentia inveniuntur, quæ clare nstendunt nonnullos Scriptores errasse, dum vitam ejus texuerunt, vel de ipsn, ejusque operibus multa tradiderunt. Guidus Pancirollus (*a*) aliique sentiunt hunc Durantem ex hac vita migrasse paulo post trigesimum ætatis annum. At hnc omnino falsum est. Auctor enim ipse profitetur, se ad npus inscriptum *Speculum Juris* moliendum adcinxisse, dum ætatis suæ annum vigesimum tertium ageret, neque illud absnlvisse nisi intra unum, & viginti annos. Si itaque annos numeremus diuturni temporis in npere cnnficiendo; si eos, quos transegerat, quosque subsecutos esse nnvimus, nihil clarius erit, quam hos Auctores errasse. Idem Auctnr dum tempus constituit, quo Durantes floruit, scribit Mimatensem hunc Episcopum [*b*] Viennensi Cnncilio intersuisse anno 1268. indicto a Clemente V., diemque obiisse anno 1270. Qunt dicta, tot errata. Concilium Viennense nnn nisi anno 1311. fuit celebratum, & tempore qua Clemens sui Pontificatus anno VI. universam regebat Ecclesiam. Qunmodo ei Concilio interesse potuit si jam e vivis ereptus? Ait e vita migrasse annn 127n., cum tamen Durantes in rubrica de Instru. edit. §. 1. V. *bodie* prodat *Speculum* eo tempore se concinnare, quo annus Christi 1271. agebatur.

Albertus Fabricius Ordinis Prædicatnrum fuisse censet, (*c*) multosque Scriptores laudat idem sentientes, quod tamen a vern alienum esse pluribus demnnstrari potest. Mitto Codicem nostrum non præferre hanc Ordinis Prædicatorum indicationem; mitto veteres Scriptnres, quibus eo in Ordine prnfessin ignnta est; mittn antiquas operum ejus Editinnes, quas vidi, nullibi eum Ordinis Prædicatnrum designare. *Speculum Juris* invictissima suppeditat documenta, ut quisquis legerit, verum assequatur. Narrat in eo is idem Auctnr Subdiaconum se esse, & Capellanum Domini Papæ; Patrimonium S. Petri in Tuscia, postea ab Honnrio IV. Præfecturam esse assequutum, nec nnn Rnmandinlæ, eamque Guidoni Mnnfeltrio ereptam honorificn Comitis titulo rexisse: se prodit Canonicum Narbonensem; Decanum Carnotensem, Doctorem, aliiaque minutatim recenset; numquam vern monet se Dnminicano Ordini esse adscriptum. Qui fieri potest, ut quod ipsi honoris erat, atque in gloriam Ordinis sui vertebatur, silentio præterire vellet? Merito itaque Doujat Prænntatinnum Canonic. lib. V. Cap. V. pag. 440. inquit. *Nec minus falluntur, qui eum inter Dominicani Ordinis sodales numerant*. [*d*] Deinde Fabricius ipse laudato in locn tra-

dit hunc

(a) In vitis Jurisconsultorum III. 14.

(b) Ab anno 1286. Episcopus Mimatensis creatus Cathedram illam Episcopalem tenuit ad annum 1296., ut testatur Simon Majolus in hujus Durandi vita, Balæus Tomo III. Historiæ Academiæ Parisiensis pag. 473.

(c) Confer Bibliothecam med., & inf. ætatis Fabricianam lib. II. pag. 68. Edit. Patav.

(d) Erroris causa ut Guilielmus inter alumnos Ordinis Prædicatorum recenseretur, hæc præcipue existimari potest, quod *Speculator* multis non solum libris typis commissis, verum etiam in aliquibus MSS. *Durandus* inepte appellatus est; immo qui Catalogos Bibliothecarum Angliæ, & Britanniæ concinnavit in hoc errore fuisse videtur, cum Guilielmo nostro tribuat Commentarios super lib. Sententiarum, quos Durandus a S. Porciano illustris scriptor Ordinis Prædicatorum edidit. Notandus igitur error est eorum, qui non distinxerunt Guilielmum Durantem, a Duran-

dit hunc librum suum Ottobono Cardinali tituli S. Adriani (hæc Dedicatio legitur in nostro Codice) dicasse anno 1271., cum accurati Historici, & ipse Dovjat loco laudato pag. 439. eidem inscripsisse moneant anno 1262. Tandem præter opera a Scriptoribus recensita, ac Eruditis notissima Fabricius numerat *Pontificale, sive Statuta pro Cleri sui Mimatensis instructione. Commentarium in Gratiani Decretum, & in Decretales Gregorii* IX., *& Nicolai* III. Fides harum rerum penes eum esto.

Codex scriptus est sub initium Sæculi XIV., in cujus fine extat notatum Codicis pretium. *Anno 1377. die 25. Octobris emi hunc librum pro pretio Florenorum XVII. auri.*

I N I I.

Fratris Nicolai Minoritæ de Auximo *Summa Pisanella aucta &c.*, idest Summa *Casuum Conscientiæ* cum supplemento ad eandem Summam. Observavi num in eo aliud ejusdem Auctoris opus esset exaratum cum inscriptione *liber Legis Canonicæ*, ut intelligerem num Codex merito heic, ubi de Jure Canonico Codices extant, locum haberet, sed incassum. Dum primo Codices in hac nostra Bibliotheca fuerunt dispositi, etsi perfectissimus materiarum ordo servatus non sit, aliquis tamen certe adhibitus, nec Codices promiscue, ac confuse positos observes, nisi heic unius tantum Codicis, omniumque in primo hujus sinistræ partis Bibliothecæ Pluteo; cujus rei ea caussa est, quod primus Pluteus centum, & eo amplius annorum spatio Codicibus caruit, quique in eo hodie extant, Bibliothecæ additi Sæculo superiore fuerunt a Nicolao Masinio II. Physico. Non ideo tamen suspicandum imperfectam remansuram fuisse in eo Pluteo Bibliothecam, si cito Princeps Malatesta Novellus vitam non commutasset cum morte. Jam Constantinopoli duæ Arcæ voluminibus refertæ adventabant, quas naufragio periisse monitum est in Anecdotis primi libri Cap. III. pag. 201.

Codex sub initium Sæculi XV. est exaratus, ut ex abbreviaturis, & characterum forma fortasse dignoscitur.

I N I I I.

Nomen Auctoris libri in Codice contenti mutilum est hoc pacto *Fratris . . . naldi* Minoritæ *Summa Canonum*. Legendum puto *Fratris Reginaldi Minoritæ*. Is vixit anno 1298., floruitque in Umbria. Vide Jacobilli Bibliothecam Umbriæ pag. 240. Villotum, & Possevinum errare censeo, dum scribunt, hunc Archiepiscopum Rotomagensem fuisse, atque Cardinalem Portuensem Episcopum, errare, inquam, cum Wadingus Annal. Minorum ad annum 1298., & de Scriptoribus ejusdem Ordinis pag. 304. neque ad Archiepiscopatus, neque ad Cardinalatus honorem, dignitatemque evectum fuisse tradat. Si *Reginaldi* nomen est, quod Codex mutilum exhibet, ut ferme non dubito, ex Codice colligimus hoc opus inscriptum *Summa Canonum* Scriptoribus esse penitus ignotum, ac proinde ineditum. Siquidem Jacobillus, Villo-

Durando de S. Porciano; cumque unum, & eundem facerent, Ordinis Prædicatorum alumnum constituerunt. Diximus supra ab Honorio IV. Præfecturam Romandiolæ obtinuisse. At sub Honorii antecessore hanc Provinciam cum Massa Trabaria administratam fuisse constat ex ejus titulo sepulcrali; ita Petrus Cantinellius sinchronus Scriptor in Chronico MS.

. . . . *paruit Romania Sceptro*
Belligeri Comitis Martini tempore Quarti.

Et eodem Martino IV. regnante, a Guilielmo conditum est Castrum ad Metaurum fluvium, ac de suo nomine Castellum Durantis appellatum vulgo *Castel Durante* in Massa Trabaria anno MCCLXXXIV. Quare in tabulis Metropolitanæ Ecclesiæ Ravennatis anno MCCLXXXIV. scriptis dicitur Romaniolæ Rector. Archiv. Metrop. Eccl. Raven. B. 366. Igitur si Castrum ab eo extructum de ipsius nomine dictum est *Durantis*, quæ vera sit ejus appellatio ostenditur. Hæc Castri *Durantis* appellatio perstitit usque ad Urbani VIII. Pontificatum; qui cum oppidum hoc incolarum frequentia auctum Episcopali cathedra, & Civitatis insignibus decorasset, jussit *Urbaniam* de suo nomine vocari.

Villotus, Possevinus, & Wadingus memorant tantum ejus scripta in quattuor libros sententiarum; De isto Opere ne levem quidem faciunt mentionem.

Codex Sæculo XIV. est scriptus, ut videtur.

I N I V.

Goffrè, ita Codex, hoc est Goffredi *Summa super Decretalibus*. Is Auctor post Bernardum Bottonum Parmensem primus est, qui Decretales Gregorii IX. illustrationibus, animadversionibus declararit, auxeritque studiosæ juventutis precibus actus, ut Juris Canonici disciplinam in summam adduceret, Decretalium ordine servato. Hæc *Decretalium Summa* magno semper in pretio fuit apud Juris Pontificii studiosos, & sæpius impressa est. Bonaguida Aretinus summæ scientiæ hominem fuisse affirmat, & in principio Tractatus *de dispensatione* dicit, quod [Goffredus] postea fuit Cardinalis.

Codex, labente Sæculo XIII. est scriptus.


I N V.

1. *Commentarii in Summam* Raymundi Fratris Joannis Teutonici Ordinis Prædicatorum.

Hi Commentarii extant tam in Codice IV., quam in V. Plutei superioris.

2. Ejusdem *Confessionale*.

Codex sub initium sæculi XIV. est exaratus.



PLUTEUS

PLUTEUS IV.

CODICES IN EO NUM. IV.

IN I.

1. AD ſupremi marginis medium primo hujus magnifici Codicis intuitu ſcriptum legitur. *Incipiunt Rubricæ Inſtitutionum*. Succedit Conſtitutio Juſtiniani, qua Inſtitutiones confirmat. Et ita incipit. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Imperator Cæſar Flavius Juſtinianus alemanicus. gotbicus. francicus. germanicus. antichus. alantichus. vandalicus. africanus. pius. felix. inclytus. victor ac triumphator. & ſemper auguſtus cupidæ Legum Juventuti*. His verbis Scriptor Codicis hæc de ſuo ſubjecit. *Incipit liber Inſtitutionum, ſeu elementorum*. Perperam. Neque enim prædicta verba. *In nomine Domini &c. Imperator Cæſar &c.* cum ſequentibus Imperatoris titulis (in quibus pro *Alantichus* ſcribendum fuerat *Alanicus*) disjungi oportebat a reliquo Juſtinianeæ Conſtitutionis contextu, qui poſtea illi ſubjicitur hoc pacto: *Imperatoriam Majeſtatem non ſolum armis decoratam; verum etiam legibus oportet eſſe armatam:* ubi tamen pro *armatam* perperam Scriptor noſtri Codicis *ornatam*. Scriptura horum librorum lineolis illis, quas *virgulas*, ſeu commata dicimus, caret, ſed punctis claritatem afferentibus abundat. Singulæ paginæ Romanis numeris majuſculis diſtinguuntur. In principio cujuſque Libri numerus titulorum, ſeu capitum, quibus liber ille conſtat indicatur, ſed arithmeticis notis, hoc pacto. *Incipit liber primus; capitula ſunt* 23. hæc recentiore manu addita. *Incipit lib. II. de rerum diviſione, & qualitate. Rubrica. & cap.* 25. *Incipit lib. III. de bæreditatibus, quæ deferuntur ab inteſtato. Rubrica. & capit.* 32. *Incipit IIII. de obligationibus, quæ ex maleficio naſcuntur. Rubrica. & capit.* 20. In fine poſtea. *Sunt igitur* 100. hoc eſt hi quattuor libri ex centum capitulorum numero coaleſcunt, & *Explicit liber Inſtitutionum. Deo gratias*.

Copioſas hi libri Inſtitutionum Juſtinianæarum habent gloſſas, quas nec leviter quidem dubitari poteſt, non eſſe Accurſii, cum ad anticam ferme cujuſcumque paginæ partem extremo ſecundæ columnæ limbo legatur nomen ejus per ſillabas diviſum ad totam lineolæ extenſionem occupandam hoc modo *Ac. cur. ſius*; modo *Ac. doct. leg.*, quandoque *Accurſius magiſter, & doctor legum*.

2. Ejuſdem Juſtiniani *autenticæ Conſtitutiones*, & in fine legitur. *Explicit liber Autenticorum*; hæ autenticæ Conſtitutiones in IX. Coll. ſunt diſtinctæ.

3. Sequuntur ultimi tres libri *Codicis* a nono libro excluſive ad duodecimum uſque librum. Titulus primi libri, hoc eſt X. *Codicis*, ita ſe habet. *Domini Juſtiniani ſacratiſſimi Principis, & perpetui Auguſti incipit liber de Jure Fiſci. Rubrica.* In fine hæc leguntur. *Expliciunt trium librorum Rubricæ. Deo gratias*.

Autenticæ Conſtitutiones ſuos habent Commentarios, non ſecus ac tres hi libri *Codicis*. Hinc tam ad eos, quam ad iſtos, & in fine, pluribuſque in locis legitur. *Ac.* Ideſt *Accurſius Deo gratias Amen*. Tres hi libri poſtremam *Codicis* Juſtinianæi partem conſtituunt, & heic tamen ſejunctos eos habemus a novem reliquis, quod & in veteribus Editionibus Corporis Juris Civilis paſſim factum nemo ignorat.

4. *De Feudis. Incipiunt conſuetudines Feudorum, & primo de iis, qui feudum dare poſſunt; & qualiter aquirantur, & retineantur*. Quam ſæpiſſime ad paginarum extremum hæc exarata iiſdem characteribus ac *Codex* occurrunt. *Dominus Accurſius doctor doctorum Legum Dominus Accurſius*. Horum igitur Librorum Gloſſas Accurſius concinnavit.

Subjiciuntur quædam Feudorum rubricæ, ſed mutilæ cum Indiculo, in quo hæc indican-

indicantur de *Feudo Guardiæ*: quid ſucceſſores teneantur. *De Feudis Marchiæ Ducatus*, *& Comitatus*: deinde *Conſtitutiones Feudales Domini Lotarii Imperatoris*, *quas ante Januam Beati Petri in Civitate Romana condidit obſervandas*.

Codex eſt præclarus in fol. maj., & bene ſervatus. *MCCC. die XVI. Octob. ego Jacobus de Lucha ſcripſi hoc volumen:* ita legitur ad ipſius Codicis finem. Pulchras habet Icones antiquas, obſervatu dignas, quarum primæ deguſtationis gratia ſpecimen nunc adſero. Quadratum erigitur a tribus columnis ad inferiores ejus angulos, & in medio ſuſtentatum, quæ ad paginæ extremum productæ communi baſi incumbunt, firmiterque conſiſtunt, ad Imperii ſtabilitatem, nec non dominium in tres ferme Mundi Monarchias, quibus Juſtinianus potiebatur, magnificentius demonſtrandum. In ſublimi ejuſdem Quadrati excelſo Throno militaribus amictus indumentis, in capite corona circumdatus, cum barba peregrinum in modum in duas diviſa partes inſtar ſpiræ, quæ in pyramidalem ad extremum Figuram abit, ſedet Juſtinianus Imperator non dextera ſceptrum tenens, ſed extenſa manu docens, legeſque ad juriſprudentiam pertinentes, atque ad populorum felicitatem imponens, dum ad dextrum latus ipſius legum Doctores multi, multi inſigne apud Hiſpanos uſitato, & in Italiam delato, vulgo il *Varo* ornati ſtant, veluti vetera idola, libros in manibus habentes: ad ſiniſtram vero Throni partem lorica, galea, enſe armati milites viſuntur ad legum ſtabiliendarum obſervantiam impenſius paratos eſſe ſeſe monſtrantes. Sunt tandem in ſuperiore Quadrati ſpatio equeſtres copiæ, quæ infeſtis armis magnorum exercituum animos gerentes binæ occurrunt, ita ut quaſi arma increpent, & micantes gladii ſulgeant, ab bellum furore actæ, commotæque decertent, ſicque intelligatur, leges armorum ſubſidio indigere, nec arma ſine legibus utilia futura eſſe. Hæc autem omnia non colorum elegantiam, non lamellarum aurearum ſplendorem, non veſtium pulchritudinem, ut in Codicibus XIV., & XV. Sæculi exhibent, quamvis veras Iconographiæ Leges ſervent ad antiquitatem Codicis oſtendendam.

I N I I.

Infortiatum hoc eſt *Pandectarum Libri XV.* a vigeſimo quarto ad trigeſimum octavum incluſive. Præcedit Index rerum, & deinde *Incipiunt Rubricæ Infortiati*, & rubro colore hæc ſequitur Inſcriptio. *Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur*. Mitto reliqua, nam ea ipſa ſunt, quæ in Editionibus habentur. Legibus ſeu Capitibus, quæ ſub unoquoque Titulo ſeu Rubrica in his libris extant, copioſæ adnotationes, ſeu gloſſæ, [quas vocant] adjectæ cernuntur. Earum auctor identidem in antica folii parte ad extremum marginem indicatur, ſcilicet *Dominus Accurſius. ſummas omnium Dominorum Doctor*. Præter Accurſii Gloſſas multis in locis minutioribus, & recentioribus characteribus notulæ quædam ad margines ſunt exaratæ, quæ additiones ſunt ad Accurſianas Gloſſas. Sit unius ſpecimen. *Nota iſtum teatum, cum per totam Italiam ſint ſtatuta, quibus muliere præmoriente vir lucretur tertiam partem dotis, quam non lucratur ſi eam interfecerit*.

In fine *Explicit teatus trium partium Infortiati*.

Codex ejuſdem ſæculi eſt, ac ſuperior in fol. maj., ipſius integumenta lignea ſunt corio circumdata, (aliorum Codicum hujus noſtræ Bibliothecæ tam deſcriptorum, quam deſcribendorum talia ſunt opercula) variis corii faſciolis cum metallicis fibulis Volumen obſtrictum. In anteriore primi folii parte Codici aſſuta ad ipſius cuſtodiam hæc viſuntur.

Iſte liber eſt mei ſcilicet Domini Franciſci Domini Baptiſtæ de Alaleonibus de Monte Sanctæ Mariæ in querq. quem ego emi in civitate peruſi, & conſtitit ducatos LXXX. aureos MCCCCXXX. die V. Menſis Octobris: & vendidit mihi bontempus præſente Nicolao alias Stronciolo de Peruſio, & Domino Antonio de Firmo ſtudente.

IN III.

IN III.

Epigraphe hæc eſt. *Domini Juſtiniani ſacratiſſimi principis perpetui auguſti en omni vetere jure Digeſtorum, ſeu Pandectarum libri. Incipit liber XXXIX. de operis novi nunciatione. Rubrica.* Et hæc *Digeſtorum* pars Accurſii gloſſis inſtructa cernitur; verum ſparſim minutioribus characteribus copioſiores gloſſulæ ad margines extant, quarum aliquæ notant paragraphos, & ſimiles legum locos, ex quibus ipſe Accurſius ſuas decerpſit animadverſiones; aliæ vero majorem adferunt explicationi claritatem.

Facta tamen collatione noſtri hujus Codicis cum Editione *Juris civilis* Venetiis apud Junctas anno MDXCVIII. invenimus nonnulla in eo gloſſarum Accurſii, & præcipue citationes deeſſe, quæ extant in laudata Editione. Gloſſularum quiſnam ſit Auctor in Codice exiſtentium ignoramus, quoniam cum iis non congruunt, quæ in laudata, aliiſque, quas viderimus, Editionibus occurrunt.

In fine horum XII. librorum ſcriptum metrice legitur.

Laus tibi ſit Chriſte, quem liber explicit iſte
Qui ſcripſit ſcribat ſemper cum Domino vivat.

Codex ſcriptus eſt Sæculo XIII.; & niſi fallimur, ſuperiore paullo antiquior; dummodo excipiamus gloſſulas marginales, ac interlineares, quæ recentiore, & aliena manu ſunt ſcriptæ. Notum eſt a pluribus jam ſæculis obtinuiſſe, ut totum Digeſtorum, ſeu Pandectarum Juris Juſtinianæi opus in tres partes diſtingueretur, quarum prima *Digeſtum Vetus*, altera *Infortiatum*, tertia *Digeſtum novum* appellari conſuevit. De ratione horum nominum, quæ ſequioribus temporibus nata, conſulendi ſunt eruditi legum Interpretes, & in his Leopoldus Guadagnus in Tom. I. *Exercitationes in Jus Civile* Procem. pagg. 37. 38. Ex hiſce tribus Digeſtorum partibus ſecunda tantum, & tertia, hoc eſt *Infortiatum*, & *Digeſtum novum* in noſtra Bibliotheca habetur. Prima, ſeu *Digeſtum*, quod *vetus* vocant, deſideratur.

IN IV.

Titulus rubro colore exaratus ita ſe habet. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Codicis Juſtiniani repetitæ promulgationis de novo Codice faciendo.*

Jam Juſtinianus cum cognoſceret in prima Codicis promulgatione multa deeſſe, quinque Viris mandavit ut quinquaginta Deciſiones, aliaſque novas ab eo editas conſtitutiones conjicerent in Codicem, facta ipſis facultate emendandi, & inutilia removendi. Ubi hoc eſt aſſecutus, priorem abrogavit *Codicem*, & neglectus periit: & Codicem ſecundæ Editionis, qui dicitur *novæ prælectionis, vel repetitæ promulgationis* edidit diviſum in XII. libros, confirmavitque XVI. Kalendas Decembris anno 534., præcepitque deinceps eum valere. Novem libri, qui hoc in MS. extant una cum aliis tribus exiſtentibus in primo hujus Plutei Codice ſecundæ Editionis *Codicem* perfectum Juſtiniani conſtituunt.

Gloſſæ extant interlineares breves, & elegantes, quæ raro lineas excedunt, & ad margines protrhauntur, quas ſi dixerimus Irnerii eſſe, non longe a vero aberrabimus. In marginibus aliæ longiores exhibentur, quæ ad earum finem quandoque habent *Ac.* ideſt *Accurſius*.

Codex ſub finem Sæculi XIII., ſive certe quidem ſub initium Sæc. XIV. eſt ſcriptus.

PLUTEUS

PLUTEUS V.

IN EO CODICES NUM. V.

IN I.

ELbavii libri XII. hoc eſt, maxima pars Operis *Elbavii* titulo prænotati; ſequuntur enim duo alii Codices, in quibus reliqui Operis libri continentur. Hoc *Elbavii* vocabulo non Auctor Operis deſignatur, ſed materia; perque illud indicatur, totam Medicinæ artem, & dicta Auctorum, qui in ea facultate excelluerunt, in hoc Opere comprehendi; ut ex Lexicis Arabibus intelligi poteſt, quod & ipſum ex Prologo diſcitur, qui anteit præclarum hoc opus, quique plura ſcitu digna, ut mox videbimus, continet.

Mirari nemo non poſſet, quod *Elbavii* nomen in Codice ipſo diverſimode ſcriptum inveniatur, erroremque Librarii eſſe facile judicaret. Omnes librorum tituli rubro colore ſcripti obſervantur, aſt ad primum librum inſcriptio eſt *Elbavii*, ad ſecundum *Helaubii*; ad tertium *Helveii*: ad quartum *Helabuii*: ad ſeptimum *Elbavii* &c. Nos autem ex iis, quæ diximus in primo Tomo ad Plut. XXII. pag. 79. adnot. a. in qua monuimus titulum *Colliget* aliis nominibus fuiſſe deſignatum ex fide Chriſtiani Daumii Epiſt. 96. ad Raineſium; & Averroem appellatum *Aben-Ruſt*, ſive *Aben-Roſt*, & etiam *Aben-Raſt*, ut adnotavit vir doctus Thomas Raineſius Epiſt. ad Hofmanum, edocemur rem perdifficilem eſſe definire, quibus litteris nomina propria Scriptorum Arabum, & titulorum cujuſcumque Operis in arabica lingua ſcripti, ſint exaranda, cum in manuſcriptis eorum maxima diverſitas facile occurrat (*a*) Non igitur arbitratu Librariorum diverſitas eſſe poterit, ſed ex uſu Scriptorum Arabum, qui vocabula pleraque modo una, modo alia, atque alia ratione ſcribebant.

Ad Prologum modo veniamus, cui hoc lemma præfigitur. *Incipit Prologus Libri Elbauii ad honorem Dei, cujus nomen ſit Benedictum in Sæcula.* Ab incunabulis quaſi artis medicinæ primorum Auctorum breviter hiſtoriolam exorditur, quos inter ſummis effert laudibus *Rubibar Zaccbariæ Errazis filium* valde admodum eruditum, qui tempore ſuo omnibus præfulgens medica in arte librum in arabica lingua decem Tractatuum concinnavit, atque *Almanaſori filio Iſaac regi doraſceni* nuncupavit, ipſumque librum prætitulavit *Errazis*, non minus ac alia plura medicinalium librorum volumina eodem titulo inſcripſit. Immo, cum librum de virtutibus *Adbely Asybarbibal Muludii Alimcisbi* centies aliis majorem compilaverit in juventute ſua, atque in his ſuis operibus dilucidationem ſententiarum aliorum Auctorum, & quod peculiare eſt, claritatem in dubiis Hippocratis, & Galeni opinionibus fuerit aſſecutus, per id tempus maximo in honore apud omnes erat. Qua de re, cum animadverterent artis medicæ Profeſſores hunc Auctorem, nec laboribus, nec ſenectuti peperciſſe, ut hoc opus componeret, opuſque ipſum non ſolum ad excellentiam aliorum medicinæ Auctorum prædicandam conducere, verum in eo, quæ a veteribus Scriptoribus, iiſque, qui ea ætate vivebant tradita, ac ea, quæ ab ipſo inventa ſunt, contineri

 (cui

(a) Vide Hiſtoriam univerſalem a Mundi exordio ad hæc uſque tempora noſtra productam, & ab Anglico Idiomate in italicum ſermonem translatam adnot. A. Volum. XXV. pag. 25. ut monuimus Plut. XXVI. pag. 91. not. c. primæ partis.

(cui Operi arabico idiomate nomen impoſuit Elhavii) folliciti merita, & juſta de cauſa fuerunt, ut præclarum hoc opus ſibi compararent. Latio nondum innotuerat. At poſt longa annorum curricula Chriſtianiſſimus Dominus Carolus Secundus Hieruſalem, & Siciliæ Rex ejuſdem libri fama commotus, & deſiderio captandæ utilitatis illectus, efflagitans bellicis curis, quibus ejus gloria partis triumphis ubique pervagabatur, addere de liberalibus ſtudiis ſollicitudinem, enixe curavit, ut librum hunc obtineret. Eo a Rege Tuniſii per ſolemnes Nuntios acquiſito Virum fidelem linguæ, tam arabicæ, quam latinæ peritum adhibuit, ut tanta, quæ ſub arabicæ linguæ tenebris nobis occultabatur utilitas, publici juris translatione fieret latina: neque hac translatione contentus, eam examini, correctioni, ſtudio, & labori Profeſſorum artis Medicinæ ſuorum, & aliorum Neapoli, Salernique commiſit, ita ut omnes, & ſinguli de ejuſmodi translatione ſtatuto ad hoc die relationem palam facientes judicium ferrent, quam una voce, unaque omnium concordi ſententia digniſſimis laudum præconiis extulerunt.

Huic Prologo inſeritur tabula librorum XXV., ex quibus totum opus conſtabat, & quivis liber in Capitula dividitur cum rerum indicatione, de quibus in ſingulis fit ſermo. In fine. *Explicit Prologus*.

Laus ſit uni Deo glorioſo ſublimi, victori, & indultori. hunc librum compoſuit in medicina auctore Mugameth filius Zachariæ Raſis, & congregavit in eo ægritudines corpori humano ſupervenientes, & curas earum, & nominavit ipſum Elhavii, hoc eſt liber continens artem medicinæ, & dicta prædeceſſorum in hac facultate commendatorum, & inchoavit a morbis capitis (b). *Liber primus de morbis capitis, & iis, quæ generantur in capite*.

In fine ejuſdem. *Explicit liber primus Elhavii: ſit laus uni ſoli Deo*.

Incipit liber ſecundus Heulaubii de infirmitate oculorum; in fine. *Explicit liber ſecundus de Infirmitate oculorum*.

In nomine Dei noſtri miſericordis, & miſeratoris, qui in adjutorium ſit mihi. hic eſt tertius liber helveii, & primum capitulum prætitolatur *de Auribus*. In fine. *Explicit liber tertius*, ſicque deinceps.

In hoc Codice extant libri XII., ut ſupra monuimus, & ad initium omnium librorum rudis quædam Viri imago, quæ rem, de qua eo in libro differitur, indicat. Dum primo de capitis morbis pertractatur, manum ſupra caput tenet: dum de oculis, uno manus digito oculum oſtendit. Deinde aliis ſignis corporis humani morbos

(b) Hæc recenſere, clariuſque percurrere lubet. Non eſt itaque nomen Auctoris illud, quod in tabella Pluteo affixa, hoc eſt *Elhavii* legitur, uti nonnulli ſuot arbitrati, ſed vox illa appellationem hujus quidem ingentis operis proculdubio oſtendit, quod *Elhavii* eſt dictum, quaſi ut interpretantur, *totum contineat*, ex quo eos libros *Continentis* vocant. *Elhavii* habet Codex ad initium primi libri; diverſa ratione ſcriptum aliis in libris, ut obſervavimus. Multi ſcribunt *Elhavi*, alii *Helchavy*, aut ſine aſpiratione *Elchavii*, ſive *Elkavi* tanta eſt illius vocis in ſcriptione varietas. Auctoris nomen in Prologo ad finem eſt *Mugameth*, quem tamen Muhamed vocat Avicenna 3. de ſebribus 3. Canonis tit. 3. cap. 7., immo in Codice III., qui ſequitur, ejuſdem Auctoris ad finem unius Tractatus vocatur *Machumet filius Zaccariæ*. Sunt quidam, qui huic nomini præmittunt aliud, ſcilicet *Albubecar*, vel ut vitioſe alii ſcribunt *Abubeter*, ſive *Albubeter*, aut etiam *Abubater*; in Codice tamen noſtro hujus nominis nullum eſt veſtigium. In Prologo ad ipſius exordium nuncupatur *Erazis*, & ad ipſius finem *Raſis*; alii vero ſcribunt Errasis; nonnulli *Raſis* ſive *Razis* a Rai Perſiæ urbe, in qua natus fuit. Dictus eſt etiam Almanſor, quod ab Almanſore Principe Cordubam ſuiſſet vocatus, ipſique nuncupaſſet opera ſua, ut Prologus oſtendit. Aſt vulgo ſub uno tantum nomine venit ſcilicet *Raſis*. Inſuper *bubibar* a Prologi ſcriptore vocatur. Is Auctor magna cum gloria medicinam exercuit, & Arnaldus Villanovanus vir optimi judicii ſcribit; *fuit in ſpeculatione clarus, in opere promptus, in judicio providus, in experientia probatus*. De hoc Auctore præter Joannem Leonem Africanum, de quo Fabri. Biblioth. græc. Tom. XIII. cap. VI. pag. 226., & Lindenium renovatum Mercklini in Albubeter, videndus Nicol-Antonius in Biblioth. veteri Hiſpana lib. VI. cap. XII. Tom. I. pag. 370.

bos curandos commonstrat. Codex sub initium Sæculi XIV. fortassis est scriptus.

IN II.

Ejusdem Operis libri IV. Primæ librorum initiales litteræ majusculæ auro illitæ, vividisque coloribus eleganter sunt illuminatæ, & ad extremum primi folii limbum Malatestianæ familiæ vetus Stemma delineatum visitur cum duabus siglis ad utrumque latus M. N., quæ, quid significent pluries est demonstratum.

Codex ab eodem Librario est scriptus, a quo sequens.

IN III.

1. Ejusdem Operis lib. VIII., qui una cum præcedentibus numerum constituunt XXIV. librorum, unde ad numerum XXV. qui in Indice primi Codicis notantur, perficiendum. Tractatus ejusdem Auctoris adjungitur cum multis rebus observatu utilissimis, de quibus jam jam dicemus.

In Primo Codice XII. libros continente *de capite*, *de oculis*, *de auribus*, *de ægritudinibus pectoris*, *& pulmonis*, deque aliis partium humani corporis infirmitatibus, earumque remediis, sicuti in secundo Codice IV. libros habente differitur. Hocce autem tertio Codice de aliis ad medicinam spectantibus fit sermo, quæ in peculiari indice recensentur in multa capita distributo. Facta collatione ipsius Indicis cum omnibus libris trium horum Codicum, & libri, & res, de quibus in ipsis est sermo, adamussim concordant cum ipso Indice, si excipias lib. XXV. in Indice cum suis capitulis designatum, quo caret Codex tertius, & loco ipsius substituitur, ut jam indicavimus, quidam Tractatus ejusdem Auctoris, qui non ex congestis libris aliorum Medicorum præstantissimorum est compositus, (unde nec inscribitur *Elhauir*) sed de suo ex integro est concinnatus, ipsiusque fœtus est.

2. Epigraphe ejus est *Machumet Filii Zachariæ Elraziz Tractatus de Synonimis, Ponderibus, & Mensuris incognitis medicinæ* cum Procemio, qui est ipsius Auctoris, scilicet *Muhamed filii Zachariæ nepotis Errasis, sive Rasis*; non item Prologus de quo supra dictum est, cum Auctoris Anonymi sit, vel Traductoris de arabico in latinum, vel illorum, quorum examini vel diligentiæ versio ipsa jussu Caroli Siciliæ Principis commissa fuit. Procemium in varias distribuitur Tabulas, quæ singulæ multa continent capitula juxta litteras alphabeticas, nisi fallimur, arabicas. Sic exemplum. Capitulum litteræ *Asi*, *vel Alif* = Capitulum litteræ *Ba*, Capitulum litteræ *Cim*, Capitulum litteræ *Dal*, & ita per alias litteras, quæ numero non conformantur vulgari nostro Alphabero.

Tabulæ hæ ita ordinantur, ut in eadem folii facie columellas varias exhibeant, in quibus Synonima scripta sunt; cumque non omnia græca sint, sed chaldæa, persica, indica, & arabica ad lucidiorem reddendam expositionem hæc in componendis tabulis ratio habita fuit. Si Synonimum græcum est, notatur litt. g. penes synonimum chaldæum ponitur *ca.* penes persicum p. penes yndicum y. & penes arabicum a. In alia viciniori columnella, sive linea exscribitur synonimorum latina expositio, quæ omnia jucunditatem legentibus, & eruditionem præstant.

In fine *Explicit Tractatus, quem composuit Machumet filius Zachariæ Elraziz in exponendis synonimis, nec non ponderibus, & mensuris incognitis inventis in libris medicinæ* (c) *& scriptus per me Joannem Antonii de Spinallo pro magnifico, & potenti Domino Domino Malatesta Novello de Malatestis.*

Codex est exaratus Sæculo XV. In prima pagina aureæ conspiciuntur lamellulæ

 vivi-

(c) Libros XII. qui in primo Codice continentur, publica luce donatos habemus a Hieronymo Surita Brixiæ anno 1486. Venetiis 1509 2. Volum. Alios libros decem ad Almansorem editos Lugd. 1511. 8. cum additionibus Gerardi Cremonensis, sicut & libellos ejusdem Auctoris de *ægritudinibus juncturarum*, non minus ac partem Tractatus Synonimorum ordine alphabetico; *de ponderibus*, *& mensuris incognitis* inventis in libris medicinæ libellus nondum typis, quod sciam, commissus est. Arabice, & latine manuscriptum reperiri in Bibliothecis Regia Parisiensi, Leidensi, & alia ipsius opera in Florentina Medicea testatur Fabricius in Elencho Medicorum veterum Tom. XIII. Biblioth. Græcæ pag. 46.

vividorum colorum elegantia ornatæ, quæ ad dextrum latus productæ in extremo paginæ limbo uniuntur siglis M. N., cum veteri Malatestianeo Stemmate. De insignibus hujus Principis Familiæ satis diximus cap. IV. Tom. I. pag. 22.

I N I V.

1. *Galeni Opera* lib. L. Primus est *de rigore*, *&* *tremore*, & incipit. *Quoniam Anaxagoras filius Anchal, qui fuit unus de peritis in rebus naturalibus, & de excellentibus inter medicos sui temporis &c. &c.* Quinquagesimus liber est *de ingenio sanitatis*.

Sedulo est attendendum ad finem nonnullorum Librorum esse nomen Auctoris, qui latinam illorum versionem dedit. Legitur namque in fine libri XXXVIII. *Explicit liber 38. de inæquali discrepantia translatus de græco in latinum per petrum paduanum. Deo gratias. Amen.* (d)

Explicit lib. 42. Galeni de nigra cholera, quem petrus paduensis de græco transtulit in latinum. Deo gratias.

Expliciunt libri de tyriaca, de virtutibus ipsius, & utilitate a Magistro Nicolao de regio de græco in latinum translati anno Domini MCCCXLI.

Ad finem alterius libri hæc observantur scripta. *Explicit, quod deficiebat de translatione Burgundii translatum per magistrum petrum paduæ.*

Liber de febribus ad Glauconem. In fine hanc exhibet adnotationem: *notatur alio volumine habetur per aliam translationem.*

Ad unam primi folii columnam librorum index cernitur, & materiarum, quarum tractatus Galenus composuit, & in extremo ejusdem folii limbo possessor Codicis monstratur, ubi hæc sunt. *Liber Nicolai de Leonardis veneti Presbiteri.*

2. *Petri Hispani Flores Thesauri.* In parvo Procemio, quod operi præmittitur hæc continentur. *Qui liber Thesaurus pauperum a me intitulatur, quia compositus ad utilitatem, & eruditionem omnium scolarium, & maxime pauperum Clericorum.*

In fine *Explicit libellus editus a magistro petro hispano, qui flores, & thesauri nuncupantur. Deo gratias. Amen.*

Codex fortassis est scriptus sub initium sæculi XIV.

I N V.

1. Averrois *de re Medica. Incipit liber, qui dicitur Colliget in scientia medica reditus in arabico, qui in latino dicitur Averrois. Rubrica.* Hoc opus VII. continet libros, & in prima majuscula littera ipsius Averrois imago est depicta.

In fine. *Explicit liber Vehemet Avenstor, qui Colliget nominatur. Deo gratias. Amen.* (e)

2. Galeni *de juvamento, & utilitate membrorum.* Initium ita se habet. *Incipit liber Galeni de juvamentis, & utilitatibus membrorum translatus a magistro filio Ysaac.*

Ad fi-

(d) Petrus Paduanus is est, qui ab Apone, sive Abano vico agri Patavini Aponensis est dictus, de quo vide quæ diximus Tom. I. Plut. xxv. pag. 89. adn. e. Fabricius Tom. V. Biblioth. mediæ, & inf. ætatis lib. xv. pag. 242. scribit. *Vertisse traditur ex Græco, an ex arabico Galenum de cholera nigra, & de regimine sanitatis.* Ego non hærens, sed certo ex iis, quæ in Codice sunt, sciens scribo ex græco vertisse eos libros, eorumque fuisse interpretem. Item librum Galeni *de inæquali discrepantia*; & quod deficiebat de transltione alterius libri a celeberrimo Burgundio facta transtulit idem Petrus Patavinus etiam dictus. Hæc opuscula ignota fuerunt Trithemio, Thomasino, & Nic. Comneno in hist. Gymnasii Patavini Tom. I. pag. 278., quos consuluit Fabricius loco laudato, dum & ipse de his opellis nullam facit mentionem.

(e) *Colliget* ex Arabico corruptum *Kellien* hoc est universalis, sive *Kelljeton universale* & hoc nomen non nisi Operis titulum significat; non secus ac Volumen XXV. librorum appellatum *Elhavii*, de quo in primo hujus Pluteci Codice: ita observat Nicolaus Antonius Hispalen. Biblioth. veteris Tom. II. pag. 243.. Romæ MDCXXXXVI. Idem habemus in Cod. V. Plut. xxii. pag. 79. Tom. I., & intitulatur *Mehemet Abinrosdin liber Colligeth de Anatomia corporis, ipsiusque sanitate, ægritudine, eorumque signis.*

Ad finem hæc ſunt exarata. *De juvamento membrorum explicit Galenus. Deo gratias.* (f)

Codex, qui forſitan initio Sæculi XIV. eſt ſcriptus in multis vitioſe, & præcipue in nomine Auctoris libri *Colliget*, dum in fine legitur. *Liber Vehemet Avenſtor*. Aſt nomina ejus omnia ſcilicet Averrois latine, arabice ſunt. *Abu-walid Mohamed*, *Eben Mahumed*, *Eben-Raſdb*, ut ſcribit Cl. Thomas Reineſius epiſt. 15. ad Hoffmanum, & Leo lib. de Arabibus Medicis ait Averrois nomine proprio vocatus eſt *Muhammed*. Non igitur *Vehemet*, ut habet Codex, neque *Avenſtor*, ſed ſcribendum fuerat *Aben-Roſt*.



PLUTEUS

(f) Translatio hujus Operis Galeni facta fuit a Magiſtro Joanne (id nomen deeſt in Codice) filio Iſaac de græco in Arabicum, & Marcus Toletanus de Arabico in latinum tranſtulit, & hæc latina verſio extat in Codice noſtro, quæ non diſcrepat ab ea, quam habemus Tom. I. Plut. XXV. inter Opera alia ejuſdem Codicis ſcilicet II. pag. 87.

PLUTEUS VI.

CODICES IN EO NUM. V.

IN I.

PEtri de Abano *Discordantiarum medicinalium Conciliator*: ob idque Conciliatoris nomen est adeptus.

In supremo folii vertice ante operis titulum legitur.

Adsis Tu o Rector Olimpi

Anteit Prooemium cum tabula perfectissima, in qua distinctis *Quæsitorum*, seu *Differentiarum* nominibus clare ostenduntur ea omnia, de quibus differit. Præstat hic Codex altero existenti in Pluteo XXV. num VII. Tom. I. pag. 89., ubi tabula, sive catalogus omnium capitulorum est imperfectus.

In fine legitur. *Explicit Conciliator litium contractus per me Petrum Paduensem Padua anno MCCCX. Christi Amen*. (a)

IN II.

Ejusdem *Expositio Problematum Aristotelis*, estque Pars Prior.

IN III.

Ejusdem *Expositionum* Pars altera. Non in duos Codices divisum hoc opus invenimus in prima nostræ Bibliothecæ parte jam descriptæ Plut. XXIV. num. II. pag. 85., neque in his, sicuti in eo Librarius notatur, & annus, quo Codex est completus. Attamen ex characterum forma, atque abbreviaturis suppares ferme esse judicamus Codici primo hujus Plutei., ideoque scriptos sub initium Sæculi XIV.

IN IV.

1. Petri de Crescentiis *de ruralibus commodis* libri XII. Præfert Epistolam missam *ad Magistrum Ordinis Prædicatorum*, & ejus principium est. *Venerabili in Christo Patri, & Domino speciali Viro summæ religionis, & sapientiæ Fratri Aymerico de Placentia emeritissimi Ordinis fratrum Prædicatorum Generali magistro dignissimo suus petrus de Crescentiis Civis Bonon. se ipsum ad omnia semper mandata obsequiose paratus*.

Sub eam Epistola ad *Karolum*, & incipit *Excellentissimo Principi Domino Karolo secundo Dei gratia Jerusalem, & Siciliæ Regi illustri suus Petrus de Crescentiis Civis Bonon. &c. &c.*

Primi libri Epigraphe est. *Incipit liber ruralium commodorum a Petro de Crescentiis cive Bononiense ad honorem Dei omnipotentis, & serenissimi Regis Karoli in utilitatem omnium gentium compilatus*.

Singuli libri tabulam præmittunt res continentem, de quibus iis in libris pertractatur, & in fine omnium librorum legitur. *Explicit liber ruralium commodorum. Deo gratias. Amen*. (b)

2. Ejus-

(a) Conciliator 210. differentiarum Philosophorum, & præcipue Medicorum ad Joannem XXII. est opus scriptum anno 1303., ut Auctor *differentia* IX. testatur. Ne igitur ambigendi locus supersit. an congesserit hocce opus anno 1303., cum lectio nostri Codicis habeat: *explicit conciliator litium construcltus per me Petrum Paduensem Padua anno MCCCX.* punctum proculdubio ponendum est inter *Paduensem*, & *Padua*, ita ut adnotatio illa anni non ad tempus, quo opus compositum; sed ad illud, quo recentius exscriptum, referatur.

(b) Is Scriptor pro illa ætate eximius floruit Bononiæ circa annum 1280., & scripsit de omnibus agriculturæ partibus, & de plantarum, animaliumque natura, & utilitate, ut in Codice nostro observavimus. Corrigendus in primis Auctor supplementi ad Dictionarium historicum Joannis Josephi Origliæ Paulini Tom. I. lit. C. pag.

2. Ejusdem Tractatus de *Medicinis simplicibus* per litteras alphabeticas distributus, ut tot capitula extent, quot sunt alphabeti litteræ. (*c*)

Ad finem. = *Hic finit liber, & consumet linea metrum.*

Codex est, ut arbitror, exaratus Sæculo XIV.

I N V.

Variorum opuscula.

1. *Incipiunt secreta Magistri Johannis Stephani.* (*d*)
2. *Incipiunt secreta secretorum de Medicina Aristotelis super librum Metheororum per Magistrum Raymundum de Bezotis.* (*e*)
3. *Tabula Solonii de virtutibus, & operationibus medicinarum.* (*f*)
4. *Liber Johannis de Sancto Amando super Antidotarium Nicolai.* (*g*)
5. *Thesaurus pauperum de Medicinis.* (*h*)
6. Libri IV. *Magistrorum*, & sunt nonnullorum *Glossæ super Chirurgiam*. Eorum nomina haudquaquam notantur.
7. Liber *Magistri Gualteri de febribus.* (*i*)
8. Liber *Magistri Richardi de signis prognosticis.* (*l*)
9. *Incipiunt versus Egidii*, & primo *de consideratione urinæ:* sunt XXX. Epigrammata.
10. Liber *Metheororum Aristotelis* cum altero *de longitudine, & brevitate vitæ*, & altero incompleto *de somno, & vigilia.*
11. Liber *de cibariis conferentibus, & nocentibus.*
12. Liber *Secretorum Aristotelis de Medicina.*
13. Liber *Magistri Johannis Stephani de Febribus.*
14. Tractatus *de Simplicium speciebus continens 27. tabulas.*

15. Ver-

pag. 178. dum scribit *Cresenzi Pietro uomo Dotto del X. Secolo, e comminciamento del susseguente*. Deinde non Italico sermone concinnatum hoc opus, uti autumarunt Cl. viri Bembus, Politus, & Rhedius, sed latine ab Auctore suo elaboratum, quamvis e latino in italicum idioma versum circa annum 1350., & Florentiæ typis commissum anno 1478. per Nicolaum Laurentium Uratislaviensem. Vide de his Jacobum Quetif. Tom. I. pag. *666.*

(c) Tractatus de *medicinis simplicibus* non memoratur inter opera Petri de Crescentiis ab iis Scriptoribus, qui ex instituto de hoc Auctore multa tradiderunt; neque cl. Sartius de Medicis Archigymnasii Bonon. loquens hujus operis mentionem facit.

(d) Opellæ num. 1. & 13. *de secretis medicinarum*, & *de Febribus* Magistro Joanni adscriptæ, & Auctoris, qui nondum innotuerat, sunt, atque typis non evulgatæ, cum nec in Elencho Medicorum veterum Biblioth. Græcæ Fabric. Tom. XIII., nec in ipsius Biblioth. med. & inf. ætatis, neque in aliis Medicorum catalogis, neque in aliis Bibliothecis a me perlustratis de hoc Scriptore, de iis operibus occurrat mentio.

(e) Lucas Wadingus in Annalibus suis Raymundo Lullo tribuit *Scripta de secretis naturæ*, ideoque occasionem præbuit ut suspicaremur Auctorem Operis, quod in nostro Codice habetur, ipsum esse Lullum. Ast cum præter rem illud opusculum, & alia illi tribuat, ut ostendit Nicolaus Antonius Tom. II. Biblio. Hispanæ; eumque cl. Lamius titulos exhibeat librorum ejusdem Lulli in catalogo Msstrum. Biblio: Riccardianæ, in quibus nulla est mentio opusculi nostri Codicis, quis fuerit is Raymundus de Bezotis aliis quærendum relinquimus.

(f) Plures fuerunt Solonii Medici, scilicet Solonius Zycius, & Smyrneus, de quibus sæpe loquitur Plinius lib. XX., & XXI., de altero postea loquitur simpliciter lib. XX. cap. XXI. in fine, & fortasse unus ex illis est Auctor tabulæ de *virtutibus, & operationiubs medicinarum.*

(g) Joannes is est de S. Amando Gallus, qui scripsit super Antidotarium Nicolai. Vide Elenchum Medicorum veterum Biblioth. Fabricianæ Tomo XIII. pag. 254.

(h) Opusculum hoc sine Auctoris nomine extat in Codice, sed Joannis Papæ XXI. est, qui antea dictus Petrus Lusitanus, quique anno 1276. Hadriano V. successit. Eundem facit cum Petro Hispano Nicolaus Antonius Biblioth: veteris Hispanæ Tom. XI. pag. 51., & ideo liber hic idem est, ac ille, qui continetur in Codice IV. Plutei supra descripti num. II.

(i) Gualterus Hermensis Riffus Argentinensis, qui de febribus, & multa in medicina germanico sermone scripsit. Hæc opella latine translata est ab anonymo Interprete.

(l) Ricardus Anglicus, qui floruit XIII. Sæc. scripsit *de anatomia, de signis prognosticis, & de febribus.*

15. Verſus alii de *Pulſibus ;* hic liber eſt ejuſdem Ægidii, qui & ſcripſit librum *de Urinis* num. 9. [*m*]

Codex inconcinnus, evanidis quandoque characteribus, membraniſque rugoſis lectioni impervius, in multis corroſus, aliquando pars quædam paginæ in medio ſui in orbicularem figuram ducta deeſt, ſed ita ut ſcriptio circumducatur, rectumque lectionis ordinem ſervet. Ratione antiquitatis, & ineditorum opuſculorum ſuum habet pretium, & arbitramur Codicem eſſe Sæculi XIII.



PLUTEUS

(m) Carmina ſive de Urinis num. 9. huius Codicis notata, ſive de Pulſibus num. 15. Ægidii Corbejenſis ſunt Ordinis Benedictini, dicti etiam Athenienſis, & a Trithemio natione Græci, quoniam Athenis per aliquot annos eſt verſatus. Hi libri typis ſæpe ſunt vulgati cum commentariis Gentilis Fulginatis ; & primus omnium e Codice Gudiano in Biblioth. Guelpherbytana publici iuris fecit opuſcula carmine ſcripta Polycarpus Leyſerus in Hiſtoria Poetarum medii ævi pag. 500., ut teſtatur Fabricius Bibl. med. & inf. ætatis Tom. I. lib. 1. pag. 20.

PLUTEUS VII.

CODICES IN EO NUM. V.

IN I.

1. ARistotelis *Phisicorum* libri VIII.
2. Ejusdem de *Cœlo & mundo* libri IV. In fine. *Explicit liber quartus Cœli & Mundi.*
3. De *Generatione* libri II.
4. De *Meteoris* libri IV.
5. De *innundatione Nili.*
6. De *proprietatibus elementorum.*
7. De *Anima* libri III. In fine. *Explicit tertius de Anima, & totus liber de Anima secundum novam translationem. Deo gratias. Amen.*
8. De *sensu, & sensato.*
9. De *memoria, & reminiscentia.*
10. De *motu Animalium.*
11. De *longitudine, & brevitate vitæ.*
12. De *juventute, & senectute.*
13. De *respiratione.*
14. De *Morte, & vita.*
15. De *Somno, & vigilia.*
16. De *Divinatione.*
17. De *Vegetabilibus, & Plantis.*
18. Tractatus in varias propositiones distributus de *Causis*. Prima est *de distinctione causarum primarum. Omnis causa primaria plus est influens super suum causatum, quam causa universalis secunda.* (a)

In fine. *En libris felicis memoriæ olim clarissimi Medici Magistri Joannis Marci de Arimino, cujus anima requiescat in pace.* Hæc Codicis Possessorem indicant. Codex est exaratus Sæc. XIV.

IN II.

Ejusdem Aristotelis *Historia Animalium*: & in fine legitur -- *Explicit liber Aristotelis* de *historia Animalium.*

Ad anticam primi folii faciem in marginis extremo vetus Principis Malatestianæ familiæ Stemma extat, & ad utramque partem duæ litteræ cernuntur M. N. auro illitæ, quæ cum recentiores sint, quam Codicis characterum formæ, Codicem esse Sæculi XIV. conjicimus.

IN III.

Eadem *Historia Animalium* divisa & ipsa in decem libros; de *progressu Animalium* lib. I.; *de partibus Animalium* libri IV.; *de Generatione* libri V.

In fine. *Explicit liber de Animalibus, cujus Greca* (fortasse a Græco) *translatio completa est anno gratiæ* 12. 60. *X. Kalendas Januarii. Tebis.* Hæc verba aliquid produnt minus notum. Deinde *Iste liber est F. de Mantua Medici in Civitate Mantuæ habitatoris, & fuit emptus Paduæ per Magistrum Petrum de Abano* (Celebrem Medicum Patavinum) *septem solidis denariorum monetæ Venetæ grossorum anno* 1309. *mense Septembris.*

Codex est scriptus Sæculo XIII.

(a) Extant ejusmodi Opera, si excipias librum de *innundatione Nili*, Tom. I. Plutei XXII. Cod. I., & II. pag. 78. Latina versio omnium, quæ sola in his Codicibus reperitur, est Anonymi Scriptoris.

IN IV.

Alberti Magni Ordinis Prædicatorum Doctoris Parisiensis *de Animalibus* libri XXVI. Hi lucem viderunt Romæ anno 1478. ad Sixtum IV. Opus a Scriptoribus appellatur *insigne* inter opera ab ipso præclaro Auctore de rebus naturalibus ad Philosophiam spectantibus accurate congesta. [*b*]

Codex optime scriptus est Sæculi XIV.

IN V.

Petri de . . . . . *Commentarium in Historiam Animalium*. Ad finem primi libri legitur. *Scripta super primo de Historiis Animalium Aristotelis*; & ad Codicis finem hæc sunt. *Expliciunt scripta super librum de Animalibus Aristotelis edita ab*... cetera aspero pumice ita sunt erasa, ut adhuc pergamenæ pars illa & colore, & asperitate sit diversa, ut quamvis nitatur oculus perspicillo adjutus nihil certe inibi legere liceat. Ast ad primæ paginæ limbum nomen Petri cujusdam de *Vetullosir* deprehendere mihi visus sum. Sed *mihi*, inquam, *visus sum*; nam difficilis adeo, atque intricata scriptura est, ut facile errare potuerim. Scriptoris, qui his vocetur nominibus, nullam alibi mentionem reperi.



PLUTEUS

(b) Adnotatiuncula post distinctas Quæstionum inscriptiones in Codice occurrit. *Nota, quod habet alias quæstiones super libris Physicorum, sed & alios auctores. Habet eas secundum Albertum Magistrum in suo parvo libro cooperto corio albo, in quo sunt Glossæ Magistri Petri Ispani super historiam de animalibus*. (Petrus is Hispanus alumnus est ordinis Dominicani), & multa Opera secundum S. Thomam.

PLUTEUS VIII.

CODICES NUM. V.

IN I.

Riſtotelis *de Cœlo*, *& Mundo* libri IV.

Codex ſub initium Sæculi XIII. ſcriptus eſſe videtur, ideoque vetuſtior Codice primo, & ſecundo ſuperioris Plutei.

IN II.

Quæſtiones libri Phiſicorum editæ a Magiſtro Thoma Anglico, *Magiſtro in Theologia*: *Rubrica*: Præcedunt tituli omnium Quæſtionum hoc modo.

Incipiunt tituli Quæſtionum primi libri phiſicorum editarum a Magiſtro Thoma Anglico magiſtro Pariſiis in ſacra Theologia; & quæſtiones iſtius primi libri ſunt XXXIV. Ita deinceps ad ſingulos libros notatur quæſtionum numerus, & rubro charactere tituli omnes ſunt exarati ad octavum uſque librum. (*a*)

Codex, ut puto, eſt ſcriptus Sæc. XIV.

IN III.

Sancti Thomæ de Aquino *Scriptum in Ariſtotelis Methaphiſicam lib. XII.* Principium eſt. *Sicut ait Philoſophus in politicis ſuis. Quandocumque aliqua plura ordinantur ad unum, unum eorum eſſe regulans dicitur, & alia regulata, ſeu directa, quod quidem patet in unione animæ, & corporis.* Finis vero libri XII. *Qui eſt Princeps totius univerſi ſcilicet primum movens, & primum intelligibile, & primum bonum. Deus, qui eſt benedictus in ſæc. ſæculorum. Amen.*

Ad primam paginam in ejus ſupremo margine hæc obſervantur majoribus aliquanto characteribus, quam quibus totus Codex, ſcripta.

SPIRITUS SANCTI ASSISTAT NOBIS GRATIA.

Codex Auctori ſuo ferme ſuppar eſt.

IN IV.

1. Alberti Magni *de cauſis*, *& proprietatibus elementorum*.
   In fine. *Explicit liber de Cauſis elementorum*, *& proprietatibus Alberti*.
2. *De lapidibus* liber.
3. *De Metallis*, *& mineralibus*; in fine. *Explicit liber Alberti magni theutonici de Saxonia de mineralibus*.
4. *De Natura Locorum Alberti. Explicit finis hujus Operis.*
5. *De Meteoris* libri IV.

Scriptor hujus Codicis eſt *Joannes de Spinallo*, ita in fine; & quoniam alii Codices ab eodem Scriptore exarati tam primæ partis hujus Bibliothecæ, quam ſecundæ ſæculi ſunt XV., ejuſdem, & hunc Codicem Sæculi certe intelligimus, quamvis nulla nec Anni, nec Sæculi notetur in Codice diſtinctio.

IN V.

1. Joannis Brindani *Quæſtiones ſuper octo libros Phyſicorum Ariſtotelis*.

In antica primæ paginæ facie in parallelogrammo inculte depicto hæc contenta leguntur. *Quæſtiones iſtæ diſputatæ ſunt Pariſiis per reverendum doctorem Magiſtrum*

(a) Ut obſervant Lelandus cap. 345., Trithemius cap. *696*. Balæus Cent. V. 35. aliique permulti, Opera Thomæ Anglici Ordinis Dominicani, Doctoris Oxonienſis confundi ſolent cum S. Thomæ Aquinatis præclaris Operibus. Jam vero Scripta Thomæ Anglici omnia memorantur in Biblioth. med. & inſi. ætatis Fabric. Tom. VI. lib. XIX. pag. 265. Edit. Patav. & ferme omnia Theologica ſunt, nec verbum quidquam de *Quæſtionibus* ad ſingulos Phyſicorum libros. Quod argumento eſſe poteſt ad demonſtrandum has *Quæſtiones* vel Thomæ Anglici non eſſe, vel Eruditos latuiſſe ejus eſſe fœtum.

ſtrum Johannem Brindani, & *ſunt quæſtiones modernæ, quæ omnibus aliis, quas quiſquis umquam fecerit, præſtant. Deo gratias. Amen.*

Ad extremum ejuſdem paginæ limbum legitur. *Hic liber, in quo continentur quæſtiones Brindani ſuper libros Phyſicorum*, & *ſuper libros de generatione Ariſtotelis eſt mei Bernardini Phiſici a campanea de Verona.* En Codicis Poſſeſſor.

Omnes Quæſtiones Procœmium anteit cum tabula quæſtiones omnes monſtrante, quæ in hoc Codice inveniuntur; hinc ad finem. *Expliciunt tabulæ rubricarum quæſtionum ſecundum Johannem Brindan ſuper octo libros Phiſicorum. Amen.*

2. *Quæſtiones ſuper libros de generatione* ejuſdem Auctoris, ad cujus initium legitur. *Incipit ordo iſtius libri de generatione ad alios libros naturales ſecundum magiſtrum Johannem Brindani.* In fine. *Expliciunt quæſtiones ſuper octo libros Phyſicorum Pariſiis diſputatæ per reverendum doctorem Magiſtrum Johannem Brindanum*, & *finitæ ſcribi per me Bartholomeum de madiis die Sabbati* 2. *Menſis Aprilis* 1323. *Deo gratias. Amen.*

3. Ejuſdem diſſertatio de *Cœlorum natura* eadem ſcripta manu. (*b*)



(b) Seu genus Quæſtionum ſpectes, quas diſputat, ſeu munus ejus Doctoris in Academia Pariſienſi, ſeu doctrinam, & aciem ingenii, quæ in hoc ipſius Opere emicant, dignus certe Brindanus, de quo Scriptores mentionem fecerint. Aſt Voſſium, Trithemium, Catalogos Bibliothecarum bene quidem multos evoluimus: Brindanus autem ubique fruſtra quæſitus. Ignotus forte Scriptoribus; forte etiam inedita, quæ noſtri Codices exhibent. Qua de re tamen nihil auſim affeverare.

PLUTEUS IX.

CODICES IN EO NUM. VI.



IN I.

1. ALberti Magni *de Homine*, scilicet, *de corpore*, *& ejus organis*.
2. Ejusdem *de Anima*, *& ejus potentiis*.
3. *De Paradiso terrestri*, *& ejus plantis*; nec non *de Mundo*, *de unitate ipsius*, *& perfectione*. (a)

Codex accurate scriptus, & Sæculi XIV. esse existimamus.

IN II.

Aristotelis *Metaphisica*. Codicis Epigraphe sic se habet: *Clarissimi*, *& Sapientissimi Principis Domini Bessarionis Episcopi Tusculani Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis dignissimi in novam Methaphisicorum Aristotelis translationem Præfatio. Incipit feliciter.*

Ad Alphonsum Serenissimum, *atque illustrissimum Regem Aragonum*, *& utriusque Siciliæ Principem invictissimum*. Dedicatio ita incipit. *Magnum illum Alexandrum Macedonem*, *inclyte*, *atque invictissime Princeps*, *Editionem Methaphisicorum Aristotelis*, *quibus apprime eruditus fuerat*, *iniquo animo tulisse memoriæ prodiderunt &c.* desinit in hæc verba. *Hunc qualiscumque erit*, *eum tua Serenitas hilari vultu acceperit*, *non dubito ceteris quoque ob auctoritatem*, *& dignitatem tuam acceptum gratumque futurum*; *Vale feliciter Rex invictissime*.

Libri hujus Codicis num. sunt. XIV., & singuli in varia distribuuntur Capitula. Ad omnium finem legitur. *Explicit liber primus*, sive secundus, sive tertius &c., & liber primus, sive secundus &c. *feliciter incipit* usque ad XIV., ad cujus initium hæc occurrunt. *Methaphisicorum Aristotelis liber quartus decimus*, *& ultimus feliciter incipit*. (b)

Codex

(a) Petrus Joannes Ordiois Prædicatorum summo studio, & labore Editionem omnium Operum Alberti Magni Lugduni anno 1651. curavit Tom. XXI. in fol. distinctam. Quæ in his Tomis continentur, aut aliis in Editionibus extant, referuntur a Fabricio Bibliot. med. & inf. ætatis sæpe laudata Tom. I. lib. I. pag. 45. 46. In ea ampla Operum Alberti collectione Tractatum *de Paradiso terrestri* nactus non sum, neque de illo Fabricius ipse loquitur, sed solum libellum *de virtutibus*, qui *Paradisus Animæ* appellatur, & in ea Collectione reperitur.

(b) Ex iis, quæ in hoc secundo Codice extant, illud præcipue colligo, Versiones varias, quas in aliquibus Codicibus reperio, ea loquendi formula indicatas, scilicet *secundum novam translationem* esse e græco in latinum traductiones Eminentissimi, ac Clarissimi Cardinalis Bessarionis, ac proinde ejusdem esse illam Plutei VII. Cod. 1. num. 7. *de Anima*. Is dignitate, scientia, multisque præclare gestis præsertim in Concilio Florentino, variisque expeditionibus apud Principes summo in honore merita justaque de causa habitus fuit. Hujus nomen exciplet immortalitas, & eruditionem ejus græcarum rerum prædicant etiamnum tot græci Codices, quibus Bibliothecam S. Marci Venetiarum locupletavit, ut videre est in Catalogis ejusdem Bibliothecæ, & apud Montfauconium in Diar. Ital. Parisiis anno 1702. edito Cap. III. pag. 41., & Cap. XXV. pag. 36. Scribit namque primo loco. *In ista Bibliotheca non nisi manuscripti Codices habentur maxima pars Græci*, *& a Cardinali Bessarione dono oblati*. Ravenna ipsa æternum servat monumentum pii studii Nicæni illius Antistitis, *qui anno 1459. consociationi Canonicorum S. Salvatoris Cœnobium*, *& fundos*, *omniaque sacræ Ædis B. Joannis Evangelistæ dono dedit*. Ita Rubeus lib. VII. pag. 634. Venetiis 1589. ex Typographia Guerrea.

In perennem grati animi significationem F. F. Min. Conventualium Romæ ad interiorem murum Templi SS. XII. Apostolorum hoc posuere monumentum.

D. O. M.

„ Bessarioni Trapezuntio hujus Basilicæ S. R.
„ E. Presb. Card. Episcopo Tusculano, Qui ex
„ Ord. S. Basilii ad Archiepis. Nicænum pri-
„ mo,

Codex nitidiſſimus habens omnium librorum initiales litteras auro, coloribuſque ornatas, quæ eleganter per dextrum latus ſparguntur, & eſt Sæculi XV. ejus ſcilicet ævi, quo Auctor verſionis florebat.

IN III.

Burlei *Commentarii in octo libros Phyſicorum.*

Hujus operis eſt exordium. *Ariſtoteles determinaturus de rebus naturalibus in primo libro ſcientiæ naturalis determinat in generali de partibus, & paſſionibus corporis naturalis &c.* Finis vero. *Et in hoc finitur expoſitio ſuper totum librum phyſicorum, & ideo qui dedit intelligere ſint gratiæ infinitæ. Amen.*

Codex non excedit Sæculum XIV.

IN IV.

1. Alberti Magni *de Anima* libri III.
2. Ejuſdem *de generatione, & corruptione* libri II.

In fine. *Explicit Commensum Fratris Alberti ſupra de generatione, & corruptione. Deo gratias.*

Codex primam initialem litteram exhibet colorum ſuavitate, minio, auro pulchre refertam, & ad primæ paginæ extremum Malateſtarum Inſigne, & eſt ſcriptus ſub initium Sæculi XV.

IN V.

1. Cajetani de Tienis in libros Ariſtotelis *de Anima*, & incipit: *ſicut antiquorum nos monet auctoritas Phiſica realis ſpeculativa in tres partes eſt diviſa &c.* & deſinit. *Et in hoc ſit finis, & complementum expoſitionum libri de Anima Ariſtotelis ad laudem Dei omnipotentis. Amen.* Dein. *Hic terminatur expoſitio libri de Anima Ariſtotelis edita per famoſiſſimum artium, & medicinæ Doctorem Dominum Magiſtrum Cajetanum de Thyennis de Vicentia.* (c)

Subjicitur index rerum ad Animam pertinentium, quarum in Opere fit expoſitio. Prologus Auctoris ad hoc opus, qui anteire deberet, poſt Indicem occurrit.

Titulus eſt. *Cajetanus de Thiennis Onophrio ſuo ſalutem.*

Inc. *Optaſti ſæpenumero, ut in librum de Anima Ariſtotelis omnium quidem ſubtiliſſimum expoſitiones quaſdam tibi ederem.*

Deſ.

„ mo, dein ad Patriarchatum Conſtant. evectus. Græcæ pariter & Latinæ Eccleſiæ concordia inter utramque ſtrenue ac feliciter promota. Pietate, Modeſtis, Prudentia, Religione, Doctrina illuxit. Legatus ad præcipuos Europæ Principes, & Reſpublicas; Pacem Chriſtianis aſſeruit, Bellum excivit in Turcas. Venetiis inſignem Bibliothecam publicæ commoditati dicavit. Permultis latine & græce editis libris, eloquio, & ſcientia ſui nominis decus auxit. Viros doctiſſimos non ſolum habuit familiares, ſed etiam in famulatu. Parcus ſibi, liberalis in pauperes, Aris cultum, nitorem reddidit ſacris Ædibus, quarum aliquas a fundamentis erexit, plures reſtituit. Baſilicam hanc SS. XII. Apoſtolorum ingentibus, maximiſque beneficiis locupletatam, extructo Cœnobio, amotis Canonicis, S. Franciſci Fratribus Conventualibus attribuit, ut quorum induſtria Sedes Apoſtolica ad conciliandam Orientalem cum Occidentali Eccleſia uti conſueverat, perenne eiſdem impenſi laboris maneret prœmium, ſuæ erga eundem Ordinem voluntatis monumentum. Ex Gallica Legatione redux extremum Ravennæ clauſit diem A. M. CCCC. LXXII. Mortalitatis ſuæ exuviis huic eidem Templo legatis. Cujus præ foribus Munificentiſſimi Benefactoris immortalibus meritis, Patribus ejuſdem Conventus aſtipulantibus, gratas licet impares obſequii nuſquam interituri rependit vices.

„ Frater Joannes Baptiſta Beltramus a Ripatrolio in Rom. Archi. SS. Dogmatum Profeſſor. An. S. CIↃ. IↃ.CLXXXII.

(c) Cajetanus iſte Vicentinus *Auctor Commentariorum in Ariſtotelem* alius eſt a Divo Cajetano Vicentino juniore cognomento Tienæo Fundatore Ordinis Clericorum Regularium Theatinorum, qui anno 1547. diem obiit, atque Sanctorum faſtis adſcriptus eſt anno 1629. Cajetanus ſenior ſcripſit in Ariſtotelis libros *Phyſicorum, & de Cœlo, & mundo*, & in libros *de Anima*; hocque poſtremum Opus conſtat ex Quæſtionibus, quæ in noſtro Codice habentur. Vide Trithemium cap. 770.; & etiam Comnenum Papadopoli Tom. II. Gymnaſii Patavini pag. 272.

Des. *Accipe igitur mi Onophri calaber hunc meum libellum, cujus te non solum lectorem, sed censorem constitui.*

Hoc opus in multas quæstiones distribuitur, quarum aliquas heic exscribimus. Prima est: *de sensu agente disputata per famosissimum artium, & medicinæ doctorem Dominum Magistrum Cajetanum de Thiennis:* & in fine. *Explicit Quæstio de sensu agente disputata per Cajetanum de Thiennis.*

Secunda ita se habet. *Incipit quæstio de sensibilibus communibus disputata Paduæ per famosissimum &c. &c.*

In fine omnium quæstionum legitur. *Laus Deo omnipotenti, & gloriosæ Virgini Mariæ. Amen.*

Post tres paginas characteribus vacuas, nulloque atramento signatas, hæc nobis se se offerunt. *Incipiunt quædam utilia super libros Physicorum Aristotelis per me Cajetanum recollecta, artium, & medicinæ doctorem.* Eruditi, atque utiles Commentarii hi sunt super octo libros Physicorum, & ad eorum quemlibet in fine. *Explicit super primo, secundo, tertio* usque ad octavum.

Ad Codicis extremum hæc sunt. *Expliciunt quædam utilia per me Cajetanum recollecta cum Dei auxilio, cui sint gratiæ infinitæ, sicut ejus celsitudo meretur.*

Cajetanus de Thyenis.

Cum Bibliothecam nostram Cl. Mansius perlustraret brevi illa mora, qua Cæsenæ est diversatus, hunc Codicis nostri finem in adversariis notavit, ac in additionibus ad novam Bibliothecæ Fabricianæ Editionem, ubi de hoc Auctore Tom. I. lib. III. pag. 320. sermo est, hæc habet. *Cajetanus iste Vincentinus Auctor Commentariorum in Aristotelem & ipse pariter cognomentum habuit de Tienis, quo dein Cajetanus junior Ordinis Theatinorum primus author vir sanctus distinguebatur. Ita enim me legisse succurrit in veteri Codice MS. Biblioth. Malatestarum Cæsenæ, in quo Commentarii ejusdem Cajetani in lib. Physicorum continentur.* Aliud, & recentiore manu notatum legitur: *Exscriptum postea typis est commissum*, & suadent ea etiam, quæ utilia ab eodem Auctore collecta fuere, publica luce fuisse donata.

Codex est exaratus sub initium Sæculi XV., eo scilicet sæculo, quo Auctor iste floruit.

I N V I.

Suisseth Anglici *Cancullationes* [ita Codex, sed vitio Librarii, cum legendum sit *Calculationes*] *intentionis, & remissionis Qualitatum.* Quis sit Auctor iste nescio, nec in Scriptoribus Auctorum celeberrimorum, qui ubique terrarum floruerunt, de hoc Suisseth aliquid reperire potui. Sane in hoc perlegendo opere maximum ingenii acumen, & subtilitatem quisque rerum physicarum cupidus agnosceret, & quod Codicis peculiare est ad margines plurimarum paginarum figuræ descriptæ sunt Geometricæ ad ea clare explicanda, quæ de intensione, & remissione affectionum, & proprietatum corporis naturalis in eo demonstrantur.

Codex ad primi folii limbum Stemma Malatestarum Familiæ exhibet cum duabus Siglis M. N. unde conjicimus, ad Sæculum XV. pertinere.



PLUTEUS

PLUTEUS X.

CODICES IN EO NUM. VI.

IN I.

FRatris Ægidii de Roma Eremitani *Summa in octo libros Physicorum*. Hæc Summa octo continens libros eosdem singulos in varias distinctos lectiones exhibet. Nam in Codice hæc extant exarata. *In primo libro sunt lectiones XIX., in secundo III., in tertio XII., in quarto XIX., in quinto VIII., in sexto XIII., in septimo XI., in octavo XXX.* Lectiones hæ merito censendæ illæ sunt, quas, dum summa cum laude Auditorumque frequentia Doctoris munere Parisiis fungebatur, elucubravit, quarum manuscripta Exemplaria aliis in Bibliothecis passim reperiuntur.

In fine. *Explicit summa super libros Physicorum edita a Fratre Ægidio de Roma Ordinis Fratrum Eremitarum*. Et Codex, nisi fallimur, eo Sæculo, quo Auctor floruit, scilicet XIV., est exaratus.

IN II.

Gualterii Burley libri VIII. *Commentariorum in logicam* (a). Peculiaris Index rerum omnium, quas tractat, libros omnes præcedit, & ad extremum primæ paginæ limbum Craticula visitur, pars stemmatis Malatestianæ familiæ antiquior. Codicem scriptum esse sub initium Sæculi XIV. fortassis poterit existimari.

IN III.

Fratris Ægidii de Roma Eremitani *in libros posteriorum Summa* (b). In fine hæc leguntur. *Explicit Summa libri posteriorum a Fratre Ægidio Romano Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini*. Dein stricto numeris sermone hæc sequuntur.

„ Explicit iste liber, qui scripsit, scriptor inersque
„ Nomen Scriptoris Mattheus servus amoris.
„ Invidus invidia: comburitur intus, & extra
„ Invidiosus ego non invidus esse laboro.

Subjiciuntur Rubricæ, quæ in hoc Codice occurrunt; postea. *Mattheus. Scriptus anno* 1423. *die* 17. *Junii*.

IN IV.

Magistri Pauli de Venetiis Eremitani in libros posteriorum Commentarii. De hoc opere est sermo apud Elssium, qui cum multa Paulli de Venetiis Opera nactus sit multa jam nobis adjecit, & accuratum de omnibus indicem contexuit.

In fine. *Explicit scriptum excellentissimi, & famosissimi sacræ Theologiæ magistri,*

(a) Burleus Occami vestigia secutus & ipse subtilissimi Doctoris Scoti auditor, Scotistarum adversarius evasit. Cum enim a Magistro suo Argumenta audiret, quæ in contrarium doctrinæ suæ produci poterant, ea exscripta promovit, auxit, illustravitque ad Nominalium Sistema in scholis invehendum; hinc titulo Magistri Oxoniensis decoratus fuit. Ejus Operum catalogus prolixus extat apud Lelandum cap. 378., Pitseum p. 435. Commentarii supra laudati ii sunt, quos congessit in cathegorias, perihermenias &c. in priora, posterioraque Analytica Aristotelis, ut ex lectione hujus Operis deprehenditur; non autem aliud exiguum opus ab eodem compositum *in Logicam Scoti*.

(b) In nostra hac Bibliotheca, tam ex Codd. II. & VI. Plutei XXVI. dextræ ingredientium partis, tam ex hoc Cod. I. & III. Plutei X. sinistræ partis dignoscimus omnia Ægidii de Columna Romani ex Ordine Fratrum Eremitarum Doctoris Parisiensis Opera contineri, de quibus Caveus diligenter disserit, si excipiamus ipsius Ægidii orationem ad Regem Galliæ Philippum Pulchrum; quæ extat apud Bulæum latine Tom. III. pag. 475. nec in nostris Codicibus reperitur. De hoc Scriptore summa cum laude Auctores loquuntur, & Labbeus præcipue Tom. II. Biblioth. MSS. pag. 122. & seq.

giſtri, *nec non artium eximii Magiſtri Pauli de Venetiis*, (quia in ea Urbe educatus, quamvis patria Utinenſis.) *Ordinis Eremitani ſuper libros Poſteriorum finitum anno. MCCCCLXVI. menſis Maii*. *Laus Deo*. Stemma in eo effulget Malatestarum.

I N V.

1. Magiſtri Gulielmi Hetisberi, ita legit Codex, ſed ſcribendum *Guilelmi Hentisberi Sophiſmata*.

2. Ejuſdem *regulæ Gramaticales*: opuſcula eruditis nota, & ad finem opuſculi ſecundi hæc leguntur: *ſunt regulæ bonæ*, & *utiles editæ per famoſiſſimum Hetisberium ad laudem ſummam Dei*, & *glorioſæ Virginis Mariæ*. *Amen*. Is ſubtiliſſimus Dialecticus Anglus floruit anno 1380.

Codex eſt exaratus ſub finem ſæculi XIV.

I N VI.

Occami Minoritæ *Logica*. Hæc in duas dividitur partes; utraque tamen earum ea procedit methodo, ut prima primæ dicatur; prima ſecundæ; prima tertiæ, & ſic deinceps, non ſecus ac ſecunda pars dicatur, & diſtinguatur ſecunda ſecundæ, ſecunda tertiæ, ſecunda quartæ, & ita poſtea, & ultima eſt de *Equipollentia Modalium*. [c]

Codex ſcriptus eſt, niſi fallimur, ſæculo XIV.



(c) Præter ea, quæ de Guilelmn Occamn recenſuimus libro 1. noſtri Catalogi, Plut. XIX. Codice 11. pag. 71. adnot. b. heic animadvertere lubet, Logicam Occami eam eſſe præcipuam ipſius Philoſophiæ partem, qua, poſtquam pluribus aonis Joannis Duns Scoti auditor extitit, multumque ſub ejus diſciplina profecit, arma adverſus Scotiſticam doctrinam contulit, & ſcholæ Scotiſticæ infenſiſſimus hoſtis fuit, patronuſque effectus Nominalium. Elementa ſiquidem, definitionea, principia, aliaque ea in Logica congerit ad Nominalium Siſtema adverſus Scotum vindicandum.

PLUTEUS XI.

CODICES IN EO NUM. V.

IN I.

1. PLinii *Naturalis Historiæ* libri XXXVII. Præfatio, seu Epistola huic Operi præmissa hoc lemma habet. *Caii Plinii Secundi Procemium, seu Epistola ad Vespasianum Imperatorem in libros naturalis historiæ incipit feliciter*. Inscriptio, quam ipsemet Plinius Præfationi, seu Epistolæ suæ pro more præposuit, unico dumtaxat puncto a contextu ipsius Epistolæ separatur, hoc namque pacto. *Plinius Secundus Vespasiano suo salutem. Libros naturalis historiæ Novitium Camœnis Quiritum tuorum opus natum apud me proxima fœtura licentiore Epistola narrare constitui tibi jucundissime Imperator*. Desinit in hæc verba. *Hoc ante fecit in litteris nostris Valerius Soranus in libris quos* Ἐποπτίδων *scripsit*.

Sive consulamus Plinii veteres Editiones, inter quas eam, quæ tertio Idus Octobris anno 1479. Tarvisii vol. 1. prodiit in hac nostra Ravennæ Bibliotheca existentem, sive recentiores, & præ ceteris Harduinianam, utramque existimare cogimur laudatam Præfationem primo ejusdem Operis libro insertam fuisse, ita nempe ut ex ea, ac capitibus rerum, quas tractat Plinius, nec non Scriptorum recensione, ex quibus profecit, primus liber constituatur. In nostro tamen Codice Plinii Præfatio a primo operis libro distinguitur. [a] Eam enim sequitur hæc Epigraphe.

Caji Plinii Secundi incipit Historiarum mundi Elenchus librorum omnium liber unus, qui primus.

Post XXXVII. Operis librum, cujus est finis. *Ab ea exceptis India fabulosis proxime quidem duxerim Hispaniam quocumque ambitur mari*. Sequitur

Epigramma ejusdem Plinii

„ Plinius historicus cognomine sumque secundus,
„ Quod totum, quod terra capit, cælumque perambit
„ Strinxi, ter denis lepide septemque libellis,
„ In quibus & duo sunt viginti milia digna. (*b*)

2. Deinde

(a) Hanc Præfationem, quam in multis egregiarum Bibliothecarum Catalogis Plinio adjudicatam vidimus, & in primis ejusdem Historiæ naturalis Editionibus ab anno 1470. ad annum usque *1669.* quam sæpissime repetitis eidem Plinio adscriptam inspeximus, quæque Plinio tribuitur cum ab aliis doctis Viris, tum ab iis etiam, qui Plinii Procemium illustrarunt, veluti a Marino Becichemo Scodrensi, Cornelio Vitellio, Antonio Fabro, quos laudat *Fabricius* Biblioth. Lat. Tom. I lib. II. cap. XIII. pag. *509.* qui fieri potuit, ut Plinio suppositam contenderet Vir cæterum de Plinio ipso egregie meritus *Joan. Harduinus*, eumque secutus nuperrimus Gallus Editor? An styli aliqua diversitas, ingenii, quo contexta sit, disparitas, sententiarum aliqua pugna in ea deprehenditur, quæ talem viris doctis sententiam suadere potuerit? Nihil minus. Hinc merito scribit Cl. Marchio Maffejus P. II. lib. I. Veronæ illustratæ, dum de ea loquitur. *Che in tutto Plinio non vi sia nulla di più Pliniano*.

(b) *Secundus* cognomen est Caji Plinii, ut notavit Illustris Ezech. Spanhemius *de usu numismatum* pag. 522.

Hic illis in libris viginti millia rerum dignarum ex voluminum circiter duum milium complexus est. Hæc Svetonius Tranquillus, ut vulgo creditur, de Viris Illustribus. Perlustratis multis Plinii Secundi Editionibus nullibi quattuor hos versus reperimus, neque in variis Bibliothecarum Catalogis, quos sub oculis habuimus. In Collectione Pisaurensi omnium Poematum, Carminum, Fragmentorum latinorum Tom. IV. pag. 425. Caji Plinii Secundi junioris Epigrammata typis commissa habemus; non item Caji Plinii Secundi senioris: In Codice Plinio adscribuntur. Num vero ejusdem Plinii sint, an alterius Auctoris, aliorum esto judicium.

2. Deinde *vita Plinii ex catalogo Virorum illustrium Tranquilli*, & incipit. *Plinius secundus Novocomensis equestribus militiis industriæ functus procurationes quoque splendidissimas, atque continuas summa integritate administravit.* (c)

Desinit: *Primus liber quasi Index XXXVI. librorum sequentium continuationem totius Operis, & species multorum continet.*

3. *Caji Plinii Secundi Oratoris Veronensis de Viris illustribus incipit.* Mirum sane est librum *de Viris illustribus* pluries vulgatum variis Auctoribus fuisse adscriptum. In quibusdam enim Sæculi XV. Editionibus *Plinio Juniori* tribuitur; in aliis ejusdem Sæculi *Svetonium* auctorem præfert; & in aliis *Æmilium Probum*. Sunt & quædam, quæ *Plinium Seniorem* auctorem faciunt, veluti, quæ anno 1505. Argentorati prodiit curante Henrico Monocero. Verum saniores castigatioresque Critici probabilius *Sexto Aurelio Victori* adscribunt, & in his Andreas Schottus, qui *Victoris*, seu *Victorum* potius opuscula edidit anno 1579.

In fine Codicis. *Et completus fuit per me Jacobum Pergulitanum die XI. Octobris 1446. pro Magnifico, & Potenti Domino Malatesta de Malatestis. Arimini.* [d] Codex conspicuus, omnesque librorum litteræ initiales lamellulis aureis, colorum mixtura sunt elaboratæ, & quod caput est, varias hic illic lectiones habet, quæ magis conformantur Editionibus optimæ notæ. Sitque degustationis gratia hoc exemplum libri II. Codex legit: *Cujus circumflexu reguntur cuncta;* ubi vero multæ Editiones non accurationes legunt, *teguntur omnia*. Prima lectio magis consonat Plinianæ Philosophiæ. Hujus Codicis mentionem facit Cl. Comes Antonius Josephus a Turre Rezzonici in Elencho Codicum MSS.; quibus usus est in Opere inscripto: *Disquisitiones Plinianæ. Parmæ. Borsii Fratres anno 1763.*, dum scribit. *Cæsenas, sive Cæsenatius 1. scriptus a Jacobo Pergulitano anno 1446.*

IN II.

1. Flavii Josephi *Judaicæ Antiquitates:* lib. XX. Prima fronte hæc nobis verba se offerunt. *Incipit Præfatio subsequentis Operis;* ejusque ita est principium. *Historiam describere disponentibus, non unam, nec eandem video ejus studii causam, sed multas existere, & ab alterutro differentes plurimum. Nam quidam eorum sui sermonis pandere volentes ornatum, & ex hoc gloriam occupantes ad partem hujus disciplinæ accedunt, alii vero &c. &c.* Ejusdem Præfationis finis est. *Quod ergo nunc quidem dicere suppono, sed Deo tempore nobis præbente post hoc opus tentabo con-*

(c) Duo breviter heic sunt attendenda. Primum vitam hanc Caji Plinii secundi a Svetonio Tranquillo scriptam fuisse nonnulli crediderunt, quod pro certo habuerint, ipsum Svetonium Libri, qui de Viris illustribus inscribitur, esse Auctorem; sed hos errasse mox palam fiet. Secundum Plinius in hae vita Novocomensis patria scribitur, cum gravis inter Eruditos de ipsius patria sit contentio. Siquidem Plinius ipse se se Romanum fecit pluribus in locis dum *Urbem nostram Romam profitetur*; *Leges nostras, quæ sunt XII. Tabularum: Annales nostros, Conditores nostros Romulum, & Remum*, aliaque in hoc Opere habet, quibus se Romam patriam obtinuisse ostendit. Andreas Dandulus, Petrarcha, aliique Recentiores Veronensem ipsum affirmant, & Veronensibus favent Lucubrationes Xicconis Polentani, Nicolai Perotti, & aliorum, præcipue vero ex verbo *conterraneum meum*, quo ipse Plinius Catullum appellat. Novocomensem alii faciunt. Qua de re videsis Disquisitiones Plinianas cl. Antonii Josephi Comitis a Turre Rezzonici mox laudatas.

(d) Perstant adhuc in uno Claustri latere Conventus S. Francisci Arimini in marmoreo lapide hæc duo Disticha incisa.

Principe. Pandulpo. Malatestæ. Sanguine. creatus
Dum. Galeotus. erat. spes. patriæque. Pater
Divini. Eloquii. Interpres. Bajotte. Joannes
Sum. sua. cura. sita. hoc. Bibliotheca. loco. 1420

Inscriptio hæc ostendere videtur, antequam Cæsenas nostra oriretur, aliam in Conventu nostro Arimini extitisse Bibliothecam, Codicesque ad eam ditandam conscriptos fuisse, qui ad Pandulphum Malatestam de Malatestis Arimini Principem dirigerentur; cumque Codices multi in Vaticanam Bibliothecam translati fuissent, multaque alia præclara Monumenta Civitatis Arimini in Archivum Vaticanum asportata, illo MSSrum receptaculo Civitas, & Conventus privati remanserunt. Unus, vel alter Codex illius Bibliothecæ inter eos nostræ Cæsenatis locum habuit. De Bibliotheca a Pandulpho Malatesta Arimini extructa loquitur Petrarcha. Senil. L. XIII. epist. X.

ſcribere. Convertar autem ad rerum narrationem reminiſcens primitus eorum, quæ de Mundi fabrica Moyſes dixit. Hæc autem in ſacris libris comperi ita ſcripta.

Deinde. *Incipit liber primus Flavii Joſephi antiquitatis Judaicæ.* Sequitur continenter libri primi exordium. *In principio creavit Deus cælum, & terram, ſed dum terra ad aſpectum non veniret, & profunditate tenebris celaretur, & Spiritus Dei ſuperportaretur, Deus fieri lumen juſſit, quo facto conſiderans omnem materiam ſeparavit lumen, & tenebras, & aliud quidem rei nomen impoſuit noctem, aliud vero vocavit diem.*

Libri poſtea XX. terminus eſt. *Et ſi Divinitas conceſſerit per diſcurſum commemorabo rurſus, & belli, & eorum, quæ ad præſentem diem, quæ tertii decimi quidem anni Domitiani, Cæſaris Principatus, mihi autem a nativitate quinquageſimi, & ſexti. Propoſui vero vobis conſcribere etiam noſtras ſectas in quattuor libris de Deo, ejuſque ſubſtantia, & de legibus, & cur ſecundum eas aliud facere permittitur, & aliud probibemur.*

Tum ſubjicitur. *Explicit liber XX. Flavii Joſephi Judaicæ Antiquitatis.* (e)

Obſervandum venit in XVIII. Antiquitatum libro præclarum illud Joſephi teſtimonium de Chriſti adventu, de ipſius ſignorum magnitudine, ejuſque reſurrectione, quod cum idem omnino ſit (ſi quorundam vocum tranſpoſitionem excipias) ac illud, quod in Editionibus, ac a Sanctis Patribus, ac Scriptoribus exhibetur, heic illud afferre ſuperſedemus. An genuinum ſit, an adſcititium, gravem eſſe controverſiam Eruditi noverunt, adeo ut quamplurimi ad perluſtrandos Græcos, Latinoſque Codices in eximiis Europæ Bibliothecis ſtudia ſua contulerint, qui quidem cum Codices, in quibus teſtimonium hocce reperitur, antiquitate præſtare cæteris a quibus abeſt, animadverterint, genuinum eſſe, atque ab ipſo Joſepho profectum merito judicarunt, ut pro genuino ante habuerant cum Euſebius Cæſarienſis lib. I. Hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. II., tum S. Hieronymus libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Ejuſdem contra Apionem Alexandrinum Grammaticum *de Antiquitate Judeorum* Libri II. [f]

Liber primus *Joſephi in Apionem Grammaticum de Antiquitatibus.* Incipit. *Sufficenter, ut arbitror, & per libros antiquitatum opulentiſſime virorum, Epaphrodite, legentibus os aperui de noſtro genere Judæorum. Quia ut vetuſtiſſimum eſt, & primam conſiſtentiam prope habuit &c.*

Liber ſecundus deſinit. *Apiones igitur, & Molones, & quicumque mendacii derogatione congaudent conjuncti, procul abſcedant. Tibi autem Epopbrodite, veritatem*

(e) Græce ſcriptum a Joſepho hoc Opus nemo eſt qui neſciat. In hoc Codice veterem tantum ejus verſionem habemus, quam typis ſæpius vulgatam conſtat. Quem Auctorem ea habuerit, nondum plane liquet. Non defuiſſe, qui eam Rufino Aquilejenſi adſcripſerint, Eruditis compertum eſt. Sed eorum opinio minime probari poteſt. Certe enim Caſſiodorus teſtatur in lib. Inſtitutionum Divinarum Litter. cap. 17. ſe inſtante, Antiquitates Joſephi Judaicas Latio donatas fuiſſe. Eam vero primam hujus Operis extitiſſe verſionem ex eo intelligi poteſt, quod nemo unus ex veteribus Scriptoribus dixit, litteriſque conſignavit, aliquem fuiſſe ex antiquioribus, qui illud opus latine tranſtulerit; immo vetuſtiſſimi Codices plerumque nomen Rufini non præferunt, ſicut non præfert vetuſtiſſimus Mediolanenſis, qui in papyro Ægyptia ſcriptam Antiquitatum Joſephi verſionem continet. Vide Cl. Muratorium Antiquit. Tom. III. pag. 918. Non igitur *Rufini*, ſed veroſimilius alicujus ex Caſſiodori amicis hæc verſio exiſtimanda eſt; quod idem & de verſione duorum Librorum adverſus Apionem cenſeri poteſt.

(f) Hi duo libri a Joſepho conſcripti ſunt adverſus Manethonem, Appollonium, Molonem, Lyſimacum, Poſidonium, & Apionem præcipue, quem ſcripto Judæis detraxiſſe Juſtinus martyr, Julianus Affricanus, Euſebius. & Hieronymus affirmant, quos inter Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis hæc habet. *Scripſit & Joſephus duos de antiquitate libros adverſum Apionem Grammaticum Alexandrinum, qui ſub Caligula legatus miſſus ex parte Gentilium contra Philonem etiam librum vituperationem gentis Judaicæ continentem ſcripſerat.* Ex his intelligitur librorum inſcriptionem hac de cauſa eſſe *de Judæorum antiquitate adverſus Apionem.*

tatem maxime diligenti ex parte similia nosse de nostro genere cogitanti hic libellus conscriptus esse dignoscitur. (g)

Succedit hujus opusculi Hieronymianum elogium, quod extat in epistola ad Magnum Oratorem Tom. II. pag. 332. Inscriptio. *Hieronymus ad Magnum Oratorem Urbis Romæ.*

Josephus antiquitatem approbans Judaici populi duos libros scripsit (Editiones legunt *scribit*) *contra Apionem Alexandrinum Grammaticum, & tanta* [Editiones *talia*] *secularium profert testimonia, ut mihi miraculum subeat, quomodo vir hebreus ab infantia* [deest *&*] *sacris litteris eruditus cunctam Grecorum Bibliotecam evolverit.* Nomina *hebreus* sine Diphtongo, & *Bibliotecam* sine aspiratione sunt in Codice exarata.

Codex est Sæculi XV. admirandæ pulchritudinis, & elegantiæ, & si quid vitii in eo est, Librarii præpropera scribendi festinatio est culpanda, qui hic illic eandem non servat siglarum, & abbreviaturarum rationem. Cæterum omnes majusculæ librorum initiales litteræ lamellulis aureis, suavibusque coloribus refertæ, & illustratæ visu perquam jucundæ exhibentur; & ad calcem primæ paginæ Stemma Malatesteum, scilicet *Craticula* visitur. Ad singulos libros in marginibus summaria earum rerum, de quibus iis in libris est sermo.

IN III.

Flavii Josephi Historici Judaicarum Antiquitatum liber XIII. (*h*) *& Belli Judaici liber primus feliciter incipit.* Septem libri sunt in Codice de *Bello Judaico*, & de eversa Hierosolima a Josepho ante libros XX. *Antiquitatum Judaicarum* patria lingua elaborati in Civium suorum usus; dein græce scripti, oblatique Vespasiano anno Imperii ejus septimo (*i*) atque ita approbati, tantique habiti, ut Hieronymus cap. 13. Catalogi Scriptorum dicat. *Josephus Romam veniens septem libros Judaicæ captivitatis Imperatoribus Patri, Filioque obtulit* [Vespasiano, ac Tito], *qui & Bibliothecæ publicæ traditi sunt* [*l*] *& ob ingenii gloriam Statuam quoque meruit Romæ.*

Hi libri Præfationis titulum non præferunt; ast ea non carent, & ita incipit. *Quoniam bellum, quod cum populo Romano gessere Judei omnium maximum, quæ nostra ætas vidit, quæque auditu percipimus &c.* Desinit in hæc verba. *Narrandi autem initium faciam hoc ordine, quo capitula sunt digesta.*

Primi libri initium est. *Quum potentes Judæorum inter se desiderent eo tempore, quo de tota Siria cum Ptolomeo seuto Antiocus, qui Epiphanes dictus est,* *ambige-*

(g) Josephum Flavium, gente Judæum, Pharisæum secta, & a Vespasiano Civitate Romana donatum libros xx. *Judaicarum Antiquitatum* Vespasiano, binos vero contra Apionem *de Antiquitate Judæorum* Apophrodito Patrono suo nuncupasse, nemo omnium est, qui id in dubium revocet. Primum Opus præter hoc, quod ostendat Josephum tempore Vespasiani, Titi, Domitiani, quibus erat acceptus, vixisse, demonstrat pariter, quod in vivis agebat anno tertiodecimo Domitiani, in quo finem operi *Antiquitatum* imposuisse se testatur, qui annus erat Christi XCIII. & ætatis Josephi LVI. Quoniam vero post hoc opus etiam opellam contra Apionem edidit, inscripsitque Apophrodito, qui, ut Dio lib. *67.* pag. *766.* tradidit, a Domitiano est interfectus Anno Christi XCV., consectarium est libros contra Apionem ante hunc Christi annum concinasse. Qui plura desiderant, adeant librum XX. ultimum *Antiquitatum*, vitamque ipsius, & conferant præcipue Joannis Pearsonii Opera posthuma pag. 171.

(h) Primos septem libros hujus Codicis agere de *Bello Judaico* nemo inficiabitur, & ex præfatione plane dignoscitur, & ex collatione eorum cum editis libris. Inscitiæ igitur Librarii tribuendum est, quod primo horum librorum inscriptionem adjecerit *Judaicarum Antiquitatum liber XIII.*, qui eadem imperitia & cuique sequentium librorum inscriptionem pariter apposuit *Judaicarum Antiquitatum liber XIV.*, *Judaicarum Antiquitatum liber XV.* & ita deinceps.

(i) Tillemont. Hist. des Empereurs. Tom. 1. pag. *971.* Edit. Brunell.

(l) Verba Josephi in libro de vita sua isthæc sunt. *δημοσιεύσαι προσέταξεν.* quæ verba non satis commode redduntur a Hieronymo: *Bibliothecæ publicæ traditi sunt.* dixisset: *præcepit ut vulgarentur.* Ita Benedictini Patres ad idem caput adnot. c. pag. 838.

ambigebat. Finis vero libri septimi est. *Qualiter Cæsar testamentum Herodis confirmavit servans filiis ejus testamentum. Et qualiter accusatus Archelaus a cognatis suis apud Cæsarem, & superans accepit regnum, & regnans aspere per decem annos iterum accusatus est: & exilio relegatus est in Viennam. Regnum autem ejus transtulit Cæsar in Præsidatum.*

Sub hos VII. libros, qui revera sunt *de Bello Judaico* exarati, inveniuntur alii libri, & ii quidem ad opus *Judaicarum Antiquitatum* revera spectantes, hoc est liber ejus Operis XXII., qui in hoc Codice ponitur pro libro XX.; Libri XVIII. & XIX., quos in unum conjunctos hic Codex obtrudit, pro libro XXI.; & tandem liber XX., quem hic Codex vigesimum secundum ac proinde ultimum *Judaicarum Antiquitatum* mentitur. Is igitur fuit Librarii scopus, ut completum scriberet numerum librorum XXII. Flavii Josephi de Antiquitate Judaica; sed perperam; cum in eorum numero consociet VII. libros ab illis distinctos Judaici Belli. Curiosius contuli tres hos libros de *Antiquitate Judaica* cum iis, qui occurrunt in superiori Codice, an aliqua sit Lectionum diversitas, & aliquam saltem levem nactus sum, quod in caussa esse potuit, ut Librarius denuo exscriberet.

In fine: *Explicit Historiarum Josephi liber XXII. Judaicæ Antiquitatis*. Versio latina est, sed Anonymi. [*m*]

Codex in membranis levigatis eleganter scriptus, est Sæculi XV. Prima Præfationis majuscula littera affabre depicta imaginem exhibet viri, quam Flavii Josephi, nisi fallimur, esse censemus. Viri, inquam, stantis sub uno Templi arcu ibi depicti, forsitan Templi Jerosolimitani, & non temere quidem. Historiam de eversa Jerosolima scripsit, & magna fide in earum rerum historia versatum fuisse, quibus ipse interfuerat, testatur Josephus. Cæteræ vero initiales librorum litteræ vel ex auro tantum formatæ, vel coloribus summa cum diligentia, & arte illustrantur.

I N I V.

1. Hæc sunt, quæ legentibus primum hoc in Codice obveniunt. *In nomine Dei Summi incipit Prologus in librum Historiæ Ecclesiasticæ beati* (*n*) *Eusebii Cæsariensis Episcopi de græco in latinum translatæ.*

Hujus

(m) Sanctum Ambrosium hos septem libros de *Bello Judaico* è græco sermone Latio donasse, sive alterum nescio quem sub nomine Hegisippi, nonnulli existimarunt, & in Codice antiquissimo Bibliothecæ Ambrosianæ hocce opus Sancto Doctori adscriptum se reperisse testatur Jo. Mabillonius Tom. I. Itinerarii Italici pag. 12. Sed recte Benedictini Patres in præclara Ambrosii Operum Editione versionem hanc Ambrosio abjudicant, nihilque in ea, quod stilum ejus, ingeniumque prodat, inveniri affirmant; quod ipsum & visum antea fuerat Latino Latinio in epistola ad Masium Tom. II. Lucubrationum pag. 119. S. Hieronymum e græco in latinum translationem horum librorum edidisse aliqui censent, sed neque eorum opinioni subscribimus, cum ex operibus Josephi multa excerpsisse S. Doctorem ex scriptis suis plane dignoscatur; vertisse autem latine illud opus haud inveniemus. Juvat e re nata heic excribere Cassiodori verba, quæ hæc sunt cap. 17. Divinarum Institutionum. *Ut est Josephus pene secundus Livius in libris antiquitatum Judaicarum late diffusus, quem Pater Hieronymus scribens ad Lucium, Beticum propter magnitudinem prolixi operis a se perhibet non potuisse transferri. Nunc tamen ab amicis nostris quoniam est subtilis nimis, & multiplex magno labore in libris viginti duobus* (Libris duobus contra Apionem Antiquitatum operi adjectis) *converti fecimus in latinum. Qui etiam, & alios septem libros captivitatis Judaicæ mirabili nitore conscripsit, quam translationem alii Hieronymo, alii deputant Rufino, quæ dum talibus Viris adscribitur, omnino dictionis eximia merita declarantur*. Versionis hujus Auctor non est Hieronymus; fuisse tamen Rufinum quam plurima monumenta suadent, & validæ conjectationes, quibus supersedemus contenti ea exhibere, quæ habet cl. Fabricius de Scriptoribus Latinis Sect. IV. lib. IV. cap. 3. pag. 732. Edit. Hamburg. *Rufini varia extant, quæ nondum sunt in unum corpus omnia a quopiam collecta. Plurima ex græco in latinum convertit, ut Josephum de bello Judaico, Recognitionis Clementis* &c. Editio græcolatina cum notis, & nova versione Joannis Hudsoni pulcherrima, & emendatissima est studio Sigiberti Havercampi curata Ultrajecti apud Jacobum Broedelet M. D. CC. XXVI.

(n) Non honoris, ac dignitatis gratia solummodo Eusebius Cæsariensis titulo *Beati* est honesta-

Hujus Prologi postrema tantum verba exscribo, cum ad multa declaranda plurimum valeant. In fine itaque ipsius hæc sunt verba. *Post persecutionem usque ad obitum Theodosii Augusti*. Sequitur Epigraphe. *In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis incipit liber primus Historiæ Ecclesiasticæ beati Eusebii Cæsariensis Episcopi de græco in latinum translatæ*. [o] Libri notantur XI.

Primus liber incipit. *Successiones SS. Apostolorum, & tempora, quæ a Salvatore nostro ad nos usque decursa sunt, quæque, & qualia in his erga Ecclesiæ statum gesta sunt*. Primum librum sequuntur alii, quorum postremi, hoc est XI. finis hic est: *Ipse Romano Imperio per annos decem, & septem feliciter gubernato ad meliora migravit cum piissimis Principibus percepturus præmia meritorum. Amen.*

In hoc Codice libri omnes in plura capitula distribuuntur, & numeris arithmeticis indicatur quot in quolibet libro capitula contineantur. Ipsi tamen libri titulos capitibus præfixos non habent, ut habere solent græca Exemplaria, & extabant in uno Codice manuscripto Ruffini penes Valesium existente ante septingentos annos scripto, ut eruditissimus ille Scriptor testatur in adnotatione ad titulos primi libri Eusebii, in qua ostendit Eusebium ipsum indices, seu titulos præfixos singulis libris composuisse.

Ad finem hujus Operis hæc scripta leguntur. *Pro Illustrissimo, ac Magnifico Principe Domino Malatesta Novello de Malatestis scriptus per manus Fratris Francisci de Figbino ejusdem Principis Capellano anno* 1457.

Hoc præclarissimum Eusebii Pamphili Opus ab ipso græce scriptum in X. libros esse distributum, rem certam faciunt duo optimæ notæ Codices Bibliothecæ Regiæ Parisiensis; sic pariter Codex Eminentissimi Cardinalis Mazarini, Codex Nicolai Fukeri, aliique Codices Græci, qui illius Operis græce scripti X. libros produnt; sicuti duæ Editiones, altera Parisiensis, quam Robertus Stephanus typis commisit; altera Genevensis. Versio tamen latina nostri Codicis istiusmodi Operis XI. exhibet libros; X. vero libros versio Musculi, & illa Christophorsoni, atque recentissima, & accuratior Cl. Henrici Valesii, ex quo sumpsimus, quæ de MSS. hujus Operis Codicibus diximus.

2. Post

nestatus, sed pietate, virtutibus, quibus etiam affulsit, nec non laboribus ad Ecclesiæ dissidia inter Confratres, aliosque componenda exantlatis, ac noctibus absque somno ductis ad tot utilia Ecclesiæ volumina conscribenda a Viris litteratis expetita, præcipue dum primus Historiam Ecclesiasticam in unum collegit, hanc in ore multorum meruit laudem, & ideo Constantino Magno fuit carus, dictusque Eusebius Pamphili, quia cum ipso conjunctissime vixit, individuusque comes ipsius usque ad Martyrium; & quamvis *Homousii* vocabulo primum uti veritus sit; re tamen maturius perpensa, & probasse, & damnationi Arii in Synodo Nicæna bona fide subscripsisse multis defendi posse videtur.

(o) Quis hujus versionis Auctor sit, merito quispiam scire aveat. Exploratæ capiendi consilii rationes nobis sunt, Rufinum hujus versionis Auctorem esse. Et sane Rufinus epistola ad Chromatium hæc habet: *Sciendum est, quod decimus liber hujus Operis* (Eusebii) *in Græco, quoniam perparum habet in rebus gestis, per reliqua omnia in Episcoporum panegyricis tractatibus nihil ad rerum scientiam, occupatus, omissis, quæ videbantur superflua, historiæ, si quid habuit, nono coniunximus libro, & in ipso Eusebii narrationi dedimus finem. Decimum vero, & undecimum librum nos conscripsimus*. Jam vero eo prorsus modo in Codice nostro libri sunt exarati, quo Rufinus ad Chromatium scribit, hoc est, cum quæ in libro X. Eusebii continentur ad Historiam pertinentia, ea sint in nono libro comprehensa, atque exhibeat duos alios libros ad Historiæ continuationem usque ad undecimum librum. Igitur nulla vel levis dubitandi ratio superest Rufinum hujus versionis esse Auctorem. Super hæc ad finem Procemii hæc leguntur. *Post persecutionem usque ad obitum Theodosii Augusti*. Verba ista comparatissima sunt ad rem nostram plane firmandam. Eusebius siquidem in Operis sui exordio Historiam se perducere profitetur ad illud tempus, quo post cruentissimam Diocletiani persecutionem pax divinitus effulsit, eamque Constantinus Magnus honorificentius Ecclesiæ reddidit Catholicæ; Rufinus vero sexaginta circiter annis post Eusebii mortem, quæ contigit anno 340, versionem Eusebii est aggressus, hoc est prope finem Sæculi IV., quo tempore Theodosius ultimum clausit diem. Nunc conferamus quæso tempus, quo Eusebius Historiæ suæ finem imposuit cum tempore, quo prosecutus est Rufinus eandem usque ad Theodosii mortem, & unicuique perspectum erit versionem Codicis Rufini esse, cum scribat. *Post persecutionem usque ad Theodosii obitum*. Affirmamus itaque Prologum, & Versionem ipsius esse.

2. Post duo Folia absque ulla scriptione sequitur ejusdem Eusebii *Chronicon*, & primum absque ullo titulo hæc habentur. *Adjuro te quicumque hos descriptos libros per Dominum Jesum Christum, & gloriosum ejus adventum, in quo veniet judicare vivos, & mortuos, ut conferas quod scripseris, & emendes ad exemplaria ea, de quibus scripseris diligenter. Et hoc adjurationis genus similiter transcribas, & transferas in eum Codicem, quem descripseris*. Verba sunt Hieronymi. [p]

Dein *Eusebius, Hieronymus, Vincentio, & Gallieno suis salutem. Vetus iste disertorum mos fuit, ut exercendi ingenii causa græcos libros latino sermone absolverent*. Hoc est Præfationis Sancti Hieronymi exordium. Desinit in hæc verba: *Timor enim Dei hominum timorem expellit: sed quoniam debacchantibus adhuc in terra nostra Barbaris incerta sunt omnia.*

Post hanc subjicitur initiali littera miniata, & aurea. *Moysen Gentis hebraicæ, qui primus omnium Prophetarum ante adventum Domini Salvatoris divinas leges sacris litteris explicuit &c.* Desinit. *Et si qua alia digna memoria putavit antiquitas, quæ universa in suis locis cum summa brevitate ponentur*. Editiones legunt *ponemus*. Utriusque Præfationis Auctor in Codice non præscribitur, manifestum est tamen, primam Hieronymi esse; secundam vero esse Eusebii, quam Hieronymus in latinum, ut creditur, verteret. Hoc opus, quod Historiæ maximum adfundit lumen, modo *Epitome* idest Breviarium appellatur; hinc Codex Parmensis hanc præfert Epigraphen. *Incipit Eusebii Panphili Episcopi Cæsariensis Epitome, quod Breviarium sonat a Hieronymo traductum*. Quod didicimus ex iis quæ de hoc Opere leguntur in Vallarsiana Editione Tom. VIII.; modo *Historiam Temporum* vocat Augustinus II. 39. de Doctrina Christiana, & *Digestionem temporum* Hieronymus ipse lib. I. in Ruffinum.

Libri exordium excipit Eusebii Præfationem in latinum a Hieronymo versam absque ullo titulo (q), & ita habet. *Incipiunt tempora totius sæculi, Regesque gentium omnium, quibus locis, quibusque temporibus in suis provinciis regnaverunt &c.* (Editio Vallarsiana legit *regnaverint*). Desinit in hæc verba. *Nec non apud Ægyptios erat XVI. potentia, sicut ait Manetho per quam regnabant Thebæi annis CXC. quorum primus annus erat æque primus Abraæ.*

Nec in Codice nostro Chronicon hoc divisum est in duos Libros, in quos ab Eusebio ipso distinctum aliqui arbitrati sunt, quorum priorem inscripserit Χρονογραφίαν; posteriorem Τρονικὸνκανονα. Si Præfationem a Vallarsio huic Operi præfixam attente perlustremus, hanc duorum librorum divisionem (ceteroquin non admittendam, ut ipse pluribus probat) prodiisse scribit ex Scaligeri officina, atque inusitato exemplo in sua Editione inveniri affirmat. Pace dixerim tanti Viri. Dissertationem habemus Cl. Patris Mansii in Collectione Calogeriana, in qua se vidisse testatur vetustum Manuscriptum cum ea Chronici Eusebiani in duos Libros divisione, ac proinde multo ante hujus divisionis exemplum extitisse conjicimus. Ast præ ceteris plurimi est facienda Vallarsii animadversio multis comprobata, narrationem scilicet ab Adamo ad Abraham paucis perstrictam fuisse quasi Præludium, & Procemium Eusebio necessariam ad aliquem Chronologicum ordinem servandum, ut postea Abrahami ortus, quantum fieri poterat, constitueretur. Sed nostri non est instituti hanc aggredi spartam; Criticis eam ultro, ac libenter relinquimus.

Ab

(p) Hujus obtestationis, qua Eusebius ipse delectatus est, Auctor censetur S. Irenæus libro V. Ecclesiasticæ Hist. cap. 20. ab ipso Eusebio, atque eadem, quæ est in Codice, utitur Hieronymus. In Codice nostro obtestatio Hieronymi Præfatinnem anteit, in aliis vero Codicibus a Pontaco, Salmasio. Thomasino inspectis Præfationi S. Doctoris subnectitur. Cæterum multi alii Codices eam ignorant.

(q) Quamvis in MSS., & veteribus Editionibus, ut in illa pœnes me existente Parisiis impressa ab Incarnatione Domini millesimo quingentesimo duodecimo per Henricum Stephanum inscriptio habeatur, scilicet hæc; *Exordium libri*; attamen deest in Codice nostro, & Scaliger etiam in Editione sua prætermittit.

Ab Abrahamo exorditur Chronicoo suum Eusebius, & finem habet his verbis. *Vicenalia Coustantini Nicomediæ acta, & sequenti anno Romæ edita.*

Operis hujus partem hanc perlustraodo, mihi occurrit io sexagesimo tertio folio lineæ sextæ observare, & legere: *Coruelius Gallus* : & verbum, quod sequitur, dolo, vel quavis alia causa abrasum, sed non ita tamen perfecte, ut quod ibi scriptum erat, adhibito exquisito Microscopio legi nequeat. Satis superque dignoscitur, vocem quæ ibi extitit, hanc fuisse *Forolivienſis*; totumque locum ita habuisse. *Cornelius Gallus Foroliviensis poeta, a quo primum Ægyptum rectam, supradiuimus, 43. ætatis suæ anuo propria se morte interfecit.* Et sane Codicis lectiooem esse *Foroliviensis* compertum est ex autographa attestatione fide digna, quæ extat ad Codicis calcem, quam post ipsius Codicis descriptionem dabimus.

Post finem Chronici Eusebiani hæc sunt verba: *Hactenus Eusebius; deinceps Hieronymus.*

Hucusque Historiam scribit Eusebius Pampbili martyris contubernalis: cui nos ita subjecimus.

Sanctum Hieronymum io sua Chronici Eusebiani versione, licet fidelissimus fuerit, in ipso juxta Græca Exemplaria sibi proposita traducendo; oihilo tameo minus aliqua, prout ratio narratioois postulabat, de suo addidisse satis perspicuum est. Sic ut uoum exemplum afferam. Io latino ejus Chronico ad annum Constantini quiotum decimum hæc sunt verba. *Aleuandrinæ Ecclesiæ 19. ordinatur Episcopus Aleuander, a quo Arius Præsbiter de Ecclesia ejectus, multosque impietati sociat. Ad quorum perfidiam coarguendam Synodus 318. Episcoporum in Nicæuam Urbem Bitbiniæ cougregata, omues bæreticorum macbinas Homousii oppositione delevit.* Hæc porro ab Eusebio dicta, & scripta noo fuisse constat. Neque enim certe HOMOUSII vocabulum adhibitum ab eo fuisset, quod illi, ut notum est, displicuit, & hoc prudeotis œconomiæ caussa. Deinde oon scripsisset trecentos, & octodecim Episcopos Nicænæ Synodo præsentes fuisse, cum io tertio libro de vita Constantioi apertissime scribat paulo plusquam ducentis, & quinquagiota ex Episcopis coactam Synodum.

Sui Chronici continuatiooem exorditur Hieronymus ab iis verbis. *Arnobius in Affrica Rbetor clarus babetur &c.* & desinit. *Ipse Imperator Valens cum sagitta saucius fugeret, & ob dolorem nimium sæpe equo laberetur ad cujusdam villulæ casam deportatus est, quo persequentibus Barbaris, & incensa domo sepultura quoque caruit.*

Prosper cetera deinceps adjecit, quæ ab his verbis iocipiuot. *Igitur Valente a Gotbis in Tbracia concremato Gratianus cum fratre Valentiniano 41. regnavit annis 6.* Defioit in hæc verba; *Valentiniano 6. & Nonio Consulibus.*

Hic finit Prosper post Hieronymum.

Tandem in Codice legitur. *Explicit Cbronica Eusebii, Hierouymi, item Prosperi pro Illustri, ac Magnifico Domino Domino Malatesta Novello de Malatestis scripta per me Fratrem Fraucifcum de Figbino Capellanum ejusdem Illustris Principis anno* 1454.

Codex est accurate, & diligeoter scriptus, & contioet Chronicum a principio Mundi usque ad iiiir iiiiii XXXXVI Valentioiano VI., & Nonio (r) Coss.

Nunc subjicio testimonium, quod ad calcem Codicis extare superius dixi circa Foroliviensis vocabulum in eo abrasum. En ejus verba.

„ In Christi nomine Ameo. Anno ab ejusdem Natali 1674. Indictione 12. Sedeote Sanctissimo D. N. D. Clemente Divioa Providentia Papa X. die vero 15. Mensis Novembris Jovis &c.

„ Cum A. R. Patri Fratri Innocentio Guidaccio Conventus S. Francisci Min. Conv. Civitatis Cæsenæ nunc temporis Guardiano, & A. R. P. Fratri Joanni „ Bapti-

(r) Doctissimus Paggius noster rectius legendum esse existimat *Nomo*, non Nonio.

„ Baptistæ de Faustinis Sacræ Theologiæ Magistro ad præsens Custodi præclaræ Ma-
„ nuscriptorum Bibliothecæ, quæ in eodem Conventu asservatur, innotuerit in li-
„ bro Chronicæ Eusebii Cæsariensis in undecimo scamno collocato nonnullas litteras
„ in alteræ paginæ folio sexagesimo tertio in linea 6. ubi legebatur. Cornelius Gal-
„ lus Forolivienfis Poeta a quo primum Ægyptum rectam supradiximus, XLIIII.
„ ætatis suæ anno &c. sive dolo, sive quavis alia causa abrasas fuisse; simulque Pe-
„ rillustres, & A R. R. D. D. Josephum M. de Nobilibus Sacerdotem, & J. V.
„ D., & Bartholomæum Bocchium pariter Sacerdotem cum Perillustri D. Carlo Ne-
„ rio, omnes Cæsenæ Cives inspexisse dictam paginam in dicta linea tum priusquam
„ abrasæ fuissent quædam litteræ, tam post abrasionem, & præsertim præfatum R.
„ D. Bartholomæum Bocchium, qui biennio ante prædictæ lineæ transumptum fece-
„ rat, quod authentice apparet, cum adhuc essent integræ litteræ una cum dictis
„ D. D. Joseph Maria Nobili, & Carolo Nerio die 22. Augusti hujus Anni alte-
„ ram de hac abrasione juratam præstitisse attestationem.

„ Hinc præfati R. R. P. P. priori legitimæque lecturæ Textum illum red-
„ dere cupientes, ut veritas magis, ac magis elucescat, & libro, quod amiserat
„ pondus, restituatur, exquisiverunt a prædictis D. D. Josepho Maria de Nobilibus,
„ Bartholomæo Bocchio, Carolo Nerio, ut similem abrasionem hujus, & legitimæ
„ lecturæ facerent attestationem. Qui omnes tam justæ petitioni satisfacere volentes,
„ sponte, & voluntarie in hac inclita Bibliotheca constituti, & pro veritate re-
„ quisiti, tactis pectoribus, & libris respective deponunt biennio circiter ante legis-
„ se, & respective transumpsisse dictam lineam illius textus absque ulla abrasione in
„ linea sexta secundæ paginæ sexagesimi tertii folii, quæ legebatur integra, videli-
„ cet: *Cornelius Gallus* (s) Forolivienfis poeta, a quo primum Ægyptum rectam,
„ supradiximus, XLIII. *ætatis suæ anno propria se morte interfecit:* & sic legen-
„ dum esse dictum Textum in eodem Codice affirmant, ut olim integre legebatur.
„ Et ita &c. sub quibus &c. omnes &c. (t)

„ Ita est Joseph Maria de Nobilibus, qui supra nomin. &c. manu propria &c.

„ Ita est Bartolomæus Bocchius, qui supra nomin. &c. manu propria &c.

„ Ita est Carolus de Neriis, qui supra manu propria.

„ Actum Cæsenæ in Contrata Crucis Marmoris in D. Ven. Conventu S. Fran-
„ cisci in eadem Bibliotheca præsentibus Illustrissimis D. D. Joanne Rosinio, & Mat-
„ thæo Bertonio Civibus Civitatis Cæsenæ Testibus rogatis.

„ Vincentius Masinius Civis Cæsenas Publicus Auctoritate Apostolica Not., ac
„ Illustrissimæ Communitatis d. Civitatis Secretarius de prædictis rogatus extiti, in
„ fidem scripsi, ac subscripsi, & publicavi, meoque solito signo, ut in margine si-
„ gnavi &c. &c.

„ Quam attestationem, ne penes Viros peritos, virtutibus præditos, politio-
„ rum litterarum professores, & veritatis indagatores, hujus inclitæ Bibliothecæ no-
„ men

(s) Summis, festivisque laudibus Cornelium Gallum prosequuntur Propertius lib. II. el. XXXIII. Martialis lib. VIII. epist. LXXII., plerique Veteres, & Ovidius lib. III. Amor. Eleg. XV. canit.

„ Gallus & Hesperiis, & Gallus notus Eois,
„ Et sua cum Gallo nota Lycoris erat.

Cum cl. D. D. Fontanino censendum, natum esse ab V. C. anno 685., atque ejus libros poetice scriptos summam passos esse jacturam, ut vix fragmentum aliquod ad nos pervenerit. Quattuor Elegiarum libros conscripserat io suæ Lycoris laudem, & alia poemata, & Esorionis pleraque e græco io latinum verterat.

(t) De Patria Cornelii Galli quantopere inter doctos Viros disputatum sit, nemo ignorat. Nullius vetusti Scriptoris opus extat, in quo, quam Patriam Poeta is habuerit, indicetur, præter Eusebii hoc Chronicon, in quo tamen Forolivienfemne Gallum, an potius Forojuliensem Hieronymus dixerit, ambigitur ob Codicum in ea voce discrepantiam. In nostro Codice, ut ex iis, quæ præmisimus, intelligi potest, *Foroliviensis* appellabatur, eademque lectio, & in pluribus Vaticanæ, aliarumque Bibliothecarum Codicibus occurrit, quos laudat doctissimus Morganius in Epist. Æmil. I. §. 3. ubi & nostrum hunc Cæsenatem Codicem memorat, *optimumque* appellat, & tam in ea, quam in Epistola X. alia habet, quæ Forolivium potius, quam aliam fuisse Galli Patriam propemodum persuadeant.

„ men deficiat, utque genuina lectura retineatur d. Pater Frater Innocentius Guidaccius d. Conventus S. Francisci Min. Con. Cæsenæ Guardianus, & d. Pater Frater Joannes Baptista Faustinus Sacræ Theologiæ Magister ad præsens custos præfatæ Bibliothecæ in calce hujus Libri mandarunt apponi prout apposita fuit.

„ Ita est Vincentius Masinius Not. qui supra &c. &c.

I N V.

Epigraphe Codicis hæc est. *Paulini Puteolani historia ab origine Mundi usque ad sua tempora*. Prologus, qui hanc præcedit Historiam, clarius res in ea contentas, tempusque Auctoris, qui eam elucubravit, prodit. Legitur ad initium Prologi rubris characteribus formata hæc Inscriptio. *Prologus in Satyricam* (u) *gestarum rerum, atque Regum regimine, & Summorum Pontificum historiam a mundi creatione usque ad Henricum VII. Romanorum augustum*. (x) Hujus Prologi est initium. *Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te ex die, quo creavit Deus hominem, similiter terram, ex cujus limo hominem fecit*. Prooemium hoc ea præcipue continet, quæ maximopere conducunt ad Historiæ veritatem commostrandam, atque per revelationem Divinam fere omnia ad Patres profecta, & derivata, atque idcirco indubia, utpote scientifica. Hinc in eo Prooemio legitur. *Interroga eos, qui fuerunt ante te per hunc modum Historia est, ut dicit Tullius in libro de Senectute temporis testis, lux veritatis, vita memoriæ, nuntia vetustatis*. Pluries Scriptura ait. INTERROGA PATREM TUUM, ET ANNUNTIABIT TIBI, MAJORES TUOS, ET DICENT TIBI. PATRES NOSTRI NARRAVERUNT NOBIS OPUS, QUOD OPERATUS EST IN DIEBUS EORUM. Et Job. VIII. INTERROGA GENERATIONEM PRISTINAM, ET DILIGENTER INVESTIGA PATRUM MEMORIAM. Nescimus autem, & ignoramus, quia remotissima, ideo apponit: DE DIEBUS ANTIQUIS, EX DIE, QUO CREAVIT DEUS HOMINEM &c. & cap. XXXII. MEMENTO DIERUM ANTIQUORUM, COGITA GENERATIONES SINGULORUM, EX QUO SCILICET CREAVIT DEUS HOMINEM, SIMILITER TERRAM. Sic Sapientiæ cap. XLIIII. LAUDENT, *inquit*, VIROS GLORIOSOS IN GENERATIONE SUA; & a prioribus incipiens ait. ENOCH PLACUIT DEO, ET TRANSLATUS EST. NOE INVENTUS EST PERFECTUS, ET IN TEMPORE IRACUNDIÆ FACTUS EST RECONCILIATIO. Deinde ad Abrahami, Patriarcharum, Judicum, Regum generationes accedit, & fatetur Auctor, se hæc omnia per capitula distinguere, ut clarius pateant, & ita se gerere, dum de Imperatoribus, Pontificibusque loquitur, atque aliis usque ad finem Libri; & *per hunc modum redduntur autentica*. Quare sic ait Hugo Flaviniacensis in sua Historia Ecclesiastica (y). *Illæ res gestæ, quæ nulla Regum, & temporum certitudine commendantur, non pro Historiis recipiuntur, sed inter Arabes fabulas computantur*. Et hac de caussa Paullinus hanc servat distinctionem, & notam Regum, & temporum. Subinde, cum Historia lux sit veritatis, ostendit veritati debere esse innixam, & ideo Auctor subinserit. *Scripta res est*. Fatetur etiam cuncta difficillima prorsus esse, ut non possit homo explicare sermone, & faciendi plures libros nullum esse finem, ideoque ut brevitati consulat, non omnia, sed nobiliora ex omnibus se exscribere. *Hinc ad cautelam futurorum prælio-*

(u) Appellat Paullinus Historiam suam *in satyricam gestarum rerum* &c. quasi exprimere velit historiam miscellam, & per saturam congestam.

(x) Auctor hujus Historiæ scribit se filum Historiæ protrahere usque ad Henrici VII. Imperatoris tempora, ideoque significat, quo tempore in vivis ageret. Constat Henricum VII. Imperium auspicatum esse anno 1309., ac proinde Paullinus inter vivos erat labente Sæculo XIII. eodemque Sæculo, & sub initium sequentis XIV. hanc edidit Historiam.

(y) Hugo Flaviniacensis, ut ex Ovdino discitur Tom. II. pag. 88. ex Monaco Virdunensi S Vitoni Abbas io Burgundia ab anno 1097. scripsit Chronicoo Virdunense a nato Christo usque ad annum 1102. Hoc Chronicon laudat in sua Præfatione Auctor, hocque ex autographo Auctoria publici Juris fecit Labbeus Tom. I. Bibliothecæ novæ MSSorum.

præliorum maxime in historiis Cæsariorum Romanorum bellorum, & aliorum Regnorum ex innumeris Voluminibus electissima tantum collegimus, exemplo illius Johannis omnia de Christo scribentis in fine Evangelii sui. MULTA ALIA FECIT, QUÆ NON SUNT IN LIBRO HOC. &c.

Finis hujus Prologi hic est. *Considerans enim multitudinem librorum, & difficultatem volentibus aggredi narrationem historiarum propter multitudinem rerum, ut facile possint memoriæ commendare, hoc opus juvandi causa suscipimus. Explicit Prologus.* (z)

Deinde *incipit liber. Caput primum de Deo quantum ad productiones intrinsecas*; & hæc rubris characteribus notata sunt, sicut omnium capitum tituli, & particularum. Siquidem Capita in tot particulas dividuntur, ut apparet Codicem perlustranti. Hinc est, quod sexagesima secunda particula, & ultima Codicis titulum habet. *De victoria Constantini contra Maxensium per signum Crucis.* Avulsis postremis foliis miserrime, mancum Codicem optimæ notæ tenet hæc eximia Bibliotheca.

Ast adhuc supersunt alia diligentius in ipso observanda, quæ non sunt parvi pretii. Dum Auctor accedit ad Josephi Historiam paucis, ut assolet, texendam, metrice eam exponit, & Versus sunt num. LXVII.

Primi

(z) Pluribus de caussis, (licet Operis Prologus nigris hic illic maculis sit affectus, & evanescentia habeat litterarum elementa, ut lectu sit difficilis,) non mediocrem dedimus operam, ut sententias legeremus, legitimumque sensum assequeremur. In primis ut intelligatur, qua Methodo utatur Auctor in sua contexenda Historia; quas artis criticæ leges servet; quæ, & quanta ejus eruditio, & uno intuitu materia, & finis operis plenius dignoscatur. Secundo, ut collatione facta saltem cum uno non acephalo ex Codicibus existentibus olim in Bibliotheca S. Crucis Florentiæ, (nunc in præclarissima Mediceo-Laurentiana), dignosci certo queat, num illa Exemplaria cum nostro consentiant. Hoc nos valde dolemus, nostræ Bibliothecæ Codicem mancum esse, cum desinat in Capite inscripto: *Victoria Constantini contra Maxentium per signum Crucis*: nobisque idcirco non permittitur conferre Fragmentum non exiguum excerptum ab uno ex illis Codicibus Florentinis, pag. 168. in Appendice ad vitam Nicolai Papæ IV. a Cl. Hieronymo Rubeo Ravennate elucubratam, quæ nunc primum in lucem producta est ex MS. Vaticano adnotationibus, novisque accessionibus illustrata ab erudito P. M. Joanne Felice Matthæjo Ordinis mei; Pisis MDCCLXI.

Ex inscriptionum discrepantia, quæ in iis, aliisque Manuscriptis occurrit, suspicio pœnes aliquos oritur, an diversi, vel diversorum Auctorum sint opera. Extat siquidem, ut probe noscunt, MS. Codex in Bibliotheca Vaticana num. 1985. ita inscriptus. *Speculum gestorum Mundi* sine Auctoris nomine, cujus Codicis mentionem facit Cl. Montfauconius in Bibliotheca MSS. Tom. I. pag. 105. Eruditissimus Bandinius Tom. IV. Bibliothecæ S. Crucis Plut. XXI. Cod. I. colum. 155. monet, titulum istiusmodi Operis esse: *Speculum, sive Satyrica, vel Historia Miscella rerum gestarum ab initio Mundi usque ad Bonifacium VIII. P. M.* Alia exemplaria ejusdem Bibliothecæ memorantur a doctissimo Patre Sbaralea Ordinis mei, & in supplemento manuscripto *ad Scriptores trium Ordinum S. Francisci* in Paullino Veneto scribit. Extat scamno 18. versus Claustrum num. 608. Codex antiquus in 8. magno hoc titulo. *Incipit nobilium Historiarum Epithoma, tam in Testamento veteri quam in Novo.* Codex iste est mancus. Itidem alii Codices MSS. sine Auctoris nomine reperiuntur, in quorum tamen nonnullis alio charactere etiam antiquo legitur. *Speculum Paulini de gestis Mundi.* Tandem *Paulini Puteolani Historia ab origine Mundi, usque ad annum Christi..... incompleta MS. extat Casenæ in Bibliotheca S. Francisci:* ita Possevinus in fine *Apparatus sacri*. Ex hac igitur diversitate Titulorum inferri ne debet plura hæc esse, & diversa Opera, quæ seu eundem, seu etiam diversos Auctores habuerint? Minime. Unum vel alterum ex laudatis exemplaribus est sine Auctoris nomine. Non negamus. Opus in iis appellatur modo *Speculum*, modo *Epitoma*, modo *Historia*. Id etiam fatemur. At quid inde? Quot sunt MSS. Codices anonymi, quos tamen esse certi Auctoris ex aliis Codicibus deprehenditur? Titulorum vero vocabula illa nonne sinonyma sunt? Quæ igitur dissonantia? Nulla. Quid quod ex ipso Codice historia protrahitur *usque ad Bonifacium octavum*? Is anno 1295. Pontifex fuit inauguratus, & anno 1303. periit. Id autem tempus perbelle fere congruit cum tempore, quo Henricus VII. Imperio potitus est, anno scilicet 1309., ac proinde conformatur inscriptioni nostri Codicis, quæ opus produci indicat usque ad Henricum VII. Ejusdem Operis esse Exemplaria illa, ejusdemque Auctoris Paullini Puteolani posse pronunciari confidimus.

Primi duo. „ Cum natum Jacob prole duodena beasset
„ Alter in his meruit lucifer esse Joseph.

- - - - - - - - - - - - - - - - - - - -

- - - - - - - - - - - - - - - - - - - -

- - - - - - - - - - - - - - - - - - - -

Ultimi duo. „ Latro bonus veniam Christo miserante meretur,
„ Pœnam promeruit in Cruce latro malus.

Sic observandum etiam, ubi de SS. Bartholomæo, & Matthæo Apostolis strictim loquitur, Corpus S. Bartholomæi esse in loco *Calabriæ* scribit, Corpus vero S. Matthæi *Amalphi* jacere monet.

Sæpe numero ad margines brevissima Summaria visuntur earum rerum, de quibus in Textu differitur, quandoque vero iisdem characteribus quædam addita ad clariorem rei gestæ intelligentiam. [a]

Codex

(a) Quæ de hujus Operis Exemplaribus pro re nata diximus plurimi facere videntur ad ea declaranda, quæ etiamnum haud parum obscura vel dubia supersunt. Paucis, quantum fieri potest, singula perstringemus. Colluccius Salutatus in epistola ad Jo. Ferdinandum de Eredia Castellanum Empostæ Satyram Paullini memorat, ut disci potest ex vita Ambrosii Camaldulensis a Cl. viro Laurentio Mehus scripta pagg. 246. 256. & 263. Andreas Dandulus Venetorum Dux in Chronico suo, a Cl. Ludovico Muratorio Tom. XXII. *Scriptorum rerum Italicarum* edito, inter monumenta, quibus utitur, quæque laudat, sæpe numero producit excerpta ex Opere historico cujusdam Paullini Episcopi. An Paullinus Satyræ Auctor a Coluccio nominatus, & Auctor operis historici Paullinus Episcopus a Dandulo nuntiatus, idem sit cum Paullino Puteolano nostro, nunc fas est demonstrare.

Ferdinandus Ughellus Tom. VI. *Italiæ Sacræ*, in Episcopis Puteolanis pag. 279. Paullinum memorat ordine XXVII., natione Venetum ex Minorum S. Francisci Familia, qui anno 1324. Guillelmo Puteolano Episcopo successit; & anno 1344. mortem oppetiit. Wadingus Annal. Fratrum Minorum Tom. III. pag. 292. Paullinum Pœnitentiarium Apostolicum Joannis XXII. tempore extitisse; & pag. 321. ait. *Die 20. Junii Anni* 1324. *propter præclara merita, & præstita Ecclesiæ obsequia Episcopum Puteolanum fuisse renuntiatum*. Jam vero Coluccius Paullini historiam *Satyram* dicit, quæ quidem nomenclatura ita peculiaris est, ut nemini alteri tunc temporis, quod sciamus, conveniat, nisi Paullino nostro, cujus opus eo titulo distinctum novimus in Codice nostro: nempe *Satyram gestarum rerum*. Quotiescumque ostendatur Paullinum hunc nostrum vix alium esse posse, quam illum, quem Ughellus, & Wadingus Puteolanum fuisse Episcopum scripsere, plane consequetur vix alium esse posse ab illo, cujus opus historicum sæpe a Dandulo laudari diximus. Esse vero eundem, qui ab Ughello & Wadingo memoratur, inde colligi potest, quod se Historiæ suæ filum usque ad tempora Henrici VII. produxisse indicet. Cum igitur tempus, quo *Paullinus* noster (quem Puteolanum in Codice vocari videmus) Opus, quo de agimus, scripsit, accurate conveniat cum tempore, quo *Paullinum* quendam creatum fuisse Puteolanum Episcopum prædicti Scriptores testantur, quis non facile inferendum ducat Paullinum, quem hi memorant, eundem esse ac illum, de cujus Opere hic agimus, ac proinde illum etiam, quem Dandulus Episcopum fuisse indicat, & præterea Historiarum Scriptorem? Nullus certe alius per illud tempus reperiri *Paullinus* poterit, qui & Episcopus fuerit, & Historias scripserit. Rerum itaque eventus clare suadent Paullinum Historiographum a Dandulo laudatum esse cum Paullino nostro Puteolano eundem, Codicemque Malatestianum, qui occasionem nobis hæc scribendi præbuit, satis Paullini Episcopatum indigitasse, dum appellat *Puteolanum*. Ita enim vocatus censendus est ratione Episcopatus.

Hunc autem Paullinum natione Venetum fuisse non tantum ex testimonio Ughelli, & ex eruditissima Dissertatione Patris Hieronymi Tartarotii injecta ad calcem vastissimi Operis Rerum Italicarum deprehendimus, verum etiam ex MS. Codice licet imperfecto asservato in Bibliotheca S. Marci, in quo Commentarius extat Fratris Paullini de *recto regimine* ad M. Boduarium Ducem Cretensem, qui anno 1313. Dux renuntiatus fuit; quod Opus, cum in Veneta dialectico, quæ tunc temporis in usu erat, sit exaratum, vix dubitari potest, quin ad Paullinum Venetum spectet. Exemplar ejusdem Operis aliud commemorat Jacobus Philippus Thomasinus in Biblioth. Venet. MSS., Codicemque notat Bibliothecæ S. Antonii, quæ incendio periit. Tandem ex fide cordati Viri, & religiosi Patris Hyacinti Sbaraleæ, qui codices Florentinos perlustravit, & observavit, didicimus Paullinum fuse differere præter morem suæ Historiæ de rebus ad Ordinem nostrum spectantibus; sed & ex fragmento, de quo supra, Nicolai IV. ad appendicem ipsius vitæ, posse conjecturari observavi-

Codex, ut ceteri, membranaceus in fol. majori Sæc. XIV. ineuntis, binis columnis exaratus titulis rubro colore ad capita singula, & particulas, in quas capita distinguuntur, notatis. In hoc Codice illud attendendum est ad omnium foliorum fere extremos margines, imagines cerni calamo pumice trito, ac atramento rudi Minerva elaboratas, quæ præclara facinora, resque gestas commonstrant, quæ iis in locis narrantur tum ad vetus Testamentum ab ipsa mundi creatione spectantes, tum in novo sub ipsis Christi incunabulis. Accedunt etiam, ubi narratio exposcit, imagines Alexandri, Antipatri, aliorumque Successorum, & ad singulas imagines mundi partes, quas armis subegerunt, descriptæ occurrunt. Codex non leve detrimentum est passus, cum paginæ in extremis marginibus sub finem sint corrosæ: salva tamen permanente scriptione: gravius est passus, cum, ut supra diximus, Operis Prologus variis maculis sit affectus: gravissimum tandem, cum plures ipsius extremæ paginæ vel sorficibus, vel quovis alio modo sint recisæ. Non igitur verum est, quod Hieronymus Tartarottius scribit, hanc Historiam Paullini ex Cæsenate nostra in Vaticanam Bibliothecam (b), & multo minus MSS. Codices Bibliothecæ Malatestianæ ferme omnes fuisse in eandem Bibliothecam translatos (c); neque colligi posse videtur, Paullini Historiæ fragmentum non amplius existens in Codice nostro Romam delatum esse, ut opinatur eximius Auctor Historiæ Litterariæ Italiæ Tom. VII. lib. 1. cap. 12. num. 7. not. 9. pag. 346. ita scribens. *Forse alla Vaticana passò quel pezzo, che manca in Cesena*. Imperfectum nostrum Codicem esse, ex animo dolemus, ita ut maximopere optemus, ut quod nostro Codici deest, eidem aliquando ex Florentino Codice exscriptum addatur; idque cum ob alias caussas, tum ob id maxime quia sicuti ex iis quæ in Codice nostro sunt scripta, Auctoris doctrinam eruditionemque cognovimus; ita diligentiori examine Codicem perfectum perlustrando, Satyram Paullini, ut censet Coluccius in epistola supra laudata, non esse inter nugas amandandam dignosceremus.



PLUTEUS

servavimus, Alumnum extitisse Ordinis Minorum. Hinc apparet, cur Exemplaria hujus operis apud Minoritas in suis Bibliothecis asservata sint; & merito Vir Cl. Joannes de Augustinis Tom. II. pag. 301. inter Minoritas Scriptores Venetos Paullinum recenseat. Rem huc plane deduximus, ut nihil quicquam desiderari videatur.

(b) Dissertatione Epistol. de Auctoribus ab Andrea Dandulo laudatis in Cronico Veneto num. 7. pag. 8. apud Muratorium Tom. XXV. *Scriptorum rerum Italicarum*.

(c) Extitisse insignem Bibliothecam Arimini in Conventu S. Francisci, certum prodit documentum Inscriptio illa marmore incisa, quam paulo ante exhibuimus in adnot. d. Cod. 1. hujus Plutei. Hinc, si quod scribit Tartarottius de Bibliotheca Arimini tunc existente intelligatur, locum habet, cum ex Scriptoribus Ariminensibus discamus Codices ejusdem Bibliothecæ fere omnes in Vaticanam Bibliothecam fuisse translatos. Secus si de Malatestiana Cæsenæ Bibliotheca affirmaverit, in qua si non ex integro omnes, (cum aliquos Codices deesse verosimilius conjiciamus) fere omnes ad hujus inclitæ Civitatis præcipuum, æternumque ornamentum adhuc asservantur, diligenterque custodiuntur.

PLUTEUS XII.

CODICES IN EO NUM. VI.

IN I.

L*Aertii Diogenis vitæ, atque sententiæ eorum, qui in Philosophia claruerunt Libri X.* (a)

Succedit Præfatio, quæ non est ejusdem Laertii, quum ea, quam is Operi suo præmisit, atque Ariæ clarissimæ fœminæ Platonis studiosissimæ inscripsit, interciderit, sed est Auctoris Versionis; sola enim Versio est, quæ in hoc Codice occurrit cum hac Epigraphe. *Clarissimo ac optimo Viro Cosmo de Medicis Ambrosius in Domino æternam salutem*. Ut nonnulli in Ambrosii hanc Versionem acriter invehantur, ipsamque Præfationem probris impetant, nihilo tamen minus eam post Ambrosii mortem una cum Versione primum recognovit Benedictus Brognolus, adjectaque etiam sua Epistola ad Laurentium Georgium, & Jacobum Baduarium Patricios Venetos, Viros doctissimos, magnique nominis per Nicolaum Jenson Gallicum Venetiis anno 1475. elegantissimis characteribus edidit in lucem; eademque Versio sæpe ab eo tempore recusa fuit, nempe Norimbergæ anno 1476. 79. & Bononiæ 1495. hancque itidem Præfationem Ambrosii in Diogenem Laertium unam ex illis esse Epistolis, quas cum aliis ejusdem Ambrosii collegit Cl. Edmundus Martenius Tom. III. Veterum Monumentorum pag. 704. nemo nescit. Hæc Ambrosii Præfatio initium habet. *Volventi mihi præclara Græca Volumina venit ad manus Laertii Diogenis de Philosophis prolixum opus, & si Auctori plus in legendo studii, quam in scribendo diligentiæ fuisse, ex ipsa lectione deprehenderam. Quia tamen varia erat Historia, & plurima cognitu necessaria continere videbatur, latinum facere, amicis maxime id fieri orantibus statui*. Desinit in hæc verba. *Plura quidem inserta sunt parum pudice, tum dicta, tum facta, & quæ pudorem exagitem*: (sic): *sed illa quoque non obmitti, & lex interpretandi, & vera suasit ratio. Sed ista satis superius. Tu si qua superflua existimaveris jure tuo resecabis. Vale*. Editiones loco *exagitem* legunt *exagitent*.

Ad librum primum, sicut ad omnes alios continenter pro diverso eorum numero legitur. *Liber primus feliciter incipit; Liber secundus feliciter incipit*. Libri primi est exordium: *Philosophiam a Barbaris initia sumpsisse plerique autumant. Namque apud Persas claruisse Magos. Babiloniis, sive Assiriis ejus regni Principes Caldeos: Gymnosophistas Indis Celtis seu Gallis Truides qui, ut ait Aristoteles in Magico, & Socion in vigesimo & tertio successionis libro, quod divini humaniqua juris peritissimi, ac præterea religioni maxime dediti fuerunt &c*. Finis vero libri decimi. *Quicumque vim non acceperunt, ut se ex iis maxime ad consitendum præparent, quæ sunt propinqua, & finitima; hi etiam ad invicem vivere suavissimam vitam, firmissimam habentes: fidem ac probationem, certissimamque propinquitatem adsumentes lamentis prosecuti non sunt defuncti celeriorem obitum*. His verbis decimum librum Librarius claudit, quæ perquam clare ostendunt Codicem mancum esse. Ipsum evolvimus, ut nobis innotesceret, num Ambrosius græcos versus, quos Laertius

(a) Eruditis plane perspectum est, Scriptores, qui de hoc Opere disseruerunt, variis nominibus illud prætitulasse, atque etiam in variis græcis Exemplaribus diversimode notatum repertum esse. Titulus, quem noster Codex exhibet convenit cum eo, qui occurrit in duobus Regis Galliæ Codicibus græce scriptis, quos laudat elegantissimus Menagius in limine notarum ad Laertium, quibus consonant Editiones Frobenianæ, Stephanicæ, Aldobrandinæ, & Vetstenianæ, quæ hanc præferunt inscriptionem. *Laertii Diogenis de vita, placitis, & acutis dictis clarorum Philosophorum*.

Laertius paſſim operi ſuo interſeruit, latino ſermone, & metro donarit. Franciſcus Philelphus officioſiſſime ab Ambroſio rogatus, ut latine faceret Laertiana carmina, in litteris datis Florentiæ 1433., quaſi Sacramento promiſit, ſe morem voluntati ejus propediem geſturum; at tantum abeſt, ut ſteterit promiſſis, quin potius Ambroſianæ gloriæ invidus hiſce verbis inurbane eum reprehendat.

- - - - Interpres ſi reddere quæque Latina
Nititur Ambroſius, cur non quoque verſibus ornat.

Hoc tamen ferri utcumque poſſet. Illud nemo non vehementer mirabitur, Philelphum hæc ſcribere ad Donatum Acciolum. *Ego Diogenem Laertium cum provime attentus legerem, quæ ille traduxit, inveni errata prope infinita, adeo ut nihil eſſe ineptius, nihil corruptius audeam affirmare; carebam enim Græco Codice, proinde utebar eo latino, in præſentiarum vero etiam ſum nactus Græcum. Si quis vero velit dediſcere legat traductiones Camaldulenſis Ambroſii*. Eo invidia hominem licet doctiſſimum rapuit, quo nemo cogitaſſet. Sed aliter certe judicarunt, qui Lertii opus poſtea ediderunt, & ut acceſſionibus, annotationibuſque locupletatum in manibus hominum verſaretur, curarunt. Ab iis Ambroſii Verſio, utpote minime contemnenda, retenta eſt. Certe Baſileæ anno 1524. ipſius Editio prodiit, in qua *Conradus Heteſbochius collato Codice Græco Mathei Aurogalli quædam correxit, præcipue Epigrammata, & verſus quoſdam ab Ambroſio* (b) *& Brognolo etiam omiſſos latine vertit, & græce itidem adſcripſit*. Editiones Henrici Stephani anno 1570., & 1594. Græco-latinæ ſubjunctam habent ad calcem voluminis Ambroſii verſionem. Aliis omiſſis ſufficiat illa una Amſtelodami curata anno *1697*. typis Henrici Wetſtenii duobus voluminibus. In priori volumine ad fidem Editionis Romanæ Græca Laertii accuratiſſime ſunt excuſa, & a Marco Meibomio Cl. emendata, tum addita latina verſio Ambroſiana ab eodem Meibomio emendata, ac ſuppleta. Jam vero ſi Ambroſii noſtri Verſio ejuſmodi eſſet, ut nil ineptius, nil corruptius, nilque aptius ad dediſcendum haberi deberet, tunc nec minimum quid operis, & ſtudii doctiſſimi Viri impendiſſent ad eam emendandam, ſupplendamque, neque eam recudendam, ſed novam ex integro a ſe faciendam duxiſſent. Sed de Ambroſii Verſione ſatis. Vir fuit, ut doctrina, ita etiam virtutibus eminens, de quibus Jovii locum addere juvat. *Vir fuit, quod raro evenit, ſine oris triſtitia ſanctus, ſemper utique ſuavis, atque ſerenus: ita procul a livore, contentioneque, ut cum Vallæ Poggium reconciliare conaretur, eos neque plane litteratos, neque Chriſtianos videri diceret, qui inducta ſimultate ſacroſanctum litterarum decus probroſis libellis importune defædarent*.

Codex quam ſæpiſſime lacunis hians eſt Sæculi XV. Primi folii bina latera coloribus, auro intermixtis, vividis, atque elegantibus ſplendent cum Inſigni Malateſteo ad extremum. Omnes præterea primæ majuſculæ litteræ in Quadrato locatæ lamellulis aureis, colorumque ſuavitate ſunt illuſtratæ.

I N I I.

Polybii Hiſtoriarum lib. V. (c) Præfatio hujus Operis, ſeu hujus Verſionis [nam

(b) Fabritius ita ſcribit lib. IV. cap. XIX. pag. 604. Aſt Ambroſius in epiſtola ad Coſmum Medicem Verſioni ſuæ præfixa hæc profitetur. *Sane quoniam verſus plurimos, ex diverſi generis tam alienos, tam ſuos Auctor interſeris, quod abhorrere videtur a gravitate hiſtoriæ, illos traducere conſulto omiſi, ita tamen, ut nihil deeſſe ex ſenſu neceſſario ſim paſſus*. Igitur nullos græcos verſus tranſtulit in latinum, & poſt Ambroſii mortem Verſus latini verſioni ipſius additi ſunt, & inſerti, Brognolo curante. Et revera in Codice noſtro verſus latini traducti non apparent, & de hac re Ambroſium Philelphus reprehendit.

(c) Scripſit ΤΕΤΟΡΙΩΝ βιβλία μ' ideſt XXXX. Hiſtoriarum de rebus geſtis toto ferme terrarum orbe, ut teſtatur Polybius ipſe lib. III. cap. IV. ab anno primo Olymp. CXL., & initio belli Punici ſecundi, ubi deſierunt Timæus, & Aratus, Sicyonius teſte ipſo Polybio lib. I. Cap. III. Is Auctor honoribus in Patria, quæ fuit Megalopolis in Arcadia, functus, & legatione ad Ptolomæum Epiphanem; poſtea Romam venit,

[nam solam versionem Codex continet, non græcum Polybii textum] hunc præfert titulum: *Nicolai Perotti in Polybium Historicum Proœmium incipit*, & Præfationis initium Auctor versionis ab his verbis est auspicatus. *Absolvi tandem aliquando delegatum mihi abs te munus, Pontifex Maxime, conversis in latinum sermonem quinque libris Polybii* (d), *qui soli nobis superstites ex amplissima ejus historia remansere &c.* Præfationi finem imponit: *Interea si quando te gubernaculis Ecclesiæ Romanæ ad ocium transtuleris horum quinque voluminum lectione animum oblectabis. Vale.* Subjungitur. *Nicolai Proœmium finit.*

Epigraphe primi libri hæc est. *Ejusdem historiarum Polybii liber primus incipit feliciter ad Nicolaum Quintum Pontificem Maximum.*

Initium primi libri. *Si ab iis, qui res gestas ante nos scripserunt, laudem historiæ prætermissam esse contingeret, fortasse necessarium videretur, ut in nostro Operis initio universos ad suscipiendam, capessendamque historiam hortaremur, quum nulla hominibus facilior ad vitæ institutionem via sit, quam rerum ante gestarum cognitio.* Finis libri quinti: *Verum nos quidem narrationem eorum temporum hoc loco terminabimus: quandoquidem satis ostensum est, quo in statu res Asiaticæ, & Græcæ forent centesima, & quadragesima Olimpiade. Quibus in sequenti libro breviter, ac summatim repetitis: orationem deinceps ad Romanorum Rempublicam, sicuti ab initio statuimus, convertemus.*

Talis tantaque fuit Librarii in hoc Codice diligentia, ut non modo quæ alicubi in contextu omiserat accurate exarata exhibuerit in marginibus, sed præterea certas in contextu notas posuerit, per quas illico, ubi aliquid a se omissum sit, detegatur: quod indicat, ipsum denuo scriptionem suam cum Exemplari sibi proposito contulisse.

Ad Manuscripti finem rubris characteribus scriptum legitur. *Nicolai Perotti liber quintus Historiarum Polybii finit feliciter.* (e)

Codex Sæculo XV. est scriptus, & magnificus, atque lamellulis aureis mirificisque coloribus hic, illic, præsertim ad initiales omnium librorum majusculas litteras ornatus. Prima pagina quoquoversus ad omnia latera figuris, armis, animalculis venustissima est, & in angulo superiore dextro Caput exhibet Principis Malatestæ casside armatum.

IN III.

1. Publii Silii Italici *de Bello Punico* libri XVII. *Titulus libri primi hic est. Publii Silii Italici Consularis Viri* (f) *de secundo bello Punico;* & incipit.

„ Ordior arma quibus cœlo se gloria tollit
„ Eneadum: patiturque ferox œnotria jura
„ Carthago.

nit, initaque familiaritate cum Scipione Juniore, cum ipso Africam petiit. Ipse Carthaginis eversioni interfuit, viditque Corinthum a L. Mummio succensam, qui illam ingenti clade in populi Romani potestatem redegit; & quia scripturus erat Historiam, multa Regna, Provincias multas adiit, Alpes, mariaque trajecit, ne ignoratione locorum in Historia sua peccaret.

(d) Primores dumtaxat Libri V. ex quadraginta ab eo scriptis, perfecti, & integri ad nos pervenerunt, & hi sunt a Doctissimo Nicolao Perotti græcæ linguæ peritissimo in latinum traducti. Quæ alia scripta ejusdem Polybii nomen hodie præferunt, ea non sunt nisi excerpta ex ejus lib. VI., usque ad XVII., & Isaacus Casaubonus suspicatur Epitomen esse, quam ex libris Polybii M. Brutus congessit ultimis suæ vitæ diebus. Nesselius parte V. Catalogi Bibliot. Vidobon. pag. 54. & seq. refert extare in ea excerpta quædam Polybii libri XVIII., & XVIIII. Ita testatur Fabricius Bibl. Græca lib. III. cap. XXX. pag. 775., atque ea inedita esse scribit.

(e) *Exinde Romæ Græcas litteras pertinaci studio* (Perottus) *consectatus, fretusque Bessarione generoso Mecenate, adeo exacte, feliciterque profecit, ut ab eo Polybius gravissimus historiarum Scriptor latinitati donaretur.* Jovius 32. Elog.

(f) Libros Silii Italici, qui ad nos usque pervenerunt, Plinio juniori debemus, qui post ejus mortem Caninio Rufo epistolam dedit, quæ extat lib. III. Epis. 7. Intelligimus ex ea primum Consulatum ab ipso gestum Neronis Imperio anno, quo Nero supremum obiit diem, summaque eundem cum gloria Proconsulis munere in Asia functum. Jacobus Duportus de Silio agens pag. 264. inquit. *Est res rara quidem Poeta Consul.*

Libro XVII. explicit

„ Laudibus ac meritis non concessure Camillo,
„ Nec vero cum te memorat de stirpe Deorum.
„ Prolem Tarpei mentitur Roma tonantis.

In fine libri V. legitur. *Publii (g) Silii Italici de secundo bello Punico liber quintus explicit* Τῷ Θεῷ χάριτας. Ad alios libros deest titulus; relicto tamen spatio sine scriptione ad finem cujusque libri; ex quo, & ex majusculis litteris, quibus reliqui libri initiantur, palam fit in Codice omnes XVII. libros contineri: & sane ad finem omnium hæc sunt. *Finit decimus septimus liber Silii Italici.* (*h*)

2. *Caii Valerii Flacci Balbi Setini Argonauticon* libri IV. (*i*)

Ante primi libri exordium in medio paginæ legitur.

Martialis
Gaudet apona Juno suo tellus
Stellaque nec Flacco minus.

Primus liber incipit. *Prima Deum magnis canimus freta pervia natis*
Fatidicamque ratem: Scithici quæ phasidis oras
Ausa sequi . . . . . .

Liber quartus desinit. . . . . *spargit fuga nullus adepti*
Regis amor montem celeres silvamque capessunt:
Hæc sors: hæc amicum tandem manus arguit ausis. (sic)

Dein legitur. *Finit liber quartus argonauticon.*

Poggio Florentino partem hujus Operis litteraria debet Respublica, teste Vossio pag. 550 de Hist. latina, qui e Codice Laurentii Pignorii hæc excerpsit. *Caii Valerii Flacci Argonauticon. Hoc fragmentum repertum est in Monasterio S. Galli prope Constantiam XX. millibus passuum una cum parte Q. Asconii Pediani. Deus concedat alteri, ut utrumque opus reperiat perfectum, nos, quod potuimus, egimus.*
Poggius Florentinus.

Fragmentum eo in Monasterio repertum continebat libros I. II. III., & partem IV. In Codice nostro libri IV. reperiuntur, etiamsi libri quarti finis non sit, uti in Editionibus: non autem extant libri VII. & VIII. partes ullæ ad Flavium Vespasianum, quas editas ex aliis Codicibus a Viris doctis habemus. Posteriorem octavi libri partem usque ad decimum librum Joannes Baptista Pius Bononiensis supplevit ex quarto libro Apollonii [*l*]; hæc supplementa in Editione Flacci cum

Pii

(g) Prænomen *Publii* in Codice adscribitur *Silio Italico* non tamen in aliis Codicibus, nec in pluribus Editionibus, quæ prænomen exhibent Caii.

(h) Nicolaus Antonius Biblio. Hispao. Vet. lib. 1. eap. 18. sentit Silium Hispanum esse, quod Italica una sit ex Hispaniarum Urbibus. Videsis tamen eruditi Cellarii dissertationem de C. Silio Italico, qua præter alia ostendit extitisse etiam in Italia Civitatem *Italicam* nuncupatam, docetque præterea, si eognomen *Silius* ex alterutra Urbe assumpsisset, futurum fuisse, ut non *Italicus*, sed potius *Italicensis* diceretur. Deinde non leve Cellarii argumentum est, quod Martialis, qui frequenter de Silio loquitur, nusquam vel mioimum indicarit, nationem sibi communem cum *Silio* fuisse.

(i) Setinus e Setia Campaniæ urbe, sed Patavinum fuisse ereditur saltem domicilio. Bini illi versus Martialis in Codice positi id suadent, quia *Apona* Tellus dicitur ab Aponæ fonte Terræ Antenoreæ ex Claudiano, unde a Martiali: *Flaccus, spes, & alumnus Antenorei laris*: vocatur lib. t. Eoig. 77.

(l) Quintilianus lib. X. Cap. 1. *Institutionum Orat.* paucis verbis ostendit, Flaecum apud ipsum in maxima fuisse existimatiooe dum scribit. *Multum in Valerio Flacco nuper amisimus.* Decessit sub Domitiano post annum Christi LXXXVIII. Hoe ipsius Poema absolutum non habemus, seu quia ei finem imponere non potuerit, seu quia postrema ejus pars interciderit. Quia vero hoe in suo Poemate Valerius partim imitandum, partim ex græco transferendum sibi proposuit Poema Apollonii e Rhodo, qui antea in idem argumentum scripserat, hae de eaussa celebris Baptista Pius Bononiensis partem octavi libri ex ipso Apollonio supplevit, addiditque nonum, & decimum, quod postea tot libris distinctum in lucem pluries prodiit.

Pii commentationibus Parisiis anno 1519. in lucem data sunt. De hac Editione conqueritur Nicolaus Heinsius, quod ipsius curator nimis indulsit ingenio, ac conjecturis suis. (m)

Codex est Sæculi XV. Prima ipsius pagina primam Operis litteram variis coloribus aureisque filamentis mirifice ornatam exhibet, una cum Malatestiano Stemmate, & solitis siglis M. N. auro illitis.

I N IV.

Genealogiæ Deorum gentilium ad Hugonem inclitum Jerusalem, & Cypri Regem secundum Joannem Boccaccium de Certaldo liber primus. Hujusmodi est Epigraphe, qua Codex exordium auspicatur.

Accuratissimus rerum Index anteit, quas Boccaccius tractat in his libris XV. *de Genealogia Deorum*, atque in fine omnium Librorum constanter occurrit hæc clausula. *De Genealogia Deorum Gentilium secundum Joannem B. de Certaldo liber primus explicit, incipit secundus*, & quod in aliquibus Codicibus, & Editionibus non observatur, extat in nostro Codice Procemiolum ad omnes libros proludens. Ad libros postea XIV., & XV. legitur. *Incipit liber XIIII. ejusdem feliciter, in quo auctor objurgationibus respondens in hostes poetici nominis invehit – Incipit liber XV., & ultimus, in quo auctor purgat se.* Ad calcem hæc extant. *Genealogia Deorum Gentilium secundum Joannem Boccaccium de Certaldo ad Illustrem Principem Hugonem Jerusalem, & Cypri Regem liber XV., & ultimus explicit. Deo Gratias. Amen.* (n)

Deorum Gentilium Genealogiam postremo excipit *Tabula super Genealogiis Deorum* ordine alphabetico disposita, & ipsa in duas columnas, non minus ac ipsi libri XV. deducta, & exarata cum numerica Librorum accurata indicatione, per quam res monstrantur, de quibus in Opere disseritur. Codex, nisi fallimur, Sæculum non excedit XIV.; estque accurate scriptus, omnique diligentia absolutus; siquidem in eo arabicis numeris non solum libri singuli, verum etiam paginæ quæque notantur, divisusque est in Columnas.

I N V.

1. *Jornandes Getharum Historia ad Castallium.* (o)

I 2 Præfa-

(m) Hocce Poema incredibilibus effert laudibus Gaspar Barthius in Adver. lib. I. cap. XVII. ac si Virgilio palmam eripiat. Ast de hac re satis, ut puto, diximus in Procemio ad hunc secundum librum, & ultimum Catalogi nostri Bibliothecæ Malatestianæ.

(n) Quamvis apud eruditos Christianos Scriptores Boccaccii latina Scripta inoffenso decurrant pede, ut nequitia vix ulla in iis detegatur, quæ in Hetruscis præcipue in opere *Decameri*, sive centum Novellarum reperitur; (quam ob caussam Florentina Operis ejus Editio anno 1573. ad Censuram Tridentini Indicis emendata prodiit) nihilo tamen minus Boccaccius ipse præsentiens invidiam sibi ex hoc Genealogiæ Opere conflari posse, vindicias ejus assumpsit duobus libris, quos supra indicavimus, decimo quarto scilicet, & decimo quinto. Vereri enim poterat, ne hoc Opere gloriæ Religionis nostræ nocuisse potius, quam profuisse. Justus ejusmodi timor postremis his annis animum doctissimi Viri eruditissimique Augustini Antonii Georgi Ordinis Eremit. S. Augustini perstrinxit, dum munus obiret sibi mandatum ferendi judicium de Opere Alexandri Sardii Ferrariensis inscripto *Origines Numinum, & Heroum*, cujus Editio Romæ parabatur anno Jubilei 1775. *Origines* istæ in uno Cimeliarcho Riminaldiæ domus latebant sine ullo defensore adversus aggressores. Ast ubi naviter animum applicuit eruditus, & clarus Hieronymus Ferrius Longianensis in Academia Ferrariensi Eloquentiæ, & Romanarum, Græcarumque antiquitatum Professor ad concinnandum Commentarium de ejusdem Sardii vita, opusque ipsius Sardii illustrandum, & recensendum, ipse Georgius per epistolam ad Ferrium hæc scripsit. *Verum ubi tuum ego de Viri Cl. dignitate, de rebus gestis, deque ejus in litteras omnes meritis Commentarium legi, ac magnum solatium mihi, quod nihil optatius in re præsenti accidere posset, ex te repente natum, oblatumque vidi. Quid quæris? Tuum istum, Ferri, dico librum mihi saluti fuisse. Ille enim, ut Tullii tui utar verbis, & nova quidem multa, & eam attulit utilitatem, quam requirebam.*

(o) Sigebertus Geographus Ravennas, & Honorius Scholasticus appellant *Jordanem* gente Gothum, qui postea Catholicæ religioni nomen dedit, & scripsit circa annum Christi 552.

Præfatio hoc titulo indicatur *Gepidarum*, ita legit Codex, *Gesta ad Castallium*. Incipit. *Volentem me parvo subvectu navigii oram tranquilli littoris stringere, & minutos priscorum ut quidam ait stagnis pisciculos legere in altum, Frater Castalli, laxari vela compellis, relictoque opusculo, quod intra manus habeo, idest de abbreviatione cronicorum suades, ut nostris verbis XII. Senatoris volumina de origine, ac ritibus getharum ab olim, & usque nunc per generationes, regesque descendente in uno, & hoc parvo libello coarctem*. Ita Codex. Editiones: *coarctarem*. Definit. *Quare sine contumelia quod euegisti suscipiens libens, libentissime lege. Et si quid parum dictum est, & tu ut vicinus commemores. Adde orans pro me frater carissime: Dominus tecum*.

In fine hujus Operis hæc rubris characteribus scripta occurrunt. *Explicit de antiquitate Getharum actibusque eorum, quos devicit Justinianus per fidelem Reipublicæ Bellisarium Consulem. Laus Deo. Amen*. (p)

2. *Pauli Diaconi Longobardorum Historia*. Dein libri I. titulus characteribus rubris exaratus. *Incipit liber primus de Historia Longobardorum*. (q)

Libris VI. constat, & quod fere sollemne est omnibus hujus Bibliothecæ Codicibus, in eo nec Periodorum partes commatibus secernuntur, neque earum incisa, sed intermediis tantum punctis vel simplicibus, vel iteratis.

In fine Operis legitur. *Explicit liber sextus & ultimus Historiæ Longobardorum. Scriptus per me Jacobum Pergulitanum pro magnifico & potenti Domino Domino Malatesta Novello de Malatestis, & completus die 3. Januarii MCCCCLIIII.*

IN VI.

1. *Somnium Scipionis Publii Africani junioris excerptum ex VI. libro de Republica Marci Tullii Ciceronis, super quos Ambrosius Macrobius fuit commentatus*.

Epigraphe est eximii hujus Operis. *Commentarium in Somnium Scipionis*. (r)

In prima ejus pagina legitur. *Macrobius onirocrites, hoc est somniorum judex, vel interpres commentatus est in Scipionis apocalypsi*. Hoc est Procemii initium: Finis autem ipsius. *Unde Macrobius dictus est, quasi Macros bios, quod latine sonat longa via utpote de Cœlo ad terram. Qui & Ambrosius dictus est a Deorum cibis,* non

(p) Hanc Epitomen gentis suæ, sive a Gothorum origine elucubravit, & produxit ad victoriam usque reportatam a Bellisario adversus Vitigem Regem. Merito in sua Præfatione fatetur hoc Opus abbrevationem Chronicorum esse, contractam scilicet ex *Opere dodecabiblico Cassiodori de origine, actuque Getarum*.

(q) Paullo Diacono Warnefredi Filio, qui vixit, & floruit Caroli Magni ætate, nonnulli in primis ex Eruditis tribuunt Epitomen fragmentorum Sexti Pompei Festi, cujus Operis Editionem vetustioribus accuratiorem, & doctis animadversionibus instructam Venetiis anno 1560. Antonius Augustinus Ilerdensis Episcopus curavit, in qua ea, quæ Paulli censentur, & quæ Festi, nota in margine locata distinguuntur, eisque Verrii Flacci fragmenta præmittuntur cum epistola ejusdem Paulli ad Carolum M. Imperatorem. Deinde libros quosdam ejusdem Paulli habemus *Eutropii* Breviario ab eo additos, qui & ipsum præterea Eutropium plurimis locis interpolavit. Itaque in Historis illa, quæ *Miscella* dicitur priores Libri ex Eutropio quidem sumpti sunt, sed cum Paulli interpolationibus, eosque sequuntur quattuor libri a Paullo nostro ex integro facti, & Eutropianis adjecti; quos deinde Paulli libros alii excipiunt a Landulpho Sagace compositi; propter hos postremos Historia illa ad annum Christi 806. perducitur. Non desunt tamen, qui, quos Eutropio additos a Paullo nostro libros diximus, genuinos esse Paulli fœtus negent, in his *Molerus* in Dissertatione quadam de *Paullo Diacono*. Ut autem in Codice nostro liber Jordanis *de rebus Geticis*, & libri sex Paulli de *gestis Longobardorum* simul reperiuntur, ita simul prodierunt Augustæ Vindelinorum anno 1515. apud Joannem Miller. Immo Grotiana rerum Gothicarum Silloge post Jordanis librum, & Cronicon Isidori Hispallensis producit sex libros Diaconi Forojuliensis *de gestis Longobardorum*, in quibus desinit. Si tempus mihi suppeteret, naviter evolverem ex sententia Codicem, cum inter legendum aliqua observatu digna iis in libris extare mihi videantur.

(r) Honorii, & Theodosii Junioris temporibus Vir iste Consularis, & illustris floruit, sacrique Cubiculi Præfectus. Quæ fuerit ejus Patria, & quæ ejus Religio non constat. Malim Spanhemio assentiri, dub. Evangel. Tom. I. pag. 133. Ethnicum fuisse. Hærent ambigui Grotius, & Huetius.

non multum distans eloquio ab Ambrosio Mediolanensi Episcopo. Qui in multis auctor fuit in scribendo hoc libello. Sed errat is Procemii Auctor dum Macrobii nomen, quod græcum esse nemo nescit, longam viam indicare putat: immo enim indicat longam vitam. Hocce in Procemio demonstratur ipsius Auctorem scripsisse ad Eustachium Filium suum de natura animæ vitiisque ac virtutibus; de diversitate ac nominibus somniorum; nec non de natura numerorum, & divisione; de syderibus quoque ac stellis; de numero, & magnitudine Cœli, & terræ; de magnitudine, & defectu, nec non & cursu Solis, & Lunæ; de VII. Planetis, & harmonia Cœli.

Ad calcem Operis. *Explicit liber de sompnio Scipionis.*

Codex hic Icones observatu haud inutiles in utraque primi folii parte, tam antica, quam postica non inculte delineatas exhibet. Sphæra quædam armillaris in plano in primis depicta cernitur, in qua extant spheræ cælestes, & orbita, tum in medio Terra, deinde imago Regis ad modum orantis, gratiasque Deo agentis, & capite coronam auream gestantis; imago item Scipionis. Supra utrorumque capita hæc scripta leguntur.

Hic loquitur Rex, & Scipio tota die una.

Ad posticam ejusdem paginæ faciem tribus columellis initio hæc observantur.

„ Publius Cornelius	„. Lucius Cornelius Scipio	„. Paulus Scipio
„ Scipio Africanus	„. Junior dictus Nu-	„. Pater Publii
„ Avus Publii Scipionis.	„. mantinus	

Ad margines parvæ expositiones.

Postea supremi Numinis descriptio. Romæ. Carthaginis. Dein sphæra Lunæ, sphæra Mercurii &c. tum Terra. Supra terræ Circulos tres sunt hominum Icones curiosæ, & pariter binæ ad utrumque latus curiosissime vestibus ornatæ.

In fine Scipionis imago in lectulo dormientis; & hinc ad latus dextrum coloribus auroque perpolitum hæc sunt. *Somnium proprium. alienum. Comune. Publicum. Generale.* Ad sinistrum vero legitur. *Dormiens Scipio rapitur ad Cœlum, pulcherrimamque somniat visionem. Scias, quod secundum Macrobium reperitur somnium. visio. oraculum. in somnium, & visum vel phantasma; per prima tria ad ingenium divinationis instruimur: alia vero duo nihil significant &c.* deinde breviter exponitur, quomodo somnium ingeritur.

2. Titulus est rubris characteribus exaratus. *Liber Francisci Petrarcæ Laureati.*

Incipit. *Si Homerum scriptorem Troici belli eatenus, qua Illiadem suam incipit quaque finit percenseamus orsum ab iracundia Achillis ad sepulturam Hectoris, quattuor, & viginti libros contexuisse monstrabimus.*

Desinit in hæc verba. *Verum gliscentibus odiis, & ad majores seditiones tumultu spectante eu sententia Jovis in Ytacham Minerva descendit, & conciliata utrinque pace studia, & motu partium rerum gestarum oblivione componit.*

Post primum argumentum Distichon succedit, & ad singula argumenta hujus opusculi. Argumenta hæc nihil aliud sunt, nisi *Periochæ* illæ in Illiadem Homeri, quæ in aliis Codicibus *Ausonio*, in nostro *Francisco Petrarchæ* tribuuntur. Inter Ausonii Opera a viris doctis ad hanc diem editæ fuerunt. [a]

3. *Colucci Pierii Cancellarii Florentini declamatio.*

Argumentum. *Lucretia Spurii Lucretii Filia, & Collatini Tarquinii uxor a Sexto Tarquinio Regis Tarquinii Filio per vim cognita, consentiente solum infamiæ*

(a) Multis ab hinc annis per litteras monui Cl. Lamium Florentinum, in Codice quodam Bibliothecæ nostræ opusculum reperiri aliis adsutum, quod defert nomen Francisci Petrarchæ laureati, continetque argumenta in Homeri Iliadem. Humanissime respondit, difficultates in medio proferendo, esse non posse genuinum Petrarchæ fœtum. Ab his nunc supersedemus, nam opportunior alibi locus erit ad eas exhibendas.

miæ metu, ne Tarquinius ficut minabatur fibi occifæ fervum jugulatum in lecto fociaret, vocans ad fe patrem, & virum eis narrat, ultionem in jure promitti facit, & demum vult fe occidere. Vetant Pater, & conjux.

Prima pars Declamationis.

Noli te afflictare Lucretia. Satis maximum teftimonium dedifti te adulterio non confenfiffe tibique vim illatam, quam pœnam ejus expectes, quæ ultro, quam celare poteras accufes?

Definit his verbis. *Si te occidis, culpam, qua cares, quamve fugis, incurris; nufquam putabitur innocens, qui fe nocentium fupplitio affecit.*

Altera pars Declamationis.

Incipit. *Nolite me, Pater Sanctiffime, tuque luce quondam mihi carior Conjux mori prohibere; nifi me occidero numquam fides erit, me potius infamiam vitare voluiffe, quam mortem.*

Definit. *Nulli Romanæ mulieri detur in exemplum Lucretia. Ut fibi perfuadeant impudicis licitam effe vitam.* (t)

Declamatio Avogarii de Orglano Vicentino.
Lefæ majeftatis fit actio. Argumentum.

Confpirationem adverfus Anguiferum Cæfarem virtutum Comitem, cujus leges fponte fubiverat, fecit ingrata Verona, ejufque plebs furibunda Citadellam rebellanter invadit. Hucque cum militari copia generofus Ugulotus Plancardus parmenfis adveniens Citadellam tutatur, & ipfam recuperat Civitatem, proque fceleris ultione primorum Civium prædam cuique armigerorum licere decrevit, pariter & edixit.

Contradicit fupplex Verona.

Initium eft. *Miferandas preces meas! Magnanime Ugo patienter exaudi. Diro namque feralium ftridore tubarum ita dirigui, ut labantia genua vix me periclitanter fuftineant &c.*

Finis. *Tua enim Numina fupplex adoro, ut confilium revoces initum, & eum populo meo Auguftiffime Princeps incolumen reftitue. Sub cujus umbra gratiffima permanens fceleratorum rebellium vindictam felix afpiciam.*

Altera pars Declamationis.

Initium ejus eft. *Potuiffent fletus tui meum pectus aliquo pietatis radio permulcere querulifque lacrymis tuis poteram fortaffe mifereri, Urbs florentiffima quondam &c.*

Finis ejufmodi. *Proinde bellorum, o Socii, ruite in prædam: execrabilis populi*

(t) Collutius inter reftauratores humaniorum, optimarumque litterarum cum Petrarcha, Gafparino Bergomenfi, Leonardo Aretino eft celebrandus. Fuit Urbano V., & Gregorio XI. ab epiftolis, deceffitque anno 1406. Multa fcripfit Opera, quorum catalogus exhibetur in primo Tomo ex duobus, qui Epiftolas hujus doctiffimi Viri continent editas Florentiæ 1741. & 1742. Inter ea opera cenfetur etiam liber *Declamationum*. Declamatio tamen hæc noftri Codicis non ita paffim eft obvia. Diximus *Declamatio hæc*, cum una talis fit duas in partes divifa, licet non ignoremus, aliquos, duas effe Declamationes, exiftimare. De hac loquitur Cl. Laurentius Mehus in vita Ambrofii pag. 302., & quod fciamus, extat in Codice cartaceo Bibliot. Mediceo-Lauren., & in Bibliotheca Ambrofiana Mediolan.

puli vindicate sevitiam. In hos pacis turbatores mortem euercete cruentam. Rebellium spolia optima referte: hosque quam primum facitote, ut vulgata sceleratissimæ Urbis vindicta utile sit exemplum.

Urbis Romæ ad Veronæ consolationem
Introductio Avogarii de Orglano Vicentino
Roma loquitur ad Veronam.

Incipit. *Universo quamvis terrarum Orbi quondam imperans usque fere ad eutremi flatus euitum attenuata mea sit auctoritas. Quamquam Romanæ potentiæ debilitata sit mirabilis magnitudo. Attamen Romani spiritus magnanimitas non me deseruit &c.*

Definit in hæc Verba. *Qualiacumque autem dixerim non nisi e cumulato verissime caritatis fonte autumes derivasse. Rursus vale, & varios humanæ vitæ cautius solito circumspice casus. recidivus namque acriter nocere solet morbus. Et me, si quid in me non est extinctum, utere jure tuo.* (u)

Insuper „ Ad spectabilem generosumque militem D. Corradum
„ De carreto ex Savoniensium Marchionibus Alexandriæ
„ Honoribus præstantem, atque consiliarium magnifici
„ Domini Comitis Blandratæ &c. Avi Matthæi de Aureliano
„ Vicentino præfati M. D. Comitis Cancellarii
„ Lugubris Epistola.

Epistolæ hoc est exordium. *Infelicissimum, amarissimumque mibi casum spectabilis, ac generose miles vestri euigente, imo urgente caritate vobis referare compellor. Siquidem Avogarium filium meum prædilectissimum in Janua pro ducali dominio Venetianorum legationis officio fungeretur. Illic die* XXV. *Mensis Junii proxime lapsi: heu moustrum horrendum! pestilens mibi morbus eripuit. Verumque cor gladio doloris afflictum gerere debeam &c.*

Finis vero. *Inevitabili fati leges, quas plerique necessitudines appellant usque adeo res humanas cum earum conditione subjectas, ut nihil incertius vita sit, morte vero nihil certius, apud quam nulla ordinis observatio, nulla precis concussio, nulla votorum euauditio, & demum nulla personarum euceptio reperitur. Sic est enim rerum Creator Omnipotens Deus ab æterno suum immutabile, inevitabileque præfixit omni euinde remota appellatione Judicium.*

Data Alexandriæ XX. *Julii* MCCCCVI.

Sequitur supplex libellus Anonymi ad Imperatorem pro Florentinis adversus Romanum Pontificem.

Incipit.

(u) Nullas Avogarii de Orglano Vicentini Opellas typis impressas adhuc vidimus, immo ne nomen quidem ejus vidimus in Historiis Virorum, qui in litteris excelluerunt; & quod caput est, apud Scriptores de rebus ad Vicetiam spectantibus, deque eruditis ejus Urbis Viris altum est de Avogario silentium, neque in ullis etiam (quod sciamus) Bibliothecarum Indicibus mentio ipsius fit. Heic solum reperimus, & ex iis, quæ in Codice extant, constans est nobis ipsum floruisse Sæculo XIV., eodemque anno diem ultimum obiisse, quo Colutius Pierius, de quo supra, e vita migravit anno scilicet 1406. Siquidem ex epistola Matthæi de Aureliano intelligimus, Avogarium morbo pestilenti e vivis ereptum die XXV. Mensis Junii; & epistolam Alexandriæ scriptam XX. Julii eodem anno MCCCCVI. Virum extitisse in rerum agendarum negotiis prudentem, solertemque dignoscitur, dum pro Veneta Republica apud Januenses legationis munere est functus. Rhetoricæ etiam artis peritissimum fuisse ex ejus Declamationibus in tam maxima rerum perturbatione, & Veronensis Civitatis discrimine perspicuum est. Hactenus, quæ de eo certo nobis innotescunt, si Deus dederit, ut lectione quidquam aliud discamus, id tum promemus, cum quædam ejus Opuscula in calce hujus Tomi dabimus.

Incipit. *Serenissime, atque mitissime Princeps. Decet regiam magnitudinem utpote in altissimarum rerum humanarum speculum sublimatam nedum, quæ intra Regni corpus aguntur cognoscere, sed etiam quæ per universum Orbem occurrunt nullatenus ignorare &c.*

Desinit in hæc verba: *Serenitati vestræ humiliter supplicamus, quatenus justitiam nobis ante oculos proponentes nos, & mercatores nostros, quos non justitia, sed turbatio Summi Pontificis contra omne jus divinum & humanum afficit, & affecit in sinu vestræ Clementiæ dignemini favorabiliter, & benigne suscipere commendatos. Majestatem vestram exaltet, & conservet Altissimus Christus Regnorum custos cum gloriosis Successoribus, & sublimitatis vestræ felicibus incrementis.* (u)

Florentiæ V. Novembris. Amen.

Deinde M. T. Ciceronis *de Optimo Oratore, & de Academicis.*

Tandem post duas paginas sine ulla scriptione occurrit Carmen Leoninum de Excidio Trojæ incerti Auctoris.

Primi quattuor versus sunt.

„ Pergama flere volo fato Danaum data solo
„ Solo capta dolo capta redacta solo.
„ Viribus. arte. minis. Danaum data Troja ruinis
„ Annis bis quinis. fit rogus atque cinis.

- - - - - - - - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - - - - - -

Ultimi versus.

„ Romaque turrigerum caput effert maxima rerum
„ Tam dono superum, quam studiis Procerum
„ Sic ex Enea crescunt Romana trophea
„ Sic gens Romulea surgit ab Hectorea

Versus hujus Carminis numero sunt centum viginti sex, & in fine legitur:
Expliciunt Carmina de destructione Trojæ.

Opera, quæ in hoc codice habentur non eodem omnia Sæculo scripta sunt. Priora duo opuscula sunt Sæculi XIV., eaque binis columnis exarata; reliquæ vero recentiore manu scripta Sæculo XV. Periochas Homericas, de quibus supradixi, opus esse Petrarchæ nemini antea in mentem venerat, ut suspicaretur. Aliquantulum angor, me non jam pridem Virum natione Gallum diutius allocutum esse, & quidem doctum, dum longo suscepto itinere se ad perlustrandam nostram Bibliothecam contulit. Is enim cum sub oculos ipsi ponerem Argumenta in Iliadem Homeri Francisci Petrarchæ nomine inscripta absque ulla mora respondit: Aliud exemplar cum eadem inscriptione haberi in Regia Bibliotheca. Tunc, quia horis tantum subsecivis dabam operam lectioni horum Codicum, neque animo reputabam futurum, ut aliquando grave hoc onus conficiendi Catalogi hujus Bibliothecæ, illudque in publicum proferendi aggrederer, dictum excepi; nec quicquam aliud quæsivi. Si ei fides est, aliud possidet exemplar illa ditissima & celeberrima Bibliotheca huic nostro persimile.

PLUTEUS

(x) Supplex libellus Anonymi ad Imperatorem adversus Romanam Sedem non est nisi Collutii Salutati, qui hac Apologia pro Florentinis ferme ad omnes Principes transmissa querelas, contentionesque diras excitavit adversus Gregorium XI., atque Romam ipsam. Hinc Florentinos Imperatoris Caroli IV. potissimum auctoritate, ac potentia fretos, nolentes exhortationibus rationibusque Summi Pontificis aquiescere, contumacioresque effectos Gregorius XI., ut scribit Raynaldus anno 1376. §. 1. & 6. perduelles, & contumaces addixit anathemati.

PLUTEUS XIII.

CODICES IN EO NUM. V.

IN I.

T*Iti Livii Hiſtoriarum Romanarum ab Urbe condita libri X.*

Præſtantiſſimi hujus Hiſtorici Procemium in Editionibus indiſtinctum eſt ab ipſo Libro; ſecus tamen in noſtro Codice. In medio paginæ ſupremo. *Liber primus ab Urbe condita, & ad ipſius Libri finem. Titi Livii Patavini* (a) *Liber Hiſtoriarum ab urbe condita explicit primus: incipit ejuſdem liber ſecundus feliciter.* Omnium librorum tituli, & quæ ad eorum finem notantur, rubris coloribus ſunt exarata. In aliquibus locis, uti in libro ſecundo, loco *Patavini* legitur *Viri Clariſſimi.*

In fine. *Titi Livii Patavini ab Urbe condita liber decimus, & ultimus feliciter explicit. Scriptus per me Jacobum Pergulitanum, & completus die XIII. Menſis Novembris MCCCCLIII. pro Magnifico, & Potenti Domino D. Malateſta Novello de Malateſtis.*

Codex egregius nullis hiat lacunis, ad margines res indicantur, de quibus in Textu eſt ſermo ad faciliorem lectionem; & nonnulla in marginibus obſervantur emendata. Membranæ ipſæ, ex quibus eſt compactus Codex, perpolitæ, levigatæ, & peregrinum in modum candidæ. Ad Operis initium Titi Livii effigies belle depicta, cum barba, oculiſque vivacioribus, cum caputio in capite.

IN II.

Ejuſdem Livii *de bello Punico* libri X. Epigraphe eſt ejuſmodi. *Titi Livii Patavini de ſecundo bello Punico liber primus incipit feliciter.* Primæ omnium Librorum majuſculæ litteræ in Quadrato locatæ venuſte auro, coloribus permixtæ, delectatione oculos afficiunt.

In fine. *Titi Livii Patavini celeberrimi Hiſtorici de ſecundo bello Punico liber decimus, & ultimus explicit feliciter.*

Scriptus per me Jacobum Pergulitanum pro Magnifico, & Potenti Domino D. Malateſta Novello de Malateſtis & perfectus die XII. Junii Milleſimo CCCCLVIII. Cæſenæ &c. Laus Deo in ſæcula ſæculorum. Amen.

IN III.

Ejuſdem *de Bello Macedonico libri IX.* Novem in Codice exſcripti ſunt libri, & ideo unus ex decem qui de Bello ſcripti a Livio fuerant, hoc eſt liber tertius deeſt. At ad finem ſecundi libri in margine legitur: *Summa libri tertii hæc eſt:* & ibi Summarium quoddam libro illi ſecundo conſociatum ſubjicitur.

Inſcriptio libri V. præter uſitatum modum aliorum hæc eſt. *Incipit liber quintus de Bello adverſus Etbolos, & Antiocum Aſiæ Regem.* Similiter ad librum ſextum *de bello contra Antiocbum regem de Bello Macedonico.*

 In fine

(a) An Livius Patavii natus ſit, an potius Apani, ſive Abani, qui Vicus eſt agri Patavini Eruditi certant, neque ita facile erit rem hanc definire. Sed ſive diem habuerit natalem Patavii ſive Abani *Patavinus* merito poteſt appellari, non ſecus ac Petrus de Abano, qui multa Opera ſcripſit, & ut monuimus Tom. I. Bibliothecæ Malateſtianæ Plut. XXV. adnot. e. pag. 89. in Codice Bibliothecæ Regis Galliæ opus extat, cujus eſt titulus. *Liber Compilationis phyſonomiæ a Petro de Padua in Civitate Pariſienſi.* Pluribus Jacobus Philippus Thomaſinus in Titi Livii vita Patavii edita 1630. celebrat ſepulcrum Livii quod ibi extitiſſe putat ob Inſcriptionem circa annum 1342. in Monaſterio S. Juſtinæ inventam, quam refert Tiraboſchius Tom. I. *Storia della letteratura Italiana* par. III. lib. III. pag. 227., cum tamen Marquardus Gudius V. C. dum Patavii fuit, obſervavit monumentum illud non eſſe *Titi Livii*, ſed *T. Livii Halis Liberti Liviæ.*

In fine. *Titi Livii Patavini celeberrimi Historici de bello Macedonico, & aliis gestis Romanorum liber decimus, & ultimus explicit feliciter.* (b)

Codex diligenter scriptus, in quo numeris arithmeticis notantur paginæ, omnesque sunt numero 181., similiter adnotatur dies, mensis, & Annus, quo scriptus est: scilicet die V. Julii anno 1449.

IN IV.

Strabonis Cappadocis *de situ orbis, terræque descriptione Libri XVII.*

Istiusmodi græci Operis versio e græco in latinum est Cl. Viri Guarini Veronensis, cum in fine legatur. *Strabonis de situ orbis, terræque descriptione liber decimus septimus a Guarino Veronensi in latinam conversus linguam.* Ne autem suspicio vel levis subeat, ultimum solummodo librum Latio donasse Guarinum, præter quamquod totum hoc opus in latinum traduxisse testetur Vossius pag. 585. de Hist. latinis, ubi ipsum æmulatione æqualem facit Gregorio Tifernati. Codex ipse hujus Traductoris meminit aliis in locis, & facta collatione cum Editione Veneta 1480. mirifice cum ea quadrat.

In postica primi folii facie hæc scripta esse videmus. *Strabonis Cappadocis, seu gnoscii* [c], *vel Amaseni* (d) *Scriptoris celeberrimi de situ orbis liber primus.* Libro primo Strabonis hæc insunt capita.

1. *Summatim extra Philosophiam non est ipsa de situ orbis tractatio, quamvis utilis & qui auctores attigerunt de ipsa geographia.*
2. *Quod Homerus passim suo in carmine Orbis descriptione sit usus, cui & Oceanus sit cognitus, & Mare Miditerraneum.*
3. *Alios post Homerum auctores fuisse de situ orbis scribentes, scilicet locorum cogni-*

(b) Titum Livium Romanam Historiam exorsum esse ab Urbe condita, & ad bellum usque Germanicum, mortemque Drusi esse persecutum, hoc est ad annum DCCLIV., hancque contexuisse in CXLII. libros distinctam Eruditi fere omnes consentiunt; hinc Sigonius, qui in MS. Codice vacuum intervallum esse observavit duorum librorum CXXXVI., & CXXXVII. (Epitome illorum desiderabantur) Petrarchæ assentitur testanti non CXL., sed CXLII. libros a Livio confectos fuisse. Vide Tomum III. Editionis Gronovianæ pag. 1076. Hodie plures extant, quam XXXV.; aliorum, qui interciderunt Epitomas habemus, quas scriptas esse a L. Annæo Floro communiter existimatur, licet a vero pœnitus alienum non sit, ut sentit Dionysius Gothofredus, Livium ipsum, ut apud veteres in more positum erat, Epitomas veluti indices suis libris præfixisse: Manca igitur in nostris Codicibus, cum in iis XXIX. sit librorum collectio, & ita sunt distributi, ac si in tres Decades fuissent ordinati; quod sane alienum est ab ipso magni Operis Auctore, qui numquam ita partiri voluit, unde merito Franciscus Petrarcha in epist. ad Boccaccium ait: *ignavia legentium scidit.* Attendendum tamen est nostros Codices multum conformes esse principi Editioni Romanæ, quæ prodiit anno 1470. curante Joanne Andrea Aleriensi Episcopo ex Codice Victorini Feltrensis, in quo tantummodo XXIX. Libri habentur. Quæ scribit Hieronymus in Epist. ad Paulinum lubet addere. *Ad Titum Livium lacteo eloquentiæ fonte manantem de ultimis Hispaniæ Galliæque finibus quosdam venire nobiles legimus; & quos ad contemplationem sui Roma non traxit, unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus Sæculis celebrandumque miraculum, ut tantam Urbem ingressi, aliud extra Urbem quærerent.*

(c) Nobile suum genus Strabo duxit a Cretæ Civitate, dicta *Gnossos*, ideoque *Gnossius* dictus. Error non est Librarii, dum scribit litt. G. *Gnoscii*; licet Virgilius dicat littera C. *Cnosia Regna*. Nam lib. VI. Æneid. ait: *Cnossius hæc Rhadamanthus habet*. Rhadamanthus Regis Minois Frater Cretensis erat. Sic etiam legitur *Gnossia* tellus Ariadnæ, & stellarum corona, quæ Ariadnæ data fuit, & nunc Constellatio appellatur, *Gnossia* dicitur. Idem ergo significat *Gnossia* & *Cnossia*, & tam littera G., quam C. scribi potest.

(d) *Amasea* patria fuit ipsius Strabonis, quæ Civitas Cappadociæ, sive Ponti est, unde a Josepho, & aliis *Cappadox* dicitur. Vide Casaubonum Præfatione de Strabone, & ejus scriptis, & præcipue Xylandri eruditam Præfationem in Strabonem teste Fabricio lib. IV. Bibliothecæ Græcæ cap. 1. pag. 3. Argumenta subinde, quæ a Francisco Patricio producuntur ad demonstrandum non Strabonem, sed Stratonem auctorem fuisse hujus Geographiæ, facile eluduntur, cum consensus tot veterum Scriptorum, qui hoc opus Straboni adscribunt, & copia MSS. Codicum, quibus fides habenda est, rem faciant indubiam.

cognitio, & præsertim, quod publice perutilis sit ad peritiam, & ad prudentiam comparandam, & quæ necessaria sint discere ad illam.

4. *Auctorem ipsum non esse accusandum, si de his scribat, de quibus alii priores, cum posteriores multa ad notitiam pervenerint, quæ prioribus erant ignota.*

5. *Contra Eratosthenem de Poetis male sentientem, & laus magna Poeticæ, & præcipue de poesi Homeri, quam varia sit utilitas, quanta locorum notitia, & ventorum.*

Plura persequi non ducimus, cum ex his præcipue dignoscamus esse argumenta strictim earum rerum, quarum sit descriptio, quæque argumenta, ut observavimus præcedunt libros omnes XVII., quandoque in Codice argumenta, sive capita libri, vel voluminis appellantur.

Initium primi libri ita se habet. *Si ad Philosophiam pertineat illa tractatio, & hanc quam hoc tempore de situ orbis deligimus considerandam illi esse putamus &c.*

In fine libri primi hæc leguntur. *Explicit liber primus Strabonis de situ orbis, sive de geographia:* deinde rubris characteribus: *Commentario secundo hæc insunt.*

Præponens ad verbum Eratosthenis dicta dijudicat, & arguit quæcumque non recte dicta, vel divisa, vel descripta sunt.

Complura Hiparchi meminit reprehendens.

In fine præcisa expositio, & quodammodo sub unum aspectum tractatus universus de orbis situ seu cognitione geographica.

Dein *incipit liber secundus*, quo completo legitur. *Liber secundus Strabonis explicit; incipit tertius de situ orbis.*

In tertio Commentario continetur orbis in partes divisio, & universæ Hispaniæ regio ab Herculis columnis usque ad Pyrenæum montem: atque in isto libro describitur Hispaniæ situs, ingenium: & ita deinceps ad initium aliorum Librorum, & ad finem, ita ut ad principium libri semper legatur: *In quarto Commentario, in quinto, in sexto &c., in quo hæc sunt capita.*

Finis postea libri XVII. est. *Ceterum in Cesariana portione & reges, & in potentatu consistentes Principes, & Decuriones, & hoc tempore, & superioribus annis sunt, semperque fuerunt.* (e)

Ad Codicis margines res præcipuæ, de quibus in Opere differitur, indicantur.

Codex est elegantissimus, membrana perpolita, & plane levigata constans, nitidisque characteribus, nec non majusculis litteris initialibus ad omnes libros egregie coloratis exaratus. Prima vero pagina tribus suis marginibus auro, minio, coloribus suavitate quadam permixtis magnam Codici venustatem addit ad cujus paginæ limbum primo duæ siglæ M. N., dein Malatestianum Insigne *Craticula* circumornata lamellulis aureis, & floribus. Ad cujus finem legitur. Absolutus est anno Christi MCCCCLV. tertio Idus Julias. Ferrariæ: & postea Cæsenæ a me transcriptus Andrea Catrinello Genuense pro Magnifico Domino D. Malatesta Novello de Malatestis MCCCCLVI. Kalendas Julias.

I N V.

1. Sallustii de *Conjuratione Catilinæ*. Ad libri initium hæc inscriptio. *Caii Crispi Sallustii* (f) *de conjuratione Catilinæ liber incipit feliciter*: & ad ipsius finem. *Caii Crispi Sallustii de conjuratione Catilinæ liber explicit.*

K 2   2. Ejus-

(e) Utcumque Cl. Guarinus Veronensis sive æmulatione æqualis Gregorio, sive Nicolai V. jussu (ut Gesnerus in Bibliotheca) transtulerit ea, quæ scripsit Strabo de Europa, & Gregorius verterit, quæ ad Asiam pertinent ab ipso Strabone exarata, quibus reliqua Jacobus Antonius Marcello adjunxit; nullum tamen superesse dubium censemus XVII. Libros, qui sunt Codicis nostri, omnes a Guarino in latinum versos fuisse, hancque versionem ab Eruditis plurimi factam, multisque approbatam.

(f) Sallustius a Dictatore Cæsare Senatoriæ digni-

2. Ejusdem *de bello Jugurthino liber incipit feliciter*.

In fine hujus libri. *Caii Crispi Sallustii de Bello Jugurthino explicit feliciter Deo gratias. Amen.* (g)

3. Cornelii Taciti *Actorum Diurnalium Augustæ Historiæ* a lib. XI. ad vigesimum primum inclusive (h).

In margine primæ paginæ hujus Codicis hæc de Libro Taciti undecimo leguntur. *Fragmentum* Libri XI. (i) hoc est initium. *Nam Valerium Asiaticum bis consulem fuisse quondam adulterum ejus credidit – pariterque hortis inhians quos ille a Lucullo cœptos insigni magnificentia extollebat* (Editio Frobeniana Basileæ anno 1544. juxta castigationes B. Rhenani loco *extollebat* legit *excolebat*.) *Suillium accusandis utrisque immittit. Adjungitur Sosibius Brittanici educator, qui per speciem benevolentiæ moneret Claudium. cavere* (Editio laudata *caveri*) *vim, atque opes principibus infensas &c.* Desinit liber XI. in hæc verba. *Juvitque oblivionem ejus Senatus censendo nomen, & effigies privatis, ac publicis locis dimovendas. decreta Narcisso quæstoria insignia levissimum fastigii ejus cum secundum Pallantem, & Calistum ageret honesta quidem. sed ex quibus deterrima orirentur. tristitiis multis.* (Editio legit; *flagitiis multis*; licet Rhenanus fateatur in Exemplari Regio Galliæ legi *tristitiis multis*, sicuti in Codice nostro). Facta autem collatione aliorum librorum nostri Codicis cum laudata Editione hic illic lectionum diversitas reperitur.

Hoc attendendum Librarium ad libri XVII. finem notare. *Si reperero finem septimi decimi libri, & principium octavi decimi, quia utraque confusa sunt cunctis in libris, & varia, locum annotabo. Si Lector offenderis, & tu signes oro. Valeas quæ legeris, & recte annotaveris.* Num Codicis Scriptor ex librorum confusione, quæ in Exemplari occurrebat, fit deceptus, exscribere ducimus principium, & finem libri XVII., uti in Codice jacent. Ita incipit. *Initium mihi Operis Ser. Galba iterum, T. Junius consules erant. Nam post conditam Urbem DCC. & XX. prioris ævi annos multi auctores retulerunt, dum res populi Romani memorabantur, pari eloquentia, & libertate &c.* Desinit in hæc verba. *Cæcina legiones assecutus centurionum, militumque animos obstinatos pro Vitellio variis artibus subruebat. Basso eadem molienti minor difficultas erat, lubrica ad mutandam fidem classe ob memoriam recentis pro Othone militiæ.* Contulimus varias Editiones cum hoc Codicis nostri libro XVII., & nacti sumus exordium hujus libri perbelle cum ceteris convenire; finem vero hujus libri in Codice esse terminum in Editionibus libri decimi octavi. Quia igitur permixta, & varia occurrebant in Exemplari, in librorum recta distributione erravit. Unde merito conjicimus neque ceteros, qui supersunt usque ad XXI. esse bene distinctos.

Qua de re sub finem libri XXI. ad Marginem Librarius hæc scribit. *In Exemplari*

dignitati fuit restitutus, ut videre est apud Hanekium de Romanarum rerum Scriptoribus lib. I. cap. VI., ubi de ejus vita. *Prætor, & Præfectus fuit, diemque obiit supremum quadriennio ante pugnam Actiacam, quæ evenit anno V. C. DCCXXIII. ante Christum XXXI.*

(g) Hi duo Libri de Conjuratione Catilinæ, & de Bello Jugurthino in Codice sunt dispositi secundum temporis diversitatem, quo fuerunt concinnati. Prius Sallustium scripsisse librum de *Conjuratione* ex ejus ipsius scriptis patere videtur. Dein de *Bello Jugurtino*. Quod si præpostere in Editionibus, & in plerisque MSS. Codicibus locati illi duo libri observantur, id in caussa est, quia *Bellum Jugurthinum* prius gestum est, quam *Catilinarium Bellum*, sive *de Conjuratione Catilinæ*, quæ incidit in annum Urbis DCXCI. Videsis Fabricium Biblioth. lat. lib. I. cap. IX.

(h) Falluntur ii, qui Annalium Historiam *Ephemerides*, sive *Acta diurnalia* appellant, sicuti est Codicis inscriptio, cum Cornelius Tacitus ipse vocet *Annales*. Annales vero, & Historiæ quomodo differant, in sequenti adnotatione lit. l. dicemus. Si Victorino in I. Rhethoricorum Cic. pag. 82. damus fidem, primo *Annales* a Veteribus, postea Historiæ scribi cœptæ sunt.

(i) Librarius sub initium libri XI. ad marginem apposuit *Fragmentum*. Apparet siquidem hunc librum esse acephalum.

plari tantum erat: si quispiam hinc descripserit novum: sciat me quantum reperi fideliter ab Exemplari ita scripsisse. Hæc rubris characteribus sunt scripta. (l)

Codex lacunis caret, multa tamen verba, quæ in textu desunt absque ullo spatio vacuo in marginibus scripta inveniuntur, & est exaratus cum punctis tantummodo intermediis, modo uno, modo binis ad Periodos, earumque partes secernendas; etiam ex Librarii fide conjicere liquet Exemplar ei propositum ad scribendum vetustum fuisse, ac proinde hunc Codicem dignum esse, qui consulatur ad lectionum varietatem, quæ in ipso est, discendam. Non excedit tamen, ut putamus, Sæculum XIV.



PLUTEUS

(l) Romanorum Imperatorum duas Taciti Historias Respublica habet litteraria, alteram, cui Auctor ipse *Annalium* nomen dedit, alteram vero *Historiam* inscripsit. Prima vocitatur *Annales*, cum in ea res Romanas accurate, distincteque narret per tempora, & annos, in quibus acciderunt, atque a morte Augusti exorsus, Neronis occisione Annalibus suis finem imponit. Altera vero, quæ Historia est absque chronologico ordine ab Imperio Galbæ usque ad mortem Domitiani, a Tacito fuit elucubrata. Annales, & Historiam differre apprime constat, multisque aliis de caussis differre: vide Vossium V. 18. Opus vero, quod in Codice nostro occurrit, continet ipsius Taciti Annales, & sumit exordium a libro undecimo, qui ut monuimus ἀκέφαλος est: Nec mirum, si libri quinque priores, qui in Editionibus lucem adspexerunt, nostro in Codice non extant excripti. Doctissimus Andreas Aleiatus Jurisc. in Epistola ad Galeacium Vicecomitem V. C. & Equit. hæc scribit. *Quamquam tantam boni invidentibus humano generi fatis magna quoque pars desideretur, essetque adhuc ἀκέφαλος Tacitus, nisi Christiani orbis Max. Pontifex Leo X. priores quinque libros de barbaris redemptos, postliminio ut tandem reverterentur effecisset, quo nomine tantum illi studiosi omnes debent, quantum parenti ejus Laurentio bonæ litteræ, qui eas fere solus in Italia a ceteris desertas curavit, sustinuit, tutatus est.* Ut autem innotescat, quinam sint Barbari illi, a quibus thesaurum hunc redemit, Lipsius docet ad illa verba lib. II. Annalium. *Flumen Visurgis interfluebat. Mutua Romanorum Germanorumque clade nobilis amnis cui famam præcipue Tacitus dedit; & ipse Tacito (mirum fatum) vicem. Nam quinque hi primores libri inventi Corbeiæ quod monasterium ad Visurgim est. Atque illinc depromptum vere hunc Thesaurum Quæstor quidam Pontificius ad magnum Leonem detulit, donatus ab eo aureis quingentis.* Hi libri quinque tunc e latebris eruti primum Romæ editi sunt Anno 1515. cura Philippo Beroaldo a Pontifice commissa. Non igitur a librario nostri Codicis exarari poterant, si in tenebris latebant. In MSS. post quinque hos libros lacunam heu nimis grandem esse perspectum est, cum deinde habeamus librum XI. & ipsum mancum, & libri XVI. extremam partem mutilam haud mediocre damnum hi Annales Taciti subierunt. Is eruditissimus Scriptor sub Vespasiano, Domitiano, & Nerva (sub quibus Consolatum gessit anno V. C. 850. Christi 97. suffectus T. Virginio Rufo) floruit, multisque honoribus fuit insignitus.

BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ CATALOGUS

PARS II.

Quæ quatuordecim continet Pluteos.

PLUTEUS XIV.

CODICES IN EO NUM. V.

In primo Codice hæc ſunt.

HErodoti Alicarnaſſei ΙΣΤΟΡΙΩΝ λόγοι θ. ideſt Hiſtoriarum libri IX. Operi præeſt Prooemium a primo libro diſtinctum, quod in primis Editionibus hujus Operis ab ipſo primo libro diſtinctum non cernitur. Eſt autem Prooemii exordium. *Herodoti Halicarnaſſei hiſtoriæ explicatio eſt: ut neque ea, quæ geſta ſunt ex rebus humanis obliterentur ævo: neque ingentia, & admiranda opera, vel a græcis edita, vel a barbaris gloria fraudetur: cum alia, tum vero qua de re iſti inter ſe belligeraverunt &c.*

Finis vero hic eſt. *Igitur cum ſciam humanam felicitatem nequaquam in eodem tenore perſtare: utriuſque fortunæ mentionem habebo.*

1. In primæ paginæ medio rubris characteribus legitur ſcriptum.

De Crœſo

Principium libri primi ita habet. *Crœſus genere quidem fuit lydius: patre autem Alyatte: earum vero nationum tyrannus: quæ intra halym amnem ſunt: quia meridie Syros ac paphlagones interfluens contra ventum aquilonem in mare, quod vocatur Euxinum evolvitur &c.* Deſinit in hæc verba. *Ex diis unum Solem venerantur: cui equos immolant. Hic autem eſt eis mos ſacrificandi: ut deorum perniciſſimo e pecoribus omnibus perniciſſimum mactent.*

Ad finem libri hæc majuſculis characteribus, rubroque colore exarata cernuntur. *Herodoti Halicarnaſſei Hiſtoriarum liber primus finit, qui inſcribitur Clio.*

2. *Herodoti Halicarnaſſei Hiſtoriarum liber ſecundus, qui inſcribitur Euterpe incipit feliciter.* Tum liber iſte ſecundus ſequitur hoc initio. *Cyro vita functo regnum ſuſcepit Cambyſes ejus filius &c.* Deſinit. *Hæc donaria dedicavit Amaſi: primuſque mortalium cyprum cepit: tributariam fecit provinciam.*

3. Ejuſdem Herodoti, *qui Thalia inſcribitur incipit feliciter.* Ipſe deinde libri contextus hoc initium habet. *Adverſus hunc Amaſim Cambyſes Cyri filius comparato cum aliis quibus imperabat, tum ex græcis jonibus æolibuſque exercitu bellum movit.* Finis autem eſt. *Atque hujus Megabyzi filius Zopyrus ille, qui ad Athenienſes transfugit a perſis.* Dein ſicut ad finem primi libri legitur. *Herodoti Alicarnaſſei Hiſtoriarum liber primus finit;* ita ad finem etiam libri ſecundi, & tertii, reliquorumque ſimilia finem indicantia habentur.

4. Hic

4. Hic liber, qui inſcribitur *Melpomene* exordium habet. *Poſt Babylonis expugnationem Darius adverſus ſcytas fecit expeditionem &c.* Hunc habet finem. *Talis, ac tanta Pheretinæ Batti Filiæ in barceos vindicta extitit.*

5. Titulum non exhibet. In fine legitur. *Herodoti Hiſtoriographi diſſertiſſimi liber quintus, qui inſcribitur Terpſicore explicit feliciter.* Deinde in paginæ medio.

Q. Georgius de Kimnimmonth Scotus. (a)

Ne tempus terere videremur, nec principium, nec finem hujus libri exhibuimus, ac nec reliquorum etiam hujus operis exhibebimus, excepto ultimo, cujus finem dare non omittemus.

6. *Herodoti Hiſtoriographi liber ſextus, qui inſcribitur Erato. Incipit feliciter;* & ad finem ipſius hæc ſunt. *Q. Georgius Scotus.*

7. Is liber qui inſcribitur *Polymnia incipit feliciter.* Ad finem hujus libri hæc ſunt. Q. G. de K.

8. Inſcribitur *Urania incipit feliciter.* Poſt hujus libri novemdecim paginas in margine hoc eſt obſervandum. *Nota diligenter, quod ſequens carta totalis debet intrare ubi eſt ſignum hic notatum quia ablata fuit ignoranter ab exemplari.*

9. Ultimus inſcribitur *Calliope* (b), cujus finis eſt. *Hac Cyri ſententia Perſæ ſuperati a ſua deſtiterunt: præoptaruntque exile ſolum incolentes imperare aliis, quam campeſtre colentes aliis ſervire. Deo gratias.*

His hæc ſubjuncta. *Herodoti Liber nonus, & ultimus Calliope explicit feliciter.*

Q. G. de K. Scotus.

Auctor hujus Operis licet quædam initio de *Cyro* attingat, tamen hiſtoriam ſuam revera exorditur a Gyge Lydorum Rege, qui uno ac dimidio fere ſæculo Cyrum anteceſſit. Inde a Cyro res Medo-Perſas fuſius proſequitur, attingens ſimul res Ægyptiacas, Schyticas, & Græcas. Hanc ſcripſit anno ætatis ſuæ XL., Urbis Romæ CCCX. ante Chriſtum natum CCCCXLIV., eaque in hoc Codice eleganter a Librario, quicumque is fuerit, exarata eſt Sæculo XV. Membranæ, quibus Codex conſtat, candidæ ſunt, ac levigatæ; picturis præterea, coloribuſque in libri cujuſque primis litteris ornatæ. Prima præcipue Codicis pagina ad omnes margines floribus, aviculis, aliiſque animalculis mirifice referta cernitur.

IN II.

(a) Affirmandum omnino, & abſque ulla hæſitatione ducimus, hujus e græco verſionis Auctorem non alium eſſe, quam Laurentium Vallam Virum ſuis temporibus eruditiſſimum, qui Nicolai V. Summi Pontificis ætate vivebat, florebatque. Extat penes nos Editio Veneta anno 1474. per Jacobum Rubeum Gallicum Laurentii Vallæ nomen in fronte præferens; quam, collatione facta, eandem eſſe atque illam, quæ in hoc Codice exhibetur, deprehendimus. Quamobrem cogitationem, quæ animo noſtro inſidere cœperat, verſionem hanc deberi forſitan Quinto illi Georgio de Kymnimmonth, cujus nomen in Codice non ſemel occurrere vidimus, nunc penitus abjicimus. At de Georgio hoc quid dicemus? An additum ab eo aliquid ad Verſionem? Sed tota omnino Vallæ eſt, neque quidquam in ea immutatum Codex habere videtur. An potius igitur Librarius fuit, ſeu Codicis Scriptor? An Dominus olim Codicis, quique illum ſcribendum curavit?

(b) Conſuetudo fuit nedum apud Poetas veteres, Scriptoreſque Muſis opera ſua nuncupare; verum etiam ſe ſe ſub clientela Muſarum eſſe arbitrari. Hinc inter Eruditos Diſceptatio eſt orta, utrum ſingulis libris Muſarum earum nomina impoſuerit Scriptor ipſe Herodotus; an vero alii deinde ea libris ejus nomina addiderint. Teſte Svetonio de illuſtribus Grammaticis cap. *6.* Aurelius Opilius novem eruditionis variæ volumina unius corporis ſcripſit ex numero, & appellatione Muſarum: Similia Bion Rhetor, & alii præſtiterunt, apud quos in more poſitum erat, ſuos libros nonario numero concluſos velle ad clientelam novem Muſarum obtinendam. Hinc putant huic ſe mori Herodotum accommodaſſe. Cum tamen conſtet, Herodotum in Olympiis ſuum Opus recitaſſe, eaque recitatione Auditores ita captos, ac permotos, ac ſi quod recitabatur numeris adſcriptum, & non proſa oratio, ſed verſa eſſet; conſtet etiam ex Athenæo lib. XIV. pag. *620.* hanc Herodoti hiſtoriam ab *Hegeſia Comico* decantatam in Theatro fuiſſe; hinc permulti factum exiſtimant, ut Muſarum illa nomina ab aliis, quam ab ipſo Herodoto, Libris ſuis inſcripta ſint, hancque ſententiam Fabricius ſequitur Biblioth. Græcæ Tom. I. lib. II. cap. XX. pag. *607.*

IN II.

Thucydidis *Historia Belli Peloponensium*, *& Atheniensium* λόγοι η, idest libri VIII. Hujus historiæ divisionem in libros octo jam pridem factam constat ex Meursio *Atticarum lectionum* lib. V. cap. 26., esse autem Thucydidis plane non est exploratum. Præfert Procemium ita inscriptum. *Laurentii Vallensis e Græco in latinum Translatio Thucydidis ad Sanctissimum Dominum Nicolaum Quintum*. Ipsum vero Procemium ita incipit. *Quod Eneas apud Virgilium: Nicolae. Quinte. Summe. Pontifex. id ego nunc possem dicere, & quia Carmen est, etiam decantare juvat, evasisse tot urbes: argolicas medeosque viam tenuisse per hostes &c.*

Desin. *Jam tuum meumque Thucididem: Hoc namque tuum commune habebo, si opus meum probabis agnoscas.*

Libri primi Inscriptio ejusmodi est. *Thucididis Historiarum Peloponensium liber primus incipit feliciter*; hæcque scripta majusculis litteris auro illitis. Initium vero libri est. *Thucidides Atheniensis bellum Peloponense suum Atheniensiumque, quod inter se gesserunt conscripsit &c.*

Octavi, & ultimi libri finis. *Et cum Ephesum primum venisset Dianæ sacrificium fecit. Dum hyems æstatem hanc insecuta finiet primus quoque ac vigesimus annus finiet*: et postea: *Octavus & ultimus Thucididis liber finit.* (c)

Codex optimis characteribus exaratus in prima pagina duo latera exhibet floribus, auro, minioque egregie depicta, & ad extremum limbum siglas has aureas M. N. majori forma elaboratas sub oculis ponit, nec non quis fuerit Librarius ostendit his verbis: *de Spinallo scripsit, idest Joannes Antonii*, qui & alios plures Bibliothecæ nostræ Codices scripsit, sicuti videre est in primo Tomo hujus Catalogi. Codex est Sæculi XV., nec quidpiam aliud in eo extat observatione dignum.

IN III.

1. Caji Julii Cæsaris *Commentarii cum A. Hircio*. (d)

Epigraphe hujus Operis est hæc. *Caji Julii Cæsaris commentariorum Belli Gallici liber primus incipit feliciter. Julius Celsus Constantinus V. C. emendavit.* Hæcque adnotatio. *Julius Celsus Constantinus V. C. &c.* ad omnium librorum exordium reperitur.

Hircius suam exorditur Epistolam his verbis. *Coactus assiduis tuis vocibus, Balbe, cum quotidiana mea recusatio non difficultatis excusationem, sed inertiæ videretur deprecationem habere, rem difficilimam suscepi Cæsaris nostri commentarios rerum gestarum Galliæ non comparantibus superioribus &c.*

Finis. *Sed ego nimirum dum omnes excusationis causas colligo, ne cum Cesare conferas: hoc ipsum crimen arrogantiæ subeo, quod me judicio cujusquam existimo posse comparari. Vale.* (e)

2. Li-

(c) Is Auctor natus est anno secundo Olympiadis LXXVII. (ante Christum natum CCCCLXIX.) ut colligitur ex Pamphila apud Gellium lib. XV. cap. 23., & ipse quindecim erat annorum, cum Herodotum audiret Historiam suam in Olympiis recitantem, quod didicimus ex Synopsi ejus vitæ Chronologica doctissimi Dodvvelli, quam exhibet Fabricius lib. I. ad calcem cap. XXV. pag. 879. Immo ut tradunt Photius Cod. 60. & Suidas in *Thucydidem*, cum Herodotus in numero auditorum suorum videret Thucydidem, ea quæ a se dicebantur aut recitabantur, præ ceteris admirantem, ac cupiditate ad similem perveniendi excellentiam lacrymantem, præclara de eo est ominatus. Numeris omnibus suam Thucydidem non absolvisse Historiam Eruditi existimant, eamque per æstates, & hyemes distinctam fuisse ostendunt verba paulo ante producta ad octavi libri finem.

(d) Optime Codex legit tantummodo cum *A. Hircio*. Inepte enim in aliquibus Editionibus *A. Hircius Pansa* appellatur, ac si duo non fuerint Viri, qui & Collegæ in Consulatu fuerunt, & in eodem bello perierunt, unde Ovidius in Elegia quadam

Cum cecidit fato, Consul uterque pari.

(e) Post libros VII. *de bello Gallico* ab ipso Cæsare eloquentia, & doctrina summa elaboratos, octavum librum de eodem bello Litteraria Respublica debet A. Hircio Consuli, ac ipsius Cæsa-

2. Librum octavum excipit Commentarius *Belli Pompejani* hac Epigraphe. *Caji Julii Cæsaris Commentariorum Belli civilis Pompejani liber primus incipit feliciter: Julius Celsus Constantinus V. C. emendavit.*

Hoc Lemmate prætitulantur duo alii libri, qui sequuntur.

3. Insuper post tertium librum hic titulus conspicitur.

A. Hircii Commentariorum Belli Aleuandrini liber incipit feliciter: Julius Celsus Constantinus V. C. emendavit.

4. Ejusdem *de Bello Africano* cum hac inscriptione. *A. Hircii Commentariorum Belli Africani liber incipit feliciter. Julius Celsus Constan. V. C. emendavit.*

5. Tandem *A. Hircii Commentariorum Belli Hispaniensis liber incipit feliciter: Julius Celsus V. C. emendavit.* Desunt aliqua huic libro, cum desinat in hæc verba. *An me deleto non adversebatis X. habere lectas quidem legiones. P. T., quæ non solum vobis obsistere, sed etiam Cælum diruere possent? Quare laudibus, & virtute .....* Mancus certe est hic liber. (f)

Codex in prima pagina unum exhibet latus vividis coloribus, lineolisque aureis ornatum, & ad finem Insigne Malatesteum. Est Sæculo XV. exaratus, & si quid in Textu deest, cum indicationibus scriptum in marginibus reperitur, in quibus rerum notabilium Summaria observantur. *Vesusta emendatio comendat hunc Codicem; nam adnotationem hanc præfers. Julius Celsus Constantinus V. C. emendavit.* Ita scribit Cl. Mansius in pagellis MSS. hujus nostræ Bibliothecæ. (g)

Cæsaris familiari, qui post Cæsaris mortem proximo anno in acie fato concessit, ut habemus a Sveto-Augusto cap. XI. Xiphilino. Vide Hankium de Romanarum rerum Scriptoribus lib. I. cap. IV. Hinc Hircius ipse in hoc libro VIII. scribit. *Scio Cæsarem singulorum annorum singulos Commentarios fecisse, quod ego non existimavi mihi esse faciendum.* Justa igitur de causa completo libro septimo præmittitur in Codice nostro A. Hircii inscriptio ad octavum librum, *Cornelio Balbo* inscriptum. Sequuntur tres libri de bello civili Pompejano, & eidem Cæsari in Codice adscribuntur. Damnandi vero Ludovicus Carrio, & Floridus Sabinus, qui non sunt veriti libros VII. *belli Gallici* Svetonio tribuere; neque approbandum umquam videtur, quod ait Lupus Ferrariensis Epist. XXXVII. ad Heribaldum Episcopum. *Commentarii belli Gallici tantum extant, nec quantum ad Historiam, quod compertum habeam, Cæsaris quidquam aliud.* Utrorumque Commentariorum de Bello Gallico, & civili Pompejano simplex, elegansque dictio, sicut & veterum testimonia unum eundemque esse auctorem, & quidem Cæsarem ostendunt.

(f) Fragmentum referens extrema *belli civilis Hispaniensis* deest. Id in MS. Paulli Petavii repertum in pluribus jam Commentariorum Editionibus Cæsaris excusum cernitur.

(g) Hæc *Mansius*. Ipsa tamen hæc *Julii Celsi Constantini adnotatio* (ne ex ea pretium nostri Codicis prædicare, plusquam par sit, videamur) non modo in Codicibus, quos laudat Godovinus Præfatione in Cæsarem, dum scribit in Codice MS Thuano ad marginem libri II. de bello Judaico hæc verba extare. *Julius Celsius Constantinus V. C.* legi, sed in aliis etiam pluribus reperitur. Nam certe Montfauconius in Diario Italico pag. 375. Codicem a se in Hetruria visum memorat *Julii Cæsaris* Commentarios continentem, castigatos a Celso Constantino V. C., & alium pariter a se in alia Bibliotheca inspectum pag. 393. his verbis designat. *Julii Cæsaris Codex emendatus a Julio Celso.* Immo & Ravennæ in celebri Monachorum Classensium Bibliotheca Codicem extare a Viris doctis accepi, quinimo & ipse inspexi, in quo Cæsaris Commentarii subscriptionem habeant ei, quæ in nostro hoc Codice extat, similem, vel non valde dissimilem. Ejusmodi subnotationes nec nostro Codici, nec ulli forsitan alii, qui hodie supersunt, ipsemet Julius Celsus apposuit: sed cum ipse subnotationem ejusmodi Codici alicui Commentariorum Cæsaris sua ætate scripto, & a se emendato adjecisset, eam insecutarum ætatum Librarii in eo Codice repertam exscripserunt, atque ita eadem per alios deinde Librarios in Codices Sæculi XV. scriptos migravit. *Julium* hunc *Celsum* fuisse hominem Senatoriæ dignitatis, indicat titulus *Viri Clarissimi*, quo ornatur in adnotatione, qua de agimus. Id enim sibi volunt singulares eæ litteræ V. C., quam perperam nonnulli *Virum Consularem* designare credunt, hoc est Consulatu functum; quam tamen dignitatem si gessisset, Senatorii etiam ordinis eum fuisse multo magis intelligeremus. Solebant vero viri docti, & si in magnis dignitatibus positi, hunc emendandorum Librorum laborem non refugere, & subnotationes ejusmodi, quibus eos a se emendatos, & distinctos profiterentur, vel ad calcem totius operis, quod castigassent, vel

etiam

IN IV.

Amiani Marcellini Libri XVIII.

Is patria Antiochenus fuit. Verum & triginta Historiæ libros conscripsit, eamque a Nervæ Principatu auspicatus ad mortem Valentis Imperatoris perduxit. Sed tredecim prioribus Operis ejus libris magno historiæ damno omissis, soli decem, & octo supersunt, qui in nostro Codice habentur, jamque pridem ex aliis Codicibus editi sunt a Viris doctis. Eos libros cum alii illustrarunt, tum in primis *Henricus Valesius*. Fuit Amianus veritatis studiosissimus, ut a *Gabriele Naudæo*, aliisque adnotatum. Et quamquam Ethnicus fuisse videatur, tamen multa, quæ Christianæ Religioni favent, minime tacuit.

Primus liber sive XIIII. incipit. *Post emensos insuperabiles expeditionis eventus: languentibus primum animis, quos periculorum varietas fregerat &c.*

Desinit liber XXXI. *Hæc ut miles quondam, & græcus a principatu Cæsaris Nervæ exorsus ad usque Valentis interitum pro virium explicavi mensura opus veritatem professum: numquam ut arbitror sciens silentio ausus corrumpere, vel mendacio. Scribant reliqua priores ætate: doctrinis florentes. Quos id sibi libuerit aggressuros percudere linguas ad majores moneo stilos.* [h] Hæc Amiani verba etiam atque etiam confirmant, quæ supra diximus.

Codex scriptus est Sæculo XV., & in libro XXIX. XXX., & etiam XXXI. sæpe lacunæ occurrunt. Habet ad extremum primæ paginæ limbum Insigne Malatesteum.

IN V.

Paulli Orosii Presbyteri Hispaniensis Historiarum contra Paganos libri VII.

Anteit Procemium, quod ita incipit. *Orosius Presbiter Hispanus vir eloquentissimus, & Historiarum cognitor scripsit adversus querulos Christiani nominis, qui dicebant defectum Romanæ Reipublicæ Christi doctrina invectum &c.* Desinit in hæc verba. *Hic est Orosius, qui ab Augustino pro discenda animæ ratione ad Hieronymum missus, rediens reliquias beati Stephani martyris tunc nuper inventas primus intulit occidenti: claruit extremo.* (i)

In fine primi libri hæc sunt. *Pauli Orosii presbiteri liber primus explicit: incipit liber secundus*: sic etiam ad finem libri secundi: *Liber secundus explicit, incipit tertius*, & sic deinceps usque ad septimum, ad cujus finem hæc occurrunt. *Paulli Orosii ad Augustinum Episcopum beatissimum Hipponensem contra accusatores temporum Christianorum liber septimus explicit feliciter. Deo gratias. Amen.*

Subjiciun-

etiam ad finem singulorum ejus librorum apponere; talesque eorum subnotationes in veteribus *Titi Livii*, *Virgilii*, *Horatii*, *Persii*, *Apuleji*, *Nonii Marcelli*, & similium Codicibus repertæ; jam a Viris doctis in lucem editæ sunt. Qua de re consulere juvabit *Henricum Valesium* in libris de Critica, & *Burmannum* juniorem in adnotationibus ad eos Valesii libros, nec non eruditissimum *Antonium Zirardinum in libris degl' antichi Edifizi profani di Ravenna* pag. 204., & seq. ubi de adnotatione agit a *Sirmondo* edita, qua Aurelius Memmius Symmachus V. C. emendatos a se in Urbe *Ravenna*, Libros Macrobii testatum voluit: idemque pag. 297. veterem aliam subnotationem memorat, qua *Helpidius Domnulus V. C. Valerii Maximi* libros a se in eadem Urbe emendatos indicavit.

(h) Editiones loco *priores*, habent *potiores*; Similiter. *Quod id (si libuerit) aggressuros procudere* non autem, ut in Codice *sibi libuerit aggressuros percudere*; & clarior mea quidem sententia est lectio Editionum.

(i) Hocce Procemium nomen Auctoris non præfert, neque tamen Paulli Orosii esse, quis dicat. Ea enim, quæ ex fine ipsius Procemii dedimus verba sunt Gennadii cap. 39. in Catalogo *Virorum Illustrium*, cum hoc solum discrimine, ut manca in Codice sit lectio, *claruit extremo*, cum foret addendum, *extremo pene Honorii tempore*. Similiter ea, quæ in initio Procemii excripsimus, ejusdem Gennadii esse videntur. Igitur si Gennadii non est, sane ex ipsius historia depromptum potest existimari.

Subjiciuntur quædam *S. Augustini de natura Animæ ad Hieronymum*, sed mutila, & imperfecta.

Codex est optime scriptus, ac venuste, ejusque prima pagina ad margines quoquo versus lamellulis aureis, colorumque, & florum pulchritudine, & diversitate egregie referta, nec ad extremum deest Malatestarum vetustius Stemma, cum litteris, seu siglis M. N. significantibus *Malatesta Novellus*.



PLUTEUS XV.

CODICES IN EO NUM. VI.

IN I.

PLutarchi illustrium virorum Vitæ in latinum versa numero XXIII.

Præcedit Catalogus singulorum hominum, quorum Vitæ exhibentur, perque arabicos numeros pagina indicatur, sub qua initium cujuscumque vitæ reperiri potest.

1. „ Magni Alexandri vita ex Plutarcho traducta per Guarinum Veronensem „ incipit feliciter.

In hac vita observandum venit, aliqua in textu deesse, quæ tamen in margine sunt scripta; pariter in pagina vigesima varias reperiri lacunas.

2. „ Guarini Veronensis ex Plutarcho vita Cæsaris feliciter incipit.

Hac etiam in vita desunt aliqua in textu, sed conspiciuntur in margine. Ad finem ipsius hæc leguntur. *Caji Cæsaris vita feliciter explicit. Laus Deo. Amen.*

3. „ Periclis Atheniensis Vita ex Plutarcho in latinum traducta per Lapum Ca„ stiliunculum Civem Florentinum ad Johannem Vitellescum Archiepiscopum Flo„ rentinum Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem.

4. „ Ad Beatissimum, & Sanctissimum Eugenium IV. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ „ Pontificem Maximum Lapi Castiliunculi Præfatio in Solonis Philosophi vitam.

Post Præfationem sequitur ipsa Solonis vita hoc titulo. *Solonis Vita ex Plutarcho per Lapum in latinum conversa.*

In pagina 75. ad tergum una tantum visitur lacuna, sicuti & una in pagina 77.

5. „ Ad Religiosissimum Virum Dominum Jordanum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ „ Cardinalem Lapi Castiliunculi Præfatio in Publicolæ Vitam incipit feliciter.

Dein Vita ipsius Publicolæ hoc titulo. *Valerii Publicolæ Vita ex Plutarcho per Lapum in latinum conversa incipit.*

In pagina 82. una cernitur lacuna; in 85. quæ in textu desunt, scripta reperiuntur in margine.

6. „ Artaxersis Persarum Vita; item vita Arati ex Plutarcho per Lapum Casti„ liunculum in latinum conversæ.

7. „ Antonii Tudertini Procemium in Pelopidæ Vitam ex Plutarcho per eum „ traductam ad Reverendissimum in Christo Patrem, & Dominum D. Julianum „ Cæsarinum titulo Sanctæ Sabinæ Cardinalem dignissimum.

Titulus hujus vitæ est. *Vita Pelopidæ ex Plutarcho per Antonium Tudertinum traducta incipit.*

In pagina 108. una conspicitur lacuna.

8. „ Antoni Tudertini procemium in vita Camilli ex Plutarcho per eum tradu„ cta ad Laurentium Medicem incipit.

Titulus Vitæ est. *Camilli Vita ex Plutarcho per Antonium Tudertinum conversa incipit feliciter.*

Una solummodo in pagina 114. lacuna observatur.

9. „ Procemium in vita (ita, & alibi, pro *in vitam*) Caii Marii e græco ser„ mone in latinum traducta per Antonium Tudertinum ad Reverendissimum in „ Christo Patrem, & Dominum D. Aloysium Florentiæ Archiepiscopum dignissimum.

Titulus vitæ ipsi præfigitur. *Marii vita ex Plutarcho per Antonium Tudertinum in latinum traducta.*

In aliquibus paginis nonnulla verba in textu desunt, sed addita in margine cernuntur.

10. „ Fa-

10. „ Fabii Maximi Vita per Antonium Tudertinum e græco ſermone in latinum traducta ad Reverendiſſimum Dominum in Chriſto Patrem Cardinalem Morinenſem.

Titulus Vitæ eſt. *Fabii Maximi vita ex Plutarcho per A. Tudertinum converſa incipit*. (*a*)

11. „ Ex Plutarcho de comparationibus Jacobus Angelus tranſtulit Pompei Magni vitam. [*b*]

12. „ Lannozzi Manetti Civis Florentini in vitas Socratis, & Senecæ ad Nunnum Cordubenſem Proœmium incipit feliciter.

Titulus vitæ hic eſt. *Lannozii Manetti Vita Socratis incipit feliciter*: & in fine ejuſdem. *Vita Socratis a Lannozzio Manetti Florentino traducta explicit*.

13. „ Lucii Annei Senecæ Cordubenſis per Lannozzium Mannectum civem Florentinum edita incipit feliciter.

In fine legitur. *Vita Senecæ per Lannozzium Manectum traducta explicit feliciter*. (*c*)

14. „ Clari, ac patritii Viri Leonardi Juſtiniani Veneti ad Coſmum Medicem Civem Florentinum in Timoleonis vitam Proœmium incipit feliciter.

Titulus hujus vitæ ita ſe habet. *Leonardi Juſtiniani Veneti ad Coſmum Medicem Civem Florentinum in Timoleonis vitam, & ſecundum traductionem ex Plutarcho e græco editam*.

15. „ Leonardi Juſtiniani Veneti ad Henricum Luſignanum illuſtrem Galliæ principem Proœmium in Cimonis, & Luculli vitas traductas ex Plutarcho incipit feliciter.

Titulus vitæ. *Leonardi Juſtiniani Cimonis vita incipit feliciter*. Et in fine hæc ſunt. *Cimonis vita in latinum traducta explicit feliciter*.

16. „ Lucii Luculli vita ex Plutarcho per Leonardum Juſtinianum traducta ad Henricum Imperatorem incipit feliciter. (*d*)

Quædam,

(a) Hucuſque noſter Codex Vitas Plutarchi exhibet in latinum converſas partim a Guarino Veronenſi, partim a Lapo Caſtiliunculo, & partim denique ab Antonio Tudertino; & cuique vitæ Præfationes præmittit, ſeu Epiſtolas ipſorum Traductorum. Ex his Præfationibus non leve pretium Codici noſtro accedit; maxime cum per eas certo diſcamus, quis vere, cujuſque ex variarum harum Vitarum Verſionibus auctor ſit; quod antea parum ſciebatur; & quæ unius verſio erat, perperam alteri adſcribebatur. Sit unicum ad rem noſtram Exemplum. Camilli Vitam a Lapo eſſe verſam Scriptores putant; ita ut Fabricius in Bibliot. med. & inf. ætatis Tom. IV. pag. 244. Edit. Patav. in recenſione Verſionum Lapi, hanc etiam vitam Camilli memoret, & ipſi tribui in antiquis Editionibus ſcribat. Aſt eam ſub nomine ejus perperam circumferri oſtendunt, quæ ſupra num. 8. ex hoc Codice excripſimus. Tam Lapus, quam Antonius Tudertinus floruit Sæculo XV. Lapi Caſtiliunculi Franciſcus Philelphus meminit in ſuis Epiſtolis, & diſtinguendus eſt certe a *Lapo Caſtiglionchio* Juriſconſulto. Antonius Tudertinus ita appellatus eſt ex Tuderto oppido, cognomen ejus fuit *Pacini*. Giornale de' Letterati d' Italia Tomo XVIII. pag. 333. Judicium de Verſionibus Tudertini habemus in Epiſt. 102. Cardinalis Papienſis ad Donatum Acciajolum.

(b) Vitam Jacobi Angeli a Scarparia Vallis Magellanæ oppido Cl. Laurentius Mehus dedit in Sylloge Epiſtolarum Leonardi Dati; ipſumque floruiſſe Sæc. XV. ex Poccianto, & Julio Nigro Scriptoribus hiſtoriæ illuſtrium Virorum Florentinorum diſcimus. Latine vertit vitam Pompei ex Plutarcho, quæ extat in hoc noſtro Codice, cujus verſionis aliud Exemplar MS. teſte Thomaſino Patavii extat. *Jacobus Angelus Rinuccinus* inter Interpretes Vitarum Plutarchi a Labbeo laudatur pag. 317. Bibl. MSS.

(c) *Lannozzi* Librarii error apertiſſimus eſt, cum ſcribendum ſit *Joannotii Mannetti*. Is in Patria ſua Florentina Senatoria dignitate decoratus, & equeſtri ordine a Nicolao V. ornatus honoribus, & doctrina effulſit Sæc. XV. diemque obiit 1459. Neapoli. Ejus vita ſcripta a cive Ipſius *Naldo Naldio* vulgata reperitur in Tom. XX. rerum Italicarum doctiſſimi Muratorii. Inter Joannotii Opera, quorum Elencum exhibent Poſſevinus, Voſſius, aliique, extant duæ hæ opellæ, ſcilicet vitæ Socratis, & Senecæ ab ipſo traductæ cum earum Præfatione. Hæ, quod ſciamus, lucem non viderunt, ſicuti neque vitæ Dantis Aligherii & Joannis Boccacci typis ſunt excuſæ, & ſolum vita Petrarchæ ab ipſo ſcripta, quæ habetur in Petrarcha redivivo Philippi Thomaſini pag. 195.

(d) Leonardi Juſtiniani *Hiſtoriam*, ſive *Epiſtolam*

Quædam, quæ per oscitantiam Librarii in contextu omissa fuerant, in margine reddita reperiuntur.

17. „ Francisci Barbari Procemium in Aristidis, & Catonis vitas ad Zacariam „ Barbarum amicissimum Fratrem suum.

Vita, quæ deinde sequitur, titulo caret. Post eam titulus vitæ, quæ subjungitur, ita habet.

18. „ Francisci Barbari Vita Catonis ex Plutarcho in latinum traducta ad Zac„ cariam Barbarum feliciter incipit.

Post Vitam ipsam hæc leguntur. *Finis Vitæ Catonis. Sequitur Comparatio.*

19. „ M. Marcelli Vita ex græco in latinum traducta.

Caret nomine Traductoris, & est absque Procemio.

20. „ Titi Quinti Flaminii vita ex Plutarcho in latinum traducta – sine nomine Traductoris, & absque Procemio.

21. „ Caji Marcii Coriolani vita ex Plutarcho in latinum traducta.

In fine hæc leguntur. *Marcii Coriolani Vita per Guarinum traducta feliciter explicit.* (e)

22. „ Leonardi Aretini Præfatio in Ciceronem novum ad Nicolaum Nicoli ex „ Plutarcho incipit feliciter.

Titulus Vitæ est. *Leonardi Aretini Cicero novus incipit.*

Litteris aureis circum ejusdem Ciceronis effigiem legitur *M. T. Cicero Orator M.*

Ad calcem hujus Vitæ hæc habentur. *Marci Tullii Ciceronis Vita per Leonardum Aretinum traducta feliciter explicit.*

In Præfatione Vitæ Ciceronis circa finem hæc leguntur. *Nos igitur, & Plutarcho & ejus interpretatione obmissis ex his, quæ vel apud nostros, vel apud Græcos de Cicerone scripta legeramus, ab alio exorsi principio vitam, & mores, & res gestas ejus maturiori digestione, & pleniori notitia non ut interpres, sed pro nostro arbitrio, voluntateque descripsimus.* (f)

23. „ Demosthenis Atheniensis vita ex Plutarcho in latinum traducta per Leo„ nardum Aretinum feliciter incipit.

Multa

stolam de capta per Mahumedum II. urbe Constantinopoli anno 1453. scriptam ad Nicolaum V. pluries editam habemus; sic etiam Tractatum *de vera nobilitate* excusum: Versiones vero supra laudatas non memorant Scriptores, & nisi fallimur, sunt ineditæ.

(e) Vitam Coriolani, ex Plutarcho a Guarino versam servat noster hic Codex, quam versionem non reperimus inter enumeratas ejusdem Guarini, nempe Numæ, Alexandri, Cæsaris, Fabii, Marcelli, aliorumque a Fabricio in Bibliotheca med. & inf. ætatis Tom. III. lib. VII. pag. 119. 120. Non possum de hoc tanto Viro silentio præterire testimonium Sabellici Dialog. de Lat. Linguæ reparatione, laudatum vel maxime in Tom XIII. Diarii Veneti pag. 406. *Catullum municipem suum situ, & squallore confectum, lucemque ex diuturnis tenebris reformidantem ita abstersit, ut sine majore rubore in publicum exire non dubitarit.* Præclarius tamen est quod de ipso subjungit. *Profuit ille eximia eruditione multis; sed morum sanctitate, optimoque vivendi instituto non paucis.*

(f) Felicitati Sæculi XV. nimis gratulandum est, cum doctissimos Scriptores, Nicolaum Nicoli, Collutium Salutatum, Emanuelem, Chrysoloram, Franciscum Philelphum, Jannotium Mannetum, Georgium Trapezunzium, Poggium, aliosque fere innumeros protulerit. Inter eos claruit & Leonardus Brunus Aretinus, qui multis Operibus suis immortale adeptus est nomen. Horum Operum Catalogum texuit præter alios Scriptores diligentem Ab. Laurentius Mehus Florentinus in Præfatione ad X. libros Epistolarum Leonardi, cui catalogo nonnulla addidit opuscula Cl. Mansius in additionibus suis factis ad Bibliothecam Fabricianam med., & inf. ætatis Tom. I. lib. II. pag. 293. 294. In his Catalogis Laurentii, & Mansii non reperitur *Vita Ciceronis* hoc titulo inscripta *Cicero novus*, quam in Præfatione testatur Leonardus a se concinnatam non ex Plutarchi interpretatione, sed ex Scriptoribus nostris, & etiam Græcis, aliisque ex industria, summoque cum studio, & ponderatione. De hac Ciceronis novi vita, nisi nos diligentia nostra fefellit, altum est penes Scriptores silentium. Sequitur in Codice ejusdem Aretini versio ex Plutarcho Vitæ *Demosthenis*, cujus mentio fit in Catalogo Operum ipsius; sed neque hæc hucusque est edita, ut existimat Cl. Mansius loco supra laudato.

Multa scripta inveniuntur in marginibus, quæ in contextu Librarius per oscitantiam omiserat.

In fine hæc sunt. *Demosthenis vita feliciter explicit.*

Hisce XXIII. Versionibus Codex iste clauditur, ac mediocris notæ haudquaquam est, cum, si binas Versiones excipiamus, ceteræ & Auctores earum, & fere omnium Versionum Præfationes præferant; quod alibi, quantum vestigare potuimus, non invenitur: immo, ut inquit, Cl. Mansius in MSS. suis pagellis: *singularis est Codex, quod ex eo discamus primos latinos Interpretes Vitarum Plutarchi; tum & ad singulas illas Vitas singulorum Interpretum Præfatio legitur, quæ in excusis non passim leguntur.*

Codex nitidissimis characteribus Sæculo XV. est exaratus in pergamenis perpolitis, & levigatis. Quod autem nobilius in Codice est, ad initium omnium Vitarum Effigies visuntur eorum præstantissimorum Virorum, quorum Vita est scripta, quæ quidem imagines veteribus numismatibus haud mediocriter conformantur, eaque elegantia sunt depictæ, ut quandoque ingenium, quandoque studium, cogitationumque profunditatem, ubi est opus inspicientibus monstrent; antiquis vestitæ indumentis; multæ spissas, crinitas, longioresque gestantes barbas. Codex igitur, & ob res singulares, quas continet, & ex partibus, quibus conflatur, egregius est.

I N II.

1. Ejusdem Plutarchi de *Comparationibus*. Titulus est. *Ex Plutarcho de comparationibus. Jacobus Angelus transtulit.*

Marci Bruti Vita incipit.

2. „ Arati Siccionii Vita per Lapum Castiliunculnm ex Plutarcho in latinum „ traducta incipit feliciter.

3. *Vita Dionis* cujus titulus est – Plutarchus ad Sossium Senetionem de Dione lege feliciter.

Hujus versionis e græco in latinum nullus notatur Auctor. In fine legitur, *Finit Dionis vita.*

4. „ M. Antonii Vita ex Plutarcho per Leonardum Aretinum traducta incipit: En ejus versionis titulus.

Versionem sua anteit Præfatio ab Aretino elucubrata. Observandum supra caput *M. Antonii* quod ad vitæ principium depictum est, litteris aureis exaratum cerni *M. Antonius.*

In fine *M. Antonii vita feliciter explicit.*

5. „ Leonardi Aretini traductio ex Plutarcho vitæ Pirri Regis Epirotarum feli„ citer incipit. Super ipsius Pyrri caput heic pariter aureis litteris scriptum est *Pirrus Rex.*

6. „ Leonardi Aretini Prologus in vitam Q. Sertorii ad Antonium Luscum in„ cipit feliciter. Versionis titulus est hujusmodi. *Q. Sertorii vita feliciter incipit.*

7. Sequitur vita *M. Emilii* latine scripta absque titulo, & sine nomine ullius, a quo profecta fuerit.

Caput M. Emilii pictum cernitur in primo hujus vitæ folio, & supra illud aureis litteris scriptum *M. Emilius.*

8. Hanc Emilii vitam excipit *Vita Catonis*; hæcque pariter sine titulo, & Præfatione, & absque Traductoris nomine.

Supra ejus Caput legitur. *Cato Proavus.* Prope hujus vitæ medium duæ cernuntur lacunæ.

9. Vitæ Tiberii Gracchi, & C. Gracchi, quæ in unum congestæ sunt. Hinc in Numismate ad initium versionis delineato binæ cernuntur facies, quarum altera est *Tiberii Gracchi* habentis supra caput: *Tiberius Gracchus*; altera vero vultum præfert *C. Gracchi*, ideoque supra caput legitur: *Cajus Gracchus.*

Hæ sunt in Codice sine titulo, & Præfatione, nomineque carent Traductoris.

10. Gua-

10. „ Guarini Veronensis in vitas Lysandri, & Syllæ Romani ad Ill. Principem „ Leonellum Estensem Procemium feliciter incipit.

Titulus primæ vitæ. *Incipit Lysandri vita comparationis pars prima*. Ad vitæ initium Quadratum extat, in cujus area caput Lisandri visitur pennicillo elaboratum cum fasciola orizontaliter ducta, in qua hæc leguntur.

Li san der O. GETO

In fine tandem legitur. *Explicit vita Lysandri per Guarinum Veronensem ex Plutarcho in latinum traducta*.

Sequitur vita Syllæ, & supra Syllæ caput. *Sylla Roman*. In aliquibus paginis hujus vitæ nonnullæ occurrunt lacunæ.

Ad calcem exaratum extat. *Explicit vita Cornelii Syllæ* 1. *contentionis pars altera: sequitur exquisitum de utroque judicium: & hoc est pars tertia*.

11. „ Vita subjicitur Licurgi - absque titulo, & Præfatione, & sine Traductoris nomine.

Notandum post initium in una, & altera pagina spatium intermedium cerni scriptura vacuum, quod multa deesse indicat.

12. „ Sequitur pars altera comparationis. *Vita Numæ Pompilii Romanorum Regis*. Effigies ejusdem affabre elaborata circumfert supra caput fasciolam cærulei coloris, in qua hæc scripta sunt. *Pompilio Romano*.

In fine hujus vitæ hæc leguntur verba. *Finit utraque pars comparationis. Vita Licurgi legum latoris, & Numæ Pompilii Romanorum Regis ex Plutarcho Cheronensi Philosopho clarissimo*.

13. „ Comparatio Thesei Atheniensium Regis, ac Romuli primi Regis Romanorum.

Titulus Versionis hæc habet. *Plutarchi Cheronensis Philosophi clarissimi ex illustrium comparationibus vita Thesei Atheniensium Regis feliciter incipit*.

A tergo frontis ejusdem Thesei, quæ picta ibi extat, legitur. *Teseo Greco*.

In fine. *Finit vita Thesei. Sequitur vita Romuli*. Supra caput, quod pictum Codex exhibet, legitur. *Romulo*.

14. „ Vita *Alcibiadis* - hæcque titulum non præfert ullum, nec Præfationem, sed solum observandum est in ejusdem effigie ad pectus conspici fasciolam cum hac Epigraphe ALCIBIADE. GRECO.

In fine. *Vita Alcibiadis feliciter explicit*.

15. „ Photionis Atheniensis ex Plutarcho vita in latinum traducta feliciter incipit.

Ad cujus capitis verticem in uno Quadrati angulo PHO., in opposito legitur. TIONIS.

In fine: *Photionis vita feliciter explicit*.

16. „ Francisci Philelphi ad Illustrem Principem Malatestam Novellum Præfatio „ in Galbæ Cæsaris vitam ex Plutarcho Cheronensi in latinum traductam.

Plutarchi Præfatio in Galbam Cæsarem. Hæc vita titulo caret, atque initiali majuscula littera. Non deest tamen ipsius effigies cum his verbis nigri coloris *Galba Romano*. (*g*)

17. „ Francisci Philelphi ad illustrem Principem Malatestam Novellum Præfatio „ in Othonis Cæsaris vitam ex Plutarcho Cheronensi traductam.

Titulus vitæ. *Plutarchus de Othone Cæsare*. (*h*)

Codex,

(g) Hujus Præfationis partem dedimus in Cap. V. Tomi I. nostri Catalogi inscripto: *Monumenta, & Testimonia ad Malatestæ Novelli laudes spectantia* pag. 24. Præfationes ejusdem Philelphi tam in Galbam, quam in Othonem Cæsares lucem videre merentur.

(h) Vitæ, quas hucusque ex hoc Codice recensuimus, non æquant numerum earum omnium, quas

Codex, uti superior, conspicuus, accurate a Librario exaratus. Ad omnes vitas Numismata depicta visenda sese offerunt observatione digna: Litteræ etiam fere omnes ductæ sunt super laminam auream, & rubri coloris, atque cærulei sunt. Codex est ejusdem Sæculi scilicet XV.

IN III.

Historia Sacra ab origine mundi, usque ad Ascensionem Domini.

Historiam hanc præcedit Prologus, & quamvis inscriptio non occurrat, quæ hujus Historiæ Auctorem prodat, nihilo tamen minus ex Prologi contextu optime deprehenditur, Auctorem esse Petrum Presbyterum Trecensem.

Ante Prologi principium in paginæ medio legitur. *Prologus*: dein. *Incipit Prologus Epistolaris. Lege feliciter.*

Prologo completo sequitur. *Incipit scholastica historia*, quæ Præfationis vicem gerit ad Sacram Historiam, & in ipsius fine pariter occurrit. *Lege feliciter.*

Subjicitur liber *ad Genesim* spectans hoc titulo.

De Creatione Mundi.

Succedunt ad Exodi librum spectantia hoc Lemmate. *Explanatio Exodi*. Subsequitur Historia *Levitici*, quæ parvam habet Præfatiunculam; ad ipsius calcem legitur. *Explicit Præfatio*: & postea: *Incipit liber tertius*, ex quo intelligimus hanc Historiam in libros esse distinctam. Subinde *Numerorum Historia. Incipit Præfatio feliciter*, & ad finem. *Explicit Præfatio, & incipit liber quartus. Lege feliciter*. Venit postea Historia *Deuteronomii* cum sua Præfatione, & ad finem ipsius similiter legitur. *Explicit Præfatio.*

Incipit liber quintus. Epilogus cum additionibus, & determinationibus.

1. His expletis Libris, occurrit statim Liber *Josue*, unde legitur. *Incipit Liber Josue*, qui liber sua non caret Præfatione. Ad hujus libri calcem scriptum est. *Explicit Liber Josue.*

2. *Incipit Liber, sive Historia Judicum.*

3. *De Idolo Michæ. Incipit Historia feliciter.*

4. *De Ruth. Incipit feliciter.*

5. *Primus liber Regum incipit feliciter. Historia Libri Regum*. In fine hujus Libri, & in initio subsequentis legitur. *Explicit primus Liber Regum. Incipit secundus feliciter*, & sic deinceps ad omnes alios Regum Libros, cum contineat hoc Opus etiam Historiam Libri quarti Regum, cujus terminus est: *Explicit Liber quartus.*

6. *Historia Tobiæ.*

7. *De Susanna*. Et in Codice hac de Historia legitur. *Historia Susannæ, quam Hebræus non habet in libro Danielis, & vocat eam fabulam; non quod inficietur rem gestam, sed quia in ea falsum legitur de Sacerdotibus lapidatis &c.*

8. *Incipit Historia de Judith feliciter.*

9. *De Machabæis.*

10. Sequitur postea, *De Conceptione Præcursoris* – Item *de Conceptione Salvatoris – De Cantico Angelorum – De Circumcisione Domini – De Magis – De Oblatione– De Ypapante Domini – deque aliis ad Christi Ascensionem*. (i)

quas græce scriptas Plutarchus reliquit, & ideo jungi his debent reliquæ in Codice III. Plutei XVII. hujus sinistræ partis existentes, quas quamprimum describemus.

(i) Petrus Trecensis ex Presbytero, ac Decano Ecclesiæ Cancellarius Parisiensis, & Canonicus S. Victoris Parisiis factus, qui floruit Sæculo XII., hanc concinnavit Historiam Scholasticam, eamque dicavit Guilelmo Archiepiscopo Senonensi, ac eam scripsit ab anno 1169. ad annum 1175. Non solum Expositionem Librorum Veteris, ac Novi Testamenti composuit; sed etiam,

Ad Codicis finem hæc ſunt verba. *Explicit Hiſtoria feliciter ſcripta per me Johannem Antonii de Spinallo. Anno Domini MCCCCLIII.* Codex iſte in duas columnas eſt diſtributus ab ipſo Librario.

I N I V.

1. Svetonii Tranquilli *de Geſtis XII. Cæſarum* Libri ſunt XII. (*l*).

Primi Libri exordium eſt. *Divus Julius Cæſar annum agens ſextum decimum Patrem amiſit &c.* Primus hic liber ſuum exhibet titulum; ceteri vero carent.

Duodecimus, & ultimus in hæc deſinit verba. *Sicut ſane brevi evenit abſtinentia & moderatione inſequentium principum.*

In fine hujus libri legitur litteris rubri coloris. *Deo gratias. Svetonius Tranquillus de duodecim Cæſaribus feliciter explicit*; & poſtea hi tres ſequuntur verſus.

Tam bene deſcripſit Svetonius acta priorum
Cæſarum ne quis ſtilo narrare ſequentium
Audeat: at ſi qui vulgari themate cantant.

2. Synopſis rerum geſtarum ab Imperatoribus Romanis a multis Scriptoribus elucubrata, quæ etiam *Hiſtoria Auguſta* appellatur.

Ad ſupremum primæ paginæ limbum legitur ADRIANUS.

Poſtea titulus eſt. *Geſta Romanorum Principum, ſeu Imperatorum, & Reipublicæ invaſorum a Divo Adriano uſque ad Numerianum Auguſtum ab Hiſtoriographis ſcripta diverſis, & primo de jam dicto Divo Adriano.*

Helius Spartianus incipit feliciter.

1. Initium hujus Vitæ hoc eſt. *Origo Imperatoris Adriani vetuſtior a picentibus: Poſterior ab Hiſpanienſibus manat &c.*

In fine habetur. *De Divo Adriano feliciter explicit.*

2. *Geſta Veri Ceyonii Helii Comodi Cæſaris incipiunt. Helius Spartianus feliciter.*

Titulus eſt. *Helius verus Cæſar.* Parvi Prologi principium hæc habet. *Diocletiano Auguſto Helius Spartianus ſuus. In animo mibi eſt, Diocletiane Auguſte, principium maxime &c. &c.*

Exordium Hiſtoriæ hujus Helii Veri eſt. *Ceyonius Comodus, qui & Helius verus appellatus eſt &c.*

In fine. *Explicit Helius Comodus feliciter.*

3. *Geſta*

tiam, ut inter legendum plane conſtat adjecit multa deprompta ex Joſepho, aliiſque probatæ fidei, & ethnicis Scriptoribus. Si antiquas hujus Operis conſulamus Editiones, nullum in iis Librorum, ſive XVI. ut Labbeus, & Caveus, ſive XX. ut Trithemius, & Simlerus diſtinctionis veſtigium apparet, ſed tantum Hiſtoriæ diſtinguuntur, ut Hiſtoria *Geneſeos* per capita 115. Hiſtoria *Exodi* per capita 78. &c. In Codice noſtro liquido conſtat hanc Hiſtoriam Scholaſticam in libros eſſe diſtinctam.

(l) Hæ Svetonii vitæ in quibuſdam Codicibus ex Svidæ teſtimonio io VIII. libros diſtribuuntur: at aliis nempe M. Zucrio Boxhornio, & Pitiſco arridet ſingulas vitas ſingulis libris abſolvi, ideoque XII. Libros eſſe conſtituendos, ut non temere eſt in Codice noſtro. Eruditi tamen ſentiunt, Svetonium ipſum ſuum Opus in Libros VIII. diviſiſſe, quorum primi ſex libri vitas complectuntur primorum ſex Imperatorum: Septimus poſtea liber tres *Galbæ*, *Othonis*, & *Vitellii* continet. Octavus tandem alias tres comprehendit Gentis, & Familiæ Flaviæ, ſcilicet *Veſpaſiani*, *Titi*, & *Domitiani*. Ita docuit Doctiſſimus *Angelus Politianus* in Præfatione ad ipſum Svetooium, quæ denuo adjecta eſt, & primo Editioni cum Svetonii, tum aliorum Scriptorum *Hiſtoriæ Auguſtæ* Florentiæ anno 1725., atque hoc idem Is. Caſaubonus confirmat. His Scriptoribus nos ſubſcribimus. Addere præſtat, antiquiores aliquas Editiones nullum librorum, eorumque diviſionis habere veſtigium, ita eſt præ ceteris Aldina Editio, Venetiis in ædibus Aldi, & Andreæ Soceri Menſe Majo M.D.XXI., quæ apud nos extat. Corrigendus itaque Fabricius in Biblioth. latina lib. II. cap. XXIV. pag. 497., dum ſcribit. *Aldina* anno 1516. 8.

Svetonius Tranquillus Romanus Scriptor a *Vopiſco* emendatiſſimus, & candidiſſimus celebratur. Plinio Juniori familiaritate conjunctus; qua floruit ætate omnibus in aperto eſt.

3. *Gesta Antonini Pii Divi Augusti incipiunt. Julius Capitolinus feliciter.*

Incipit. *Antoninus Pius feliciter. Tito Aureliano pio paternum genus ex Gallia transalpina Nemanense scilicet avus Titus Aurelius Fulvus &c.*

In fine. *Explicit Antoninus Pius.*

4. Inscriptio. *Gesta Divi Marci Antonini Aurelii Philosophi Augusti verissimi incipiunt. Julius Capitolinus feliciter.*

Initium vero ipsius Operis seu vitæ Marci est hoc. *Marco Antonino in omni vita sua Philosophanti &c.*

In fine. *Explicit de Marco Antonino Augusto feliciter.*

5. Titulus. *Gesta veri Lucii Antonini Augusti incipiunt. Julius Capitolinus.*

Incipit. *Scio plerosque ita vitam Marci &c.* & in fine. *Explicit Lucius Antoninus.*

6. Epigraphe. *Gesta Comodi Antonini incipiunt. Helius Lampridius feliciter.*

Incipit. *De Comodi Antonini parentibus in vita Marci Antonini satis est disputatum &c.*

In fine. *Explicit Comodus Antoninus.* Librarius in hac Historia nonnulla omisit, unde variæ in ea apparent lacunæ.

7. *Gesta Pertinacis Augusti incipiunt.* Hoc est Lemma. Deinde. *Julius Capitolinus feliciter.*

Incipit. *Publio Helvio Pertinaci Pater Libertinus Helvius successor fuit &c.*

8. Titulus. *Gesta Didii Juliani incipiunt. Helius Spartianus feliciter.*

Incipit. *Didio Juliano, qui post Pertinacem imperium adeptus est &c.*

In fine. *Explicit Didius Julianus.*

9. *Gesta Avidii Cassii incipiunt. Vulcatius Gallicanus feliciter.*

Ita incipit. *Avidius Cassius, ut quidam volunt ex familia Cassiorum fuisse dicitur &c.* In fine nihil.

10. *Gesta Severi Imperatoris feliciter incipiunt. Helius Spartianus.*

In fine. *De Severo Augusto explicit.*

Si reliqua, quæ in Codice sequuntur, recensere distincte, atque ita, ut cœpi vellem, longior, quam par est, videri possem. Sufficiat igitur, si dicam, reperiri in Codice has omnes vitas, quas partim sub *Spartiani*, *partim sub Lampridii*, *partim sub Julii Capitolini*, *sub Vulcatii Gallicani*; & denique *sub Fl. Vopisci* nominibus circumferuntur; sæpiusque Typis excusæ sunt. Litteris tamen majusculis post vitam *Pupieni*, *& Albini* hæc in nostro Codice scripta cernuntur. *Hic ab iis Historiographis omittuntur duo Decii*: & alio etiam quodam loco hæc inveniuntur. *Hic omittuntur ab iisdem duo alii, qui post prædictos Imperium invaserunt.*

Observandum heic est, singulas has vitas Codicem iis ipsis Auctoribus adscribere, quos eædem in Editionibus præferunt, si Valeriani Senioris, Valeriani Junioris, duorum Galienorum, & Salonini vitas, vel gesta excipias, quæ in Codice nullum Auctoris nomen habent; at in MSS. tamen aliis Codicibus, itemque in Editionibus Trabellio Pollioni tribuuntur. (*m*)

M 2 3. *Tra-*

(m) *Augustæ Historiæ* hos Scriptores partim tertio floruisse Sæculo, partim initio quarti communi Eruditorum testimonio compertum nobis est, Imperatorumque gesta, historiasque ab Adriano ad Carinum, Numerianumque usque exhantlatis laboribus cnocinnasse pariter manifestum. De his Scriptoribus, quod sciamus, præter hæc ad nostram memoriam oihil quicquam pervenit. Hi suot. *Ælius Spartianus: Julius Capitolinus: Ælius Lampridius: Vulcatius Gallicanus: Trabellius Pollio: & Flavius Vopiscus.* Ast quamplurimi suspicantur, quattuor tantum agnoscendos esse harum Vitarum Auctores. Vulcatii Gallicani, inquiunt, habemus solam vitam Avidii Cassii, & tamen hæc aliis in Codicihus adscribitur *Ælio Spartiano*. Ulterius sibi persuadent nonnulli *Ælium Lampridium* non esse diversum ab *Ælio Spartiano*, cujus nomen putaot fuisse *Ælium Lampridium Spartianum*; atque ad haoc rem ostendendam multorum Codicum auctoritate utuntur, in quibus Vitæ, quæ adscribi solent *Lampridio*, tribuuntur *Spartiano*. De his Scriptoribus vide Commentatores *Historiæ Augustæ*, & præcipue Salmasium, Casaubonum, Vossium, Fabricium, qui collegit Eruditorum de iisdem judicium, & tandem Tillemootium in Diocletianum artic. XXVI. & XXVII.

3. *Trabellii Pollionis de XXX. Tirannis.*

4. Ejuſdem Trabellii de *Claudio Auguſto.*

5. Tandem *Flavii Vopiſci de Geſtis Imperatorum ab Aureliano uſque ad Numerianum, & Carinum.*

Codex eſt optime ſcriptus, ac totus eadem manu, qua Opus, quod præcedit, Svetonii, ad cujus primam paginam præter Svetonii imaginem, quæ variis eſt illuſtrata coloribus, ad ejus limbum Inſigne viſitur Malateſtæ Novelli; ac proinde dignoſcimus Codicem eſſe Sæculi XV. Hoc Svetonianum Opus in marginibus nonnulla characteribus rubris ſcripta habet, majorem textui declarationem afferentia.

I N V.

1. Juſtini Libri XLIV. *Hiſtoriarum Philippicarum, & totius mundi Originum, & terræ ſitus ex Trogo Pompeo excerptarum.*

Præcedit ejuſdem Juſtini Præfatio, quæ jam ſæpenumero cum præclaro Opere ſuo typis eſt commiſſa. Mentio Antonini Imperatoris, quam nonnullæ Editiones continent, ut ab aliis vetuſt. Cod., quos Viri docti laudarunt, ita ab hoc etiam noſtro Codice abeſt.

2. Lucii Annæi Flori *Hiſtoriarum* Libri IV. Hi libri Epitomen de geſtis Romanorum ſive rerum Romanarum continent ab V. C. ad Jani templum clauſum ſub Auguſto Imperatore. Scripſit, ut ipſe teſtatur, ſub Trajano Imperatore [*n*], floruitque Sæculo Chriſti II.

Ex recenſione Philippi Beroaldi hi quattuor libri *Juſtino* ſubjiciuntur, uti extant in noſtro Codice hoc Titulo. *Flori Epitomata* quattuor quam cultiſſima in X. T. Livii Decades, (*o*) ita in Editione Florentina anno 1510.

3. Ejuſdem *Abbreviatura cunctorum librorum Titi Livii.* Codex noſter, ut obſervavimus, Lucio Floro compendium ſingulorum librorum Titi Livii adſcribit, quod tamen penes eruditos, clariſſimoſque Viros certum non eſt.

4. Sexti Rufi *de rebus geſtis Populi Romani*; & hoc opus victorias continet, & Provincias Populi Romani, fuitque dicatum Valentiniano ſecundo Auguſto. Diverſus eſt hic Scriptor a Sexto illo Rufo, qui & Avienæ nomen habuit, ut jam Nicolaus Antonius in Biblioth. Veter. Hiſp. cap. IX. pag. 161. aliique docuerunt.

5. Eutropii Chronicæ *Italiæ ab Jano uſque ad Totilam.* (*p*)

Codex

(n) Nonnulli malunt Annæum Florum ſub Adriano hoc Opus elucubraſſe, eum tamen ſub Trajano illud ſcipſiſſe declaret in ejuſdem Operis Præfatione. Hæc ibi verba ſunt. *Niſi quod ſub Trajano principe movet lacertos, & præter ſpem omnium ſenectus Imperii, quaſi reddita juventute revireſcit.* Qui autumant ſub Adriano Florum edidiſſe hoc Opus, utuntur lectione unius Nazariani Codicis relati in Biblioth. latina Fabriciana lib. II. cap. XXIII. pag. 625. Edit. Venet. anno 1728., qui Codex legit -- *movit lacertos.* At his aſſentiremur ſi legeret *reviruit*, & quod caput eſt, ſi Hadriani mentionem faceret. Alia vero ſcripſiſſe Florum Adriani ætate oſtenditur ex Chariſio, a quo citantur aliqua Opera ad D. Adrianum; & Spartianus in Adriani vita refert, cum Floro Poetæ ſcribenti ad ſe. *Ego nolo Cæſar eſſe &c.* reſcripſiſſe: *Ego nolo Florus eſſe &c.*

(o) Hic titulus *Flori Epitomata &c.* placere non poteſt. Nam ut mittamus, Decades Liviani Operis (ſi illud in Decades diviſum ab ipſo Livio volumus, quod tamen non ita eſſe alibi monuimus) non decem ſolas, ſed quattuordecim fuiſſe, quæ tamen heic decem dicuntur; ut id, inquam, mittamus, illud etiam falſum eſt, quattuor hos libros *Flori* Epitomen, ſive compendium Liviani Operis eſſe, etſi de eodem argumento agant. In re, quæ ſatis apud Doctos explorata eſt, non immoramur.

(p) Chronicon Eutropio Italo Conſtantini M. ab Epiſtolis (ut ſcribit Lambecius ad Georgii Codini excerpta de originibus Conſtantinopolitanis) Codex noſter adſcribit, cum tamen illius Opus non ſit. Monuimus ſiquidem, ubi de *Breviario* Eutropii verba fecimus non differre a libris Paulli Diaconi, qui in Hiſtoria *Miſcella* poſt Eutropium ſequuntur, & ſi valde interpollati ibi occurrant, quique Landulpho tribuuntur.

Codex non excedit Sæculum XIV., ſuumque pretium habet, & niſi fallimur, obſervatione dignus ob varias lectiones.

I N VI.

Ptolomei *Coſmographia* cum ſuis Tabulis impreſſa *Bononiæ* per Dominicum de Lapis anno 1462.

At de hac edita Ptolomei Coſmographia ſermo erit, ubi poſt deſcriptos hujus ſiniſtræ partis manuſcriptos Codices de aliquibus editis Operibus differemus in ea exiſtentibus.



PLUTEUS

PLUTEUS XVI.

CODICES IN EO NUM. V.

IN I.

MArtiani Minei Capellæ *de nuptiis Philologiæ, & Mercurii, deque artibus liberalibus libri IX.* (*a*)

Primi duo libri sunt de *nuptiis Philologiæ, & Mercurii;* quorum inscriptio hæc est. *Incipit liber Marciani Minei Felicis Capellæ;* & puncto tantum interposito sequitur. *Remigius exponit.* (*b*) Expositionis hujus exordium his verbis auspicatur. *Primo transeundem est per septem prochas, ideſt circumſtantias, quæ extant in initio cujuſque libri autentici: quæ ut græco utamur eloquio ſunt &c.* Sunt ibi circumstantiæ sive prochæ græce exaratæ, sed litterarum elementis ferme evanescentibus. Nihil aliud tamen latine significant, nisi genera adjunctorum a Rhetoribus usitata juvandæ memoriæ caussa; nempe, *Quis, quid, ubi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando.* Ideoque hoc in Prologo Remigius plane ostendit qua usus sit methodo in hac sua Expositione elucubranda, quam nonnulli Commentarios appellant minus recte.

Libri primi initium est.

„ Tu quem psallentem thalamis, quem matre Camœna
„ Progenitum perhibent copula sacra Deum.
. . . .
. . . .

Finis vero ejusdem libri.

„ Quæ occultant aditis sacra latentibus
„ Jungantur paribus: nam decet auspiciis:
„ Et nostris cumulent astra nepotibus.

Ex his intelligimus Martianum Capellam varii metri carmina hocce in opere adhibuisse, quæ scilicet prosæ Orationi intermiscuit, qua suam hanc Satyram, ut constat, scripsit. (*c*)

Liber

(a) Apud Morerium in Dict. historico scriptum reperio, septem esse Libros, quibus hoc Opus constat, sed certe si solos septem in toto Opere credidit, erravit, cum novem sint, quos, ut publice hodie extant, acceptos fere debemus Thaddæo Uguleto Italo, ut monuit jam Laurentius Pignorius Epist. XVI. pag. 59.

(b) Remigius is est Antisiodorensis Monachus S. Germani Ordinis S. Benedicti, qui anno 882. a Falcone Archiepiscopo Remensi ad scholam ibi regendam fuit evocatus, floruitque Sæc. IX. teste Floduardo Hist. Rem. IV. pag. 9.

(c) Hic merito exscribimus, quæ habet Cl. Jo. Mabillonius in Opere inscripto. *Iter Italicum* pag. 221. *De Boetio, ejuſque libris de Conſolatione Philoſophiæ in veterrimo Codice Laurentianæ apud Florentiam Bibliothecæ hæc præmittuntur litteris Saxonicis. Quintus Fabius Conſul fecit hunc Prologum, vel Boetius ipſe &c.* Eo in Prologo præter alia hæc sunt. *Sed poſtquam a Rege reus majeſtatis convictus eſt, juſſus eſt retrudi in carcerem, in quo repoſitus hos libros per Satyram edidit; imitatus videlicet Martianum Felicem Capellam, qui primus libros de nuptiis Philologiæ, & Mercurii eadem ſpecie poematis conſcripſerat. Sed iſte longe nobiliore materia, & facundia præcellit; quippe qui nec Tullio impar ſit, nec Virgilio in metro inferior floruit.* Scripsit utique Martianus, ut mos est Afrorum, aspera quadam dictione; at in ipso vestigia quoque doctrinæ, & ingenii non proletaria offenduntur, & laudis multum illi advenit, si Boetius illum imitandum sibi proposuit eadem Poematis specie, quam Martianus primum invenit.

Liber secundus incipit.

Sed purum artificis cœlum scandebat habenis
Non revocans merso fulgentia sidera Phœbo.
. . . .
. . . .

Desinit.

Habes quid instent, si potestas cœlicum
Faveantque Musæ, & Chelis Latoja.

In fine legitur. *Marciani Minei Felicis Capellæ de Nuptiis Philologiæ, & Mercurii liber secundus explicit.*

Sequuntur reliqui septem Libri, & singuli singularum artium liberalium laudes, & præcepta complectuntur.

Lemma libri tertii hoc est. Incipit tertius ejusdem de *Arte Gramatica.*

Initium.

Rursum Camœna parvo
Phaleras parat libello.

Finis tertii libri.

Quantunque solo inditum libellulo
Potest probare serium fastidium.

In fine. *Marciani Minei Felicis Capellæ Afri Carthaginensis liber de Gramatica explicit.* (d)

Dein in Codice occurrit. *Incipit Commentum Remigii super ipsum librum.*

Inscriptio, quæ sequitur est. *Marciani Felicis Capellæ Afri Carthaginensis de arte Dialectica liber quartus incipit.*

Hæc quoque contortis stringens effamina nodis
Qua sine nil sequitur, nilque repugnat item.
. . . .
. . . .

Desinit.

Neque me conspiceret somnificam, vel temulentam
Loca passim blaterantem jovialibus suborsis,
Tamen uni famulandum est tibi Virgo. reticemus.

Deinde ad librum quintum præmittitur. *Marciani Minei Felicis Capellæ de Rhetorica liber quintus incipit.*

Ne longiores simus, a principio, & fine reliquorum Librorum exscribendo superse-

(d) Codex noster indicat Martiannm *Chartaginensem* fuisse, & ita Libri omnes manuscripti, quos viri docti laudant, & quorum quosdam ipsemet Romæ vidi. Non longe a fine ultimi Libri hæc de se ipso canit.

Decerptum falce jam canescenti rota
Beata alumnum urbs Elisæ quem videt.

His verbis se urbis Elisæ alumnum prædicat, ideoque, vel Carthagine vixisse, vel ibi saltem fuisse educatum cognoscimus, unde *Chartaginensis* sit appellatus. Hugo Grotius tamen *Medaurensem* a Cassiodoro appellari Martianum nostrum affirmat. Ipsum Cassiodori locum, quod doleo, non indicat, nec eum in Operum Scriptoris illius Lectione reperire adhuc mihi contigit.

perſedemus, ad quorum ſingulos notatum obſervamus *Remigii* nomen Expoſitoris ipſorum librorum.

Adſunt ad ſingulos eos Libros Tituli *de Geometria*, *de Aritmetica*, *de Aſtronomia*, & denique *de Muſica*, & Libri de hac agentis poſtrema Carmina hæc ſunt.

Ob hoc creatum Pecaſeum gurgitem
Decente quando poſſem haurire poculo;
Teſtem ergo noſtrum, quæ veternum prodidit
Secute nugis nate ignoſce lectitans.

In fine hæc leguntur verba. *Hucuſque locuta eſt Satira*. SECUTE TU, *ideſt dum ſecutus fueris. Marcianus loquitur ad Filium ſuum*. NUGIS, *ideſt vilibus carminibus*. NATE, *ideſt o Fili*. IGNOSCE, *ideſt indulge*. LECTITANS, *ſæpe legens. In hoc ultimo verſu videtur: quod non minor Marcianus ad Patrem: ſicut in quibuſdam Marciani libris habetur; ſed ſenior Marcianus ad minorem, ideſt ad Filium loquitur cum dicit.*

Secute nugis nate ignoſce lectitans. Deo gratias.

Verba hæc poſtrema ſunt Remigii, niſi fallimur, Expoſitiones. (*e*)

Codex optimæ notæ eſt, ſi non venuſtate; lectione tamen accurata, (dummodo abbreviaturæ, & ſcriptionis forma intelligatur), in qua raro errores deprehenduntur. Quod non parvi certe faciendum. Siquidem novimus Franciſcum Vitalem Bodianum in Epiſtola ad Joannem Chæregatum Epiſcopum Chatarenſem profiteri in Editione Vicentina anno 1499. ſtudio ſuo curata, ſe duo millia errorum emendaſſe; Thomam Munckerum notis ad Mytologos latinos pariter teſtari, multa addidiſſe, & correxiſſe; hoc idem fateri Joannem Fride. Gronovium Epiſtola ad Gaſparem Hofmannum inter epiſtolas Georgii Richetti pag. 561.; adeo verum eſt, non ita facile Codicem Martiani Capellæ accurate ſcriptum inveniri. Accedit, quod Expoſitio, ſive Commentarius Remigii exiſtimatur ineditus. Codex fortaſſis eſt ſub finem Sæculi XIII.

IN II.

1. Opus, quod in hoc Codice primo loco occurrit, nullam Epigraphen, nullum Auctoris nomen præfert: ſed tamen ex ejus lectione patet eſſe Opus illud, quod ſub *Hegeſippi* nomine circumfertur *de Excidio Hieroſolimitano*; idque ipſum diſcetur ex verbis, quæ Librarius ad finem Operis poſuit, quæ verba paulo poſt exhibebimus.

In quinque Libros Opus diviſum eſt, quorum primus ita incipit. *Quattuor libros Regnorum quos Scriptura complexa eſt Sacra, etiam ipſe ſtylo proſecutus uſque ad captivitatem Judeorum murique excidium, & Babylonis triumphum hiſtoriæ in morem compoſui. &c.*

In fine libri legitur: *Explicit liber primus feliciter; incipit ſecundus.*

Secundus hic liber initium ab his verbis ducit. *Sepulto Herode libera ut in defuncto ſolent judicia populi deprimebantur*. & in fine ejuſdem. *Explicit de Machabæis*

(e) Martianos Felix Romæ ſcripſit temporibus Leonis Thracis, Barthius pag. 517. Adverſar. Chriſtianum fuiſſe exiſtimat. Allegatur Felix Capella libro de nuptiis Mercurii, & Philologiæ a Fulgentio de priſco ſermone in cælibatum. Operis ipſius Exemplaria extant in Bibliotheca Mediceo-Laurentiana, cujus Catalogum accuratiſſimum Cl. Bandinius publicam in lucem dedit, quodque exemplar Mediceum laudat Politianus cap. 59. In Bibliotheca Cottoniana cum expoſitione in ipſum Capellam Joan. Scoti Eriginæ, & in Bibliotheca Sereniſſ. Regis Angliæ cum Commentario Dunchanti *Hibernenſis*: quod didicimus ex Bibliotheca latina Fabricii lib. III. cap. XV. pag. 640. Edit. Hamburgi. Commentaril vero Remigii perrari ſunt, nec alibi facile inveniuntur, quod ſciamus; hos Manuſcriptos habuiſſe Jacobum Perizonium, quos legavit Biblioth. publicæ Leydenſi, didicimus ex Prolegomenis ad Collectionem Piſaurenſem omnium Poematum, Carminum &c. Tom. VI. pag. IV.

chabæis liber secundus: incipit tertius; in quo libro capto Josepho mira ejus describuntur.

Sequuntur alii duo libri, quorum postremi initium est. *Anno primo delati imperii Vespasiano: bellis asperis, & seditionibus domesticis lacerabatur. &c.*

Hoc quioto libro numeris omnibus absoluto sequentia occurrunt. *Explicit liber quintus Historiarum Hegisippi Jerosolimitani eucidii a beato Ambrosio eu græco sermone in latinum traslatus decenter.* (*f*)

2. Valerii Maximi *dictorum, & factorum memorabilium ad Tyberium Cæsarem liber primus incipit.* (*g*)

Huic primo libro Capitula præceduot materias omnes indicantia, de quibus in eo tractatur; immo omnibus aliis in Libris usque ad oonum inclusive semper anteeunt propria Capitula res, de quibus agitur, demonstraotia. In fine ooni libri, & ultimi totus habetur Index novem Librorum, rerumque, quas tractat, qui universalis dici potest.

Codex oil aliud præterea continet observatu dignum, exaratumque esse Sæculo XIV. existimamus.

I N III.

Joannis Boccacci Certaldensis *de casibus illustrium virorum.*

Titulus Præfationis, quæ præcedit, hic est. *Generoso Militi Domino Maghmardo de Cavalcantibus de Florentia præclaro regni Siciliæ marescialllo Joannes Boccaccius.*

In hoc Codice Libri IX. tantum occurrunt, licet in Editionibus X. exhibeantur, præcipue in illa Augustæ Vindel. aono 1544. Hoc inde factum judicamus, quod nostri Codicis enarratio est solum *de Casibus illustrium Virorum*, neque in eo reperitur additamentum *et Fœminarum*, uti legitur in laudata Editione.

In fine Librorum extat Index locupletiss.mus rerum cmnium, de quibus in ipsis libris agitur.

Tandem legitur. *Explicit liber de casibus Virorum illustrium compositus per Joannem Boccaccium de Certaldo Laureatum.*

Dein. *Finitus est liber iste anno Millesimo Quadringentesimo decimo tertio, feria sexta ante Festum Sanctæ Barbaræ Virginis per Nicolaum Prutenum cognominatum Sfabensop De songerborg.*

I N IV.

Auli Gellii *Noctium Atticarum* Libri XX.

Unusquisque hujus Operis liber præfixum habet iodicem, seu Rubricas Capitum, in quæ divisus est. Liber sextus in hoc Codice est acephalus; liber vero octavus, ut in Editionibus, ita io hoc etiam Codice totus deest, ac solus index Capitum, quæ in eo contioebantur. Indices hi, sive argumenta Capitum Gelliani Operis, sintne ipsius *Gellii*, an potius *Avieni* ioter Eruditos nonnulli dubitant.

Hac sui Operis Inscriptiooe, scilicet *Noctium Atticarum* occasiooem Gellius

 præbuit

(f) Hegesippus teste Eusebio lib. IV. Histor. Eccl. ex Judæo Christianus *vicinus Apostolicorum temporum* scripsisse ipsemet se innuit circa ætatem, qua floruit *Irenæus*, atque defunctus est sub initium Imperii Commodi, ut observarunt viri docti ex Auctore Chronici Alexandrini. De ipso S. Hieronymus de *Scriptoribus Ecclesiasticis* habet. *Omnes a Passione Domini usque ad suam ætatem Ecclesiasticorum actuum texens historias, multaque ad utilitatem legentium pertinentia hinc inde congregans quinque libros composuit, ut quorum vitam sectabatur dicendi quoque exprimeret characterem.* Codex noster hos quinque libros Beato Ambrosio tribuit, versosque ab eo indicat ex Hegesippo. Eosdem Viri docti haud pauci ab Ambrosio versos non dubitant, sed ex *Josepho*, ita tamen ut Ambrosius liberiore stilo eos ex Josepho expresserit. Aliud tamen censet Thomas Ittigius in Prolegomenis ad Josephum, & Benedictini Patres neque stilum, neque ingenium Ambrosii in illa versione agnoscunt.

(g) Quæ scribit Erasmus in Ciceroniano de hoc Scriptore Eruditis est notum; sat nobis est judicium Gellii lib. 1. cap. 7. Plinii lib. VII. aliorumque, qui opus esse jucundum, utile, varium prædicant.

præbuit multis Scriptoribus, ut eum imitarentur, & ideo Henricus Stephanus *Noctes Parisinas* scripsit. *Brixianas* Felicianus Betera. *Romanas* Curtius, Lancillottus. *Tusculanas*, & *Ravennates* Joannes Matthæus Cariophyllus, aliique alias scripserunt. De ipso Gellio Augustinus *de Civitate Dei*, ait: *Vir elegantissimi eloquii, & multæ, & facundæ eloquentiæ.* (*b*)

Codex ad limbum primæ paginæ exhibet Malatesteum Insigne, scilicet Craticulam, atque Sæculo XIV., ut apparet, est scriptus.

I N V.

Xicci Polentoni Patavini *de Latinis Scriptoribus* Libri XVIII.

Epigraphe libri primi ejusmodi est. *Clarissimi Viri Xicci Polentoni Patavini de illustribus Viris Scriptoribus latinis liber primus.*

Præcedit Auctoris Præfatio, quæ ita incipit. *Profitetur: mi Polydore suavissime fili: opus hoc ad te scriptum vitas Scriptorum illustrium Latinæ linguæ. Hæc quidem rei summa est. At si attendimus ordinem: præcedunt doctrinarum Inventores: deinde Poetæ: postea Historici veniunt: novissime commixta quædam Oratorum & Moralium sequitur acies &c.*

Definit in hæc verba. *Sed facilior ut inventio habeatur: singulas & litterarum ex ordine & librorum e numero nominemus.* Statim index sequitur accuratissimus Scriptorum omnium cum Librorum indicatione; & hic index indistinctus est a Præfatione, sive Procemio, cum ad Indicis finem legatur. *Explicit Procemium.*

Cum hoc Opus non sit typis commissum, neque in Bibliothecis facile inveniatur, hunc indicem exscribere operæ pretium judicamus; & quoniam in Codice duabus columnis esse exaratum observamus; in ea re ab Exemplari non recedemus; quod nec in mendosis vocibus emendare conabimur.

„ Aritmeticæ origo. Libro primo.
„ Astrologiæ origo. Libro primo.
„ Accius poeta. Libro secundo.
„ Amatorii poetæ. Libro secundo.
„ Arator poeta. Libro quarto.
„ Annales Romani. Libro sexto.
„ Allicus historicus. Libro sexto.
„ Alcuinus Gallus histo-
„ ricus. Libro septimo.
„ Aulus Gellius. Libro octavo.
„ Apulejus. Libro octavo.
„ Albertinus Musajas hi-
„ storicus, & poeta. Libro quarto.
„ Aellius Lampridius hi-
„ storicus. Libro septimo.
„ Aellius Spartianus histo-
„ ricus. Libro septimo.
„ Benvenutus Imolensis. Libro septimo.
„ Beda Anglicus. Libro octavo.
„ Boetius Philoso-
„ phus. Libro decimo octavo. N.
„ Comici poetæ. Libro secundo.
„ Cecilius poeta. Libro secundo.
„ Catullus Veronensis poeta. Libro secundo.
„ Centona. Libro quarto.
„ Claudianus poeta. Libro quarto.
„ Cornelins Tacitus. Libro septimo.
„ Cornelius Nepos. Libro octavo.
„ Cato superior. Libro nono.
„ Cicero. Libro decimo.
„ Cassiodorus. Libro decimo octavo. P.
„ Dialecticæ origo. Libro primo.
„ Dantes poeta. Libro quarto.
„ Dithas Cinosius. Libro quinto. F.
„ Donatus Gramati-
„ cus. Libro decimo octavo. *H.*
„ Ennius Tarentinus
„ Poeta. Libro secundo. H.
„ Eutropius Historicus. Libro octavo.
„ Eusebii Cesariensis. Libro octavo.
„ Furius poeta. Libro secundo.
„ Franciscus Petrarcha
„ poeta. Libro quarto.
„ Fabius Pictor historicus. Libro sexto.

„ Flavius

(h) Romanus fuit Aulus Gellius; Romæ Rhethoricæ disciplinæ Cornelium Frontonem Præceptorem habuit. Athenis postea Favorini T. Eustachii auditor fuit. De Gellii ætate consulendus Eminentiss. Norisius in Cenotsphiis Pisanis pag. 464., & etiam Salmasius libro de Hellenistica. Codex noster plsne legit Auli Gellii, sicut legunt sex Vaticani, aliique aliarum Bibliothecarum Codices a Viris doctis laudati, & omnes, vel ferme omnes Libri typis vulgati.

„ Flavius Vopiſcus. Libro ſeptimo.
„ Fereotinus rei militaris auctor. Libro octavo.
„ Grammaticæ origo. Libro primo.
„ Geometriæ origo. Libro primo.
„ Gaufredus poetriæ ſcriptor. Libro quarto.
„ Horatius Veouſinus poeta. Libro tertio.
„ Hiſtoriæ officium, & dignitas. Libro quinto.
„ Honorius ſolitarius temporum ſcriptor. Libro octavo.
„ Juvenalis poeta. Libro quarto.
„ Juvencus poeta. Libro quarto.
„ Joſephus hiſtoricus. Libro quioto. B.
„ Juſtinus Troghi abbreviator. Libro quinto. E.
„ Julius Cæſar Togatus. Libro ſexto.
„ Julius Capitolinus hiſtoricus. Libro ſeptimo.
„ Julius Africanus temporum ſcriptor. Libro octavo.
„ Joachinus Abbas. Libro octavo.
„ Iſidorus ethimologiarum ſcriptor. Libro decimo octavo. S.
„ Johannes Boccaccius hiſtoricus. Libro octavo. I.
„ Johannes Bonus Andreæ temporum ſcriptor. Libro octavo.
„ Litterarum origo. Libro primo.
„ Legum origo. Libro primo.
„ Livius poeta latinorum primus. Libro ſecundo.
„ Lucillus poeta. Libro ſecuodo.
„ Lucretius poeta. Libro ſecundo.
„ Lucanus poeta. Libro quarto.
„ Lucius Piſo hiſtoricus. Libro ſexto.
„ Lucius Cellius hiſtoricus. Libro ſexto.
„ Lucius Luccius hiſtoricus. Libro ſexto.
„ Lucius Florus abbreviator Titi Livii. Libro ſexto.
„ Lactantius Firmianus. Libro decimo octavo. E.
„ Muſicæ origo. Libro primo.
„ Medicinæ origo. Libro primo.
„ Macer Veronenſis poeta. Libro ſecundo.
„ Marcianus Coquius poeta. Libro ſecundo.
„ Magiſtratus Romani. Libro tertio.
„ Martialis Capella. Libro decimo octavo. B.
„ Macrobius. Libro decimo octavo. R.
„ Hennius poeta Comicus. Libro ſecundo.
„ Ovidius Naſo poeta. Libro ſecundo.
„ Octavianus Cæſar hiſtoricus. Libro ſeptimo.
„ Oroſius hiſtoricus. Libro octavo.
„ Philoſophiæ origo. Libro primo.
„ Poeſis origo, dignitas, „ officium. Libro ſecundo.
„ Plautus Poeta Comicus Libro ſecundo.
„ Pacunius Poeta. Libro ſecundo.
„ Perſius Poeta. Libro quarto.
„ Prudeotius Poeta. Libro quarto.
„ Paulus Diaconus hiſtoricus. Libro octavo.
„ Proſper temporum ſcriptor. Libro octavo.
„ Pompooius Mela Coſmographus. Libro octavo.
„ Plioius ſecuodus ſuperior. Libro octavo.
„ Plinius ſecundus inferior. Libro octavo.
„ Ptolomeus Alexandrious Coſmographus. Libro octavo.
„ Palladius rei agrariæ magiſter. Libro decimo octavo. G.
„ Priſcianus Grammaticus. Libro decimo octavo. Q.
„ Quintus Curtius hiſtoricus. Libro quinto. C.
„ Quiotus Aſconius Rhetor. Libro decimo octavo. C.
„ Rhetoricæ origo. Libro primo.
„ Seneca tragicus poeta. Libro quarto.
„ Statius Toloſaous poeta. Libro quarto.
„ Silius Italicus poeta. Libro quarto.
„ Sedulius poeta. Libro quarto.
„ Saluſtius hiſtoricus. Libro ſexto.
„ Svetonius hiſtoricos. Libro ſeptimo.
„ Sextus Aurelius hiſtoricus. Libro ſeptimo.
„ Sextus Ruffus hiſtoricus. Libro octavo.
„ Solinus Coſmographus. Libro octavo.
„ Seneca moralis. Libro decimo ſeptimo.
„ Servius grammaticus. Libro decimo octavo.
„ Simacus Philoſophus. Libro decimo octavo. O.
„ Theologiæ origo. Libro primo.
„ Tereotius poeta Comicus. Libro ſecundo.
„ Turpilius poeta Comicus. Libro ſecundo.

„ Tibullus poeta lascivus. Libro secundo.
„ Trogus Pompejus histo-
„ ricus. Libro secundo. D.
„ Titus Livius historicus. Libro sexto.
„ Trebellius Pollio histo-
„ ricus. Libro septimo.
„ Terentius varo Philoso-
„ phus. Libro nono.
„ Virgilius poeta. Libro tertio.
„ Valerius antius historicus. Libro sexto.
„ Valerius maximus histo-
„ ricus. Libro octavo.
„ Victor temporum scri-
„ ptor. Libro nono.
„ Urbius Cosmographus. Libro octavo.
„ Vitruvius de Archite-
„ ctura. Libro octavo. A.
„ Victorinus Rhetor. Libro decimo octavo.
„ Vegetius rei militaris
„ magister. Libro decimo octavo. L

Ad finem, ut supra diximus, legitur -- *Explicit Proœmium*.

Observandum heic solerter, Librarium in hoc Indice non semel erraſſe, quippe cum videamus, ex Libris octodecim, quibus hoc Opus *Xicci* constat, plerosque ab eo numquam in hoc Indice memorari; quasi Vitæ omnes illustrium Virorum, quas Xiccus scripsit, in aliis tantum Operis libris, non etiam in illis, de quibus Index silet, contineantur. Quod non ita est. Idem tamen Librarius errorem suum postea agnovit, & medicinam ei facere voluit; sed ita ut nihil in suo Indice deleret, ne lituris scilicet Codicem conspurcaret. Itaque quibus locis in eo indice Vita alicujus ad alium, quam qui debuerat, Librum relata a se fuerat, iis majusculas quasdam Alphabeti litteras (quæ a nobis minime omissæ sunt) apposuit; nempe ut indicaret eam Vitam non in Libro, quem designarat, sed in eo, cui illa littera secundum ordinem, seu numerum, quem in Alphabeto tenet, respondet, quærendam esse: exempli gratia in Libro XV. si littera Q.; vel in Libro XII. si littera N. apposita cernatur. Hoc observare placuit, ut absque confusione, & errore Vitæ illustrium Virorum in *Xicci* Opere reperiantur.

Post Præfationem, & Indicem sequitur: *Liber primus feliciter incipit*. (i)

Quamquam nobis: Polydore mi suavissime fili: ad quæ intenderat animus: doctrinarum studia sit otii multum parum: quod me aliquando publicum munus: interdum forensis labor: sæpe res familiaris impediat: partem quoque sibi naturæ necessitas vendicat: aducor tamen delectatione quadam studii litterarum &c.

Clauditur totum hoc Opus, sive liber XVIII. his verbis. *Noster autem Isidorus Hispalensis. Hispaniæ civitas est: & Sibilia appellatur: cum Heraclius imperaret junxit libros qui habentur XX. Ethymologiarum* (l)

Finis Laus Deo.

Codex est Sæculi XV., & nitide exaratus. Occurrit in Petrarchæ vita quædam paginarum transpositio, sed ex scripturæ forma facile ipsius vitæ continuatio deprehenditur.

PLUTEUS

(i) Xiccus Polentonus Patavinus, quem Papadopolus Hist. Gymn. Patavini Tom. II. lib. III. cap. VII. pag. 169. Xycum Rictium, alii Siccum appellant, floruit sæculo XV., atque perhibetur diem obiisse anno 1463. Patavii; ejusque Tumulo insculptam epigraphen exhibet Tomasinus Inscrip. Urb. Patav. pag. 131. num. 5.

XICCO POLENTONUS QUEM SCRIPTA DISERTA DECORANT.

Et in Epitaphio Filii ejusdem *Modesti* hæc leguntur.

XICCONIS POLENTONI EXIMII ORATORIS FILIO. Ipsius Opera lectu dignissima laudantur a Pignorio de antiq. Script. Patavinis, & a Papadopolo loco citato.

(l) Opus hoc de *illustribus Scriptoribus* absolverat anno 1433., *cujus autographum*, ait Papadopolus, *Scardeonius habebat. Cessit deinde in rem Illustrissimæ familiæ de Lazara Comitum Paludis majoris ad Consilvanum*. Ex hoc Opere pleraque habent tum Scardeonius ipse, tum maxime Pignorius. Hoe opus ineditum est, et quamvis narrentur ea, quæ ab aliis scripta sunt, nihilo tamen minus quædam in variis Vitis Virorum illustrium occurrunt notatu digna, & aliqua non proletaria de *Dante*, & *Petrarcha*. Scripsit etiam Vitam S. Antonii Patavini, cujus Exemplar manuscriptum reperitur in Bibliotheca Cœnobii nostri Ravennatis, quam evulgavit Pater Azzoguidius Ordinis nostri in prima Sermonum S. Antonii Editione.

PLUTEUS XVII.

CODICES IN EO NUM. V.

IN I.

1. INscriptio, quæ nobis sese offert, hæc est.
P. Candidi de civilibus Romanorum Bellis ex Appiano Alexandrino traductis in latinum liber primus feliciter incipit.

Hujus Operis Libri sunt quinque; & primus hoc habet initium.

Senatus populusque Romanus mutuis sæpenumero contentionibus de legum latione: vel si quando debitorum abrogationes: agrorumve partitiones fierent: vel in comiciis una adessent diffidebant &c.

Finis hujus libri primi est. *Sic contentio me in majus excrescere cunctorum opinione putabatur: feliciter dissoluta est annum circa sexagesimum civilium bellorum: maxime a Tiberii Gracchi interitu.*

Ad finem ipsius scriptum legitur.

„ P. Candidi de civilibus Romanorum Bellis ex Appiano Alexandrino tradu-
„ ctis in latinum liber primus finit. Incipit secundus.

Ad finem libri secundi, tertii, quarti, & quinti idem & ipse habetur desinendi modus, & quintus liber desinit in hæc verba.

Ac mihi quidem visum est Illiorum (a) res utique diligenter a me cognitas: neque propriæ scriptionis adimplentes onus (b) aut provinciam alibi sortitas ejus temporis: quo gestæ sunt in fine prius jungendo scribere, easque Macedoniæ illis finitimæ.

Deinde. „ P. Candidi de civilibus Romanorum Bellis ex Appiano
„ Alexandrino traductis in latinum liber quintus & ultimus finit.

2. Titulus est. *P. Candidi liber qui inscribitur Illyrius ex Appiano Alexandrino traductus de græco in latinum incipit.*

Illyrios græci eos existimant: qui supra Macedoniam & Thraciam a Chaonibus & Thesprotis ad fluvium Istrum sedes habent &c.

Desinit. *Nunc autem ex quo Mysios Illyrios Romani existimant: hic liber a me Illyriorum appellabitur: qui ut absolutus crederetur præscribere visum est Lucullum jam antea sub populo imperantem Mysios excurrisse. Tiberium vero sub Monarchia illos recepisse.*

3. *P. Candidi liber qui inscribitur Illyrius ex Appiano Alexandrino traductus de græco in latinum finit. Incipit liber: qui inscribitur Celticus.*

Initium est. *Celsæ primi Romanis insurrexisse dicuntur: urbem quoque capitolio excepto: vi captam incendisse.*

Finis vero. *Nam prius idem motus mare perturbaverat: & exercitus hinc inde per fluctus jactabatur sensim primo: deinde vehementius: donec violenta tandem promptitudine Brittanniam Insulam ingressus est.*

Postea. *Explicit Celticæ Historiæ liber perbrevis feliciter.*

4. *Petrus Candidus Ludovico Petronio Equiti Senensi salutem.*

Hæc est Inscriptio Epistolæ ejusdem Petri Candidi Petronio scriptæ, quæ ita incipit.

Dedi librum Belli punici primi secundi tertiique Domino Nicolao Senensium Oratori &c. Claudi-

(a) Codex legit *Illiorum*: error sane Librarii est, cum legendum sit, uti legunt Editiones omnes; & ex ipso Operis contextu patet *Illyriorum*.

(b) Accuratæ Editiones rectius habent *Opus*, non ut Codex noster exhibet *Onus*.

Clauditur hæc Epiſtola. *Tum cognitione digniſſimos habebitis: ſi placuerit. Deus vota ſecundet. Ex Roma VII. Auguſti MCCCCLII.* (c)

Epiſtolam hanc excipit Præfatio, ejuſque eſt titulus.

„ Petri Candidi in libris Appiani Alexandrini ſophiſtæ ad Nicolaum Quintum „ Pontificem Maximum Præfatio incipit.

Hæc Præfatio hujuſmodi habet initium. *Appiani Alexandrini hiſtoriam ſeu veterum incuria ſeu temporum iniquitate deperditam: & veluti longo poſtliminio ad nos redeuntem: optime & maxime Pontifeu Nicolae quinte: tuo nutu tuoque imperio e græca latinam facere inſtitui. &c.*

Finem poſtea habet. *Et quidquid bonum: fauſtumque continget nobis: beatitudini & felicitati tuæ acceptum referemus.*

Inſuper in paginæ medio ſcriptum legitur.

Appiani Romanæ Hiſtoriæ Proœmium explicit.

Titulus ſequitur. *Incipit Deſcriptio Imperii. Traductio P. Candidi Equitis Devigerum.*

Romanorum hiſtoriam ſcribere adorſus neceſſarium in primis mihi exiſtimavi terminum proponere (d) quibus nationibus imperent Romani. &c.

Deſinit. *Appianus Alexandrinus prius quidem in patria degens: mou Romæ ſub Imperatoribus forenſes cauſas profeſſus quoad me ipſis inſervire putant. Sin & reliqua ſcire appetis etiam de his a me conſcriptum eſt.*

Proœmium hoc eſt. *Appiani Aleuandrini a Petro Candido translatum in latinum.*

5. *Appiani Alexandrini Sophiſtæ Romanorum liber incipit: qui inſcribitur Lybicus. Traductio P. Candidi. Lege feliciter.*

Incipit. *Carthaginem in Libia Phænices condidere annis quinquaginta ante Ili captivitatem. Conditores fuere Xorus, & Charchedon &c.*

Poſt paginas plurimas lacuna occurrit, ea nimirum ipſa, quæ in Editionibus cernitur inter verba: *Carthaginenſes plurimum frumenti in foro cumulatum ab Annibale intelligentes;* & hæc alia: *Pacem autem non admittere turpe & invidioſum eſt: quæ Scipio optime callens: ut apparet ejus ſententiam ad nos miſiſſe exiſtimo. &c.* quæ lacuna diſerte notatur in Editione Lugdunenſi anno 1560. his verbis: *Deſiderantur hic pauca quædam de populi tumultu, atque Romanorum conſultatione de rebus Carthaginenſium. &c.*

Sequitur deinde, ut in Editionibus, ita in noſtro Codice, reliqua pars Libri *Lybici:* ſed ita, ut ibi narratio tertii belli Punici, quo Carthago exciſa eſt, initium habet, noſter Codex hoc Lemma præmittat.

Tertium Punicum Bellum, quod Romani cum Carthaginenſibus geſſere ſumptum eu Libro Appiani Alſuandrini Sophiſtæ: qui Lybicus inſcribitur. Traductio Petri Candidi.

Deſinit Liber is Lybicus in hæc verba, ut in Editionibus.

In

(c) Petrus Candidus Decembrius Ticini natus anno 1399. Nicolai V. Summi Pontificis fuit Brevium Magiſter, & Mediolani defunctus eſt anno 1477. Multa ſcripſit, & multa nunc uſque luce non donata adſervantur in Bibliotheca Ambroſiana, e qua eruditiſſimus Joſephus Saxius *de ſtudiis litterariis Mediolanenſium* affert pag. 104. Elogium Emanuelis Chriſoloræ a Candido noſtro ſcriptum; aliaque fere innumera ejuſdem Candidi exhibentur cum a Franciſco Barbaro in Epiſtola ad ipſum, (cujus fragmentum Eminentiſſimus Cardinalis Quirinus eruditiſſimæ ſuæ Diatribæ de eximio eo Viro inſeruit); tum etiam ab aliis Eruditis; qua de re conſule præclarum Virum Joſephum Saxium Hiſt. Typographico-Litter. Mediolanen. pag. 292. uſque ad 306. Epiſtolarum Libros ejuſdem Decembrii Facius decem & ſeptem adnotavit: at illuſtratis a Saxio Decembrii Epiſtolis excreviſſe ad numerum vigeſimum quintum; teſte ipſo earum Auctore, prodit. Ibi indicat, & notat quibus ſcriptæ fuerunt. Hanc noſtri Codicis Ludovico Petronio Senenſi non memorat.

(d) Codicis lectio eſt: *terminum proponere*: Edit. Ven. per Bernardum pictorem, & Erhardum Ratdolt de Auguſta anno 1477. legit certe accuratius: *terminos praponere.*

In hunc modum romani Carthaginensibus olim parentem Libiam sibi subegere: & Carthaginis urbem a fundamentis erutam restituere denuo post eversionem duobus & centum elapsis annis. (e)

In fine hæc leguntur. *P. Candidi traductio in libris Appiani Alexandrini Sophistæ explicit. Et scriptus per me Joannem Antonii de Spinallo pro Magnifico, & Potenti Domino D. Malatesta Novello de Malatestis.*

Codex est Sæculi XV. accurate, et diligenter scriptus: ipsius lectiones cum Editionibus præcipue Veneta anni 1477. conveniunt. Ast in illo deest Liber, qui inscribitur *Parthicus*; simulque liber inscriptus *Mithridaticus*, quorum in variis Editionibus traductio est ejusdem Petri Candidi. Ad limbum primæ paginæ in Codice Malatesteum Insigne cum duabus Siglis M. N. effulget.

I N II.

1. Pomponii Melæ *Cosmographiæ sive de situ orbis* libri III.

Hoc Opus principe loco in hoc Codice occurrit, quod & si nullam iscriptionem præferat, quæ quisnam ejus Auctor sit, & quibusnam de rebus agat, ostendat, tamen Opus esse Melæ, quod indicavimus, ex contextu ejus perspicue patet.

Prima Codicis verba sunt. *Orbis situm aggredior: impeditum opus: nec facundiæ capax &c.*

Natione Hispanum Melam fuisse aperte ipsemet in primo suo libro prodit: Patriam etiam suam ibi memorat. Sed in ejus Urbis nomine Codices, Editionesque ita adeo discrepant, ut nihil certi definiri posse arbitremur. (f)

Ad Operis finem hæc verba leguntur. *Et unde initium fecimus ampelusa in nostrum jam fretum vergens promontorium operis hujus atque athlantici litoris terminus.*

In fine. *Cosmographi Melæ tandem est finitus hujusmodi Pomponii mira cognitione liber. Deo gratias.* (g)

2. Cornelii Taciti *Germaniæ descriptio.*

Hujus Libri exordium est. *Germania omnis a Gallis: Rhetiisque: & Pannonitis Rheno, & Danubio fluminibus a Sarmatis: Danisque mutuo metu aut montibus separatur &c.*

Finis. *Cetera jam fabulosa Hellusios, & Oxionas ora hominum: vultusque: corpora; atque artus ferarum gerere: quod ego ut incompertum: in medium relinquam.*

Hoc Taciti opus una cum ipsius Annalibus, de quibus supra verba fecimus, pluries in publicam lucem prodiit. (h)

3. Ptolo-

(e) De Patria Appiani non est, quod hæreamus. Siquidem in titulo Operis sui ait. *Alexandrinus sum honestissimo loco habitus in Patria.* In fine Procemii sui inquit: *Degens mox Romæ sub Imperatoribus in agendis causis apud Augustorum tribunalia.* Augustos, quorum temporibus floruit, indicat, fuisse Trajanum lib. II. de *Bellis Civilibus*; & Hadrianum lib. *de Bello Syriaco*: & Historiam suam edidisse demum sub Antonino Pio, qui Hadriano successit anno Christi CXXXVIII. V. C. DCCCXCI. Ita colligunt ex his locis Vossius, Hankius, & Tillemontius in Vitis Imperatorum Tom. II. pag. 583.

(f) Confer Vossium patrem lib. I. cap. 25. de Hist. Latinis, quo loci de Patria *Melæ* disputat. Vossius filius pag. 198. ad Melæ cap. 6. lib. II. natione Cætrariensem, genere vero Pœnum esse contendit. Non ita tamen Salmasius, & Bochartus, atque Nic. Antonius lib. II. Biblioth. Hisp. veteris.

(g) Non solum *mira cognitione* præditum extitisse Pomponium Melam in Codice nostro scriptum occurrit; sed eundem, quotquot viri clarissimi de eo scripserunt, iique, qui ipsum a mendis expurgarunt, accuratioresque ejus Editiones dederunt, maximis exornant laudibus. De eo Harduinus, deque ejus tribus libris habet: *his nihil elegantius.* Vossius loco supra laudato. *Vir iste quantumvis nobili apud suos ortus loco, plus tamen litteris, quam natalibus dedit.* Diserte, eleganter, nitide ita scripsit, ut per id tempus parem non habuisse, facile credi possit.

(h) Separatim a reliquis Cornelii Taciti Operibus hic ejus Liber *Germaniæ descriptio*, sive *de situ Germaniæ* excusus, & Operibus Diodori Siculi subjunctus cernitur in Veneta ipsius Diodori Editione anno 1493., ut mirum non sit, si in hoc nostro Codice is ipse *Taciti* liber, absque aliis ejusdem Auctoris, exscriptus, & Pomponii Melæ Cosmographiæ assutus reperiatur, cum quo Melæ, itemque cum Ptolomæi Opere, quod deinde in Codice sequitur, hunc Taciti librum affinitatem habere nemo non videt.

3. Ptolemæi *Cosmographia*. Mutila est, cum incipiat ab ipsius Auctoris libro secundo, ac proinde ea desunt, quæ ad differentiam Cosmographiæ a Chorographia pertinent, quæ quidem in primo libro continentur.

Hujus secundi libri initium est. *Quæ ad universalem Cosmographiæ descriptionem &c.* (i)

Codex fortassis sub initium Sæculi XIV. est scriptus, & nisi antiquiora exemplaria manuscripta Viri doctissimi perlustrassent ad Melæ opus emendandum, sicuti ex multis hactenus accuratissimis Editionibus nobis est exploratum, haud temere hic noster Codex esset consulendus. Hunc disertum Cosmographiæ Auctorem Claudii Impe. temporibus floruisse Schotti, Vineti, aliorumque fere communi suffragio probatur.

IN III.

Epigraphe. *Virorum illustrium ex Plutarco*.

Nil aliud Codex iste complectitur nisi ceteras Virorum illustrium Vitas Plutarchi e græco in latinum versas, ceu complementum illarum, quas existentes in I. & II. Codice Plutei XV. descripsimus.

1. „ Alamanni Ranuccini in Niciæ Atheniensis, Crassique vitas ad Petrum Medi-
„ cem Præfatio feliciter incipit.

Præfationis initium est. *Cum græce nuper apud Plutarchum Niciæ Atheniensis.&c.*

Ejusdem præfationis finis. *Sed hæc hactenus. nunc ipsum Plutarchum accipe.*

Titulus Vitæ. *Niciæ Atheniensis vita incipit ex Plutarcho traducta.*

Ad ipsius finem legitur. *Explicit vita Niciæ Athenien. ex Plutarco translata.* Ejusdem. *Incipit M. Crassi Civis Romani.*

2. Initium hujus Vitæ est. *Marcus Crassus Patrem habuit &c.*

In fine vero. *Alamanni Ranuccini Civis Florentini Vitæ Niciæ, & Crassi feliciter ex Plutarcho traductæ. Explicit.*

3. Vitæ, quæ sequitur, in Codice Titulus deest, & absolute Epistola præmissa initium ducit ab his verbis. *Lacedemoniorum Reges Ægidis & Cleomenis vitam haud antea quod quidem extet in latinum conversam non sine causa nosse te velle, prestantissime Vir, intellexi &c.*

Initium Vitæ Ægidis ita se habet. *Exionis fabulam non nulli contra inanis gloriæ sectationes compositam arbitrantes; nihil absurdum, aut alienum a ratione sensisse videntur.*

Ad calcem legitur tantummodo. *Finis*. Non est tamen, quod quis suspicetur, solam Ægidis. 4. Vitam heic finem habere. Utriusque enim, tam *Ægidis*, inquam, quam *Cleomenis* vita præcedit; quamvis levis admodum, ac fere nulla distinctio inter eas appareat.

In principio harum Vitarum duæ visuntur barbatæ facies invicem se se respicientes.

5. „ Donati Acciajoli Procemium ad clarissimum seu præstantissimum Virum Pe-
„ trum Medicem in vitam Demetrii per eum ex græco in latinum traductam.

Præfationis exordium. *Vitam Demetrii: quam antiqui Scriptores &c.*

Ejusdem finis. *Hunc autem libellum his contractioribus noctibus lucubratum ab homine tibi deditissimo libenter quæso benigneque accipias: in quo si qua erunt quæ aures tuas oblectent: ea omnia Plutarcho accepta sunt referenda: qui cognitionem tantarum rerum veluti praclaram quandam hæreditatem: & omni patrimonio præstantiorem posteris suis reliquit.*

Titulus Vitæ hic est. *Demetrii Vita per Donatum Acciajolum ex Plutarcho in latinum traducta incipit feliciter.* Hæc

(i) De Ptolemæo græco Scriptore, ejusque Cosmographia in latinum versa, quæ manca est hoc in Codice, opportunior erit sermo, ubi de ea jam edita, quam nuper memoravimus, disseremus.

Hæc Vita hoc modo ſumit initium. *Præclarum meo judicio priſci Sapientes ſententiam habuere &c.*

Ad finem. *Explicit Vita Demetrii.*

6. „ Ad Clariſſimum Virum optimum I. C. Madium Veronenſem Procemium in „ vitam Philopœmenis lat. ex Plutarcho verſam per Guarinum Veronenſem.

Procemium ita incipit. *Quo tempore quo ut Poeta noſter diceret: ſpumat plenis vindemia labris &c.*

Deſinit. *Si tua cum legeris tuæ prudentiæ teſtimonio comprobaveris: nec indignum qui in luce emittatur & ipſe cenſueris.*

Vita incipit. *Leander & genere primarius &c.*

7. „ Guarinus Veronenſis ad Clariſſimum Virum Carolum Zenum Venetum „ Procemium in Themiſtoclis vitam ex Plutarcho converſam.

Procemium hoc habet exordium. *Franciſcus Barbarus ſplendor diſciplinæ: & patriæ gentis decus &c.*

Ad finem. *Plura ne dicam vel ea delectatio facit; quam et ſpes et opinio fert: ſuſcipias, ſi quæ a doctiſſimo Viro Plutarcho accurate de Themiſtocle ſcripta ſunt: attente perlegeris.*

Dein. *Explicit Procemium.*

Sequitur. *Themiſtoclis vita en Plutarcho converſa.*

Vita incipit. *Themiſtocles ad comparandam gloriam: obſcuriori ſane genere fuit &c.*

Deſinit. *Exquiſiti quidam honores ad Themiſtoclis ſtirpem in noſtram uſque perdurant ætatem: quos noſter ille Themiſtocles Athenienſis conſequebatur: cui penes Ammonium Philoſophum & conſuetudine & amicitia devincti ſumus. Finis.*

Poſtrema, quæ ſequitur Vita Procemio caret, & inſcriptione; hinc abſolute ita ſumit exordium.

Eumeni Cardiano Patrem fuiſſe Duris hiſtoricus ſcriptum reliquit: qui in Cherſoneſo propter rei familiaris anguſtiam victum quæritaret &c.

Deſinit. *Ut nemini in Macedoniam abire aut græcum cernere pelagum liceret.*

Deinde in Codice nihil aliud extat, cum hoc claudatur verbo. *Finis.*

Singulis Virorum illuſtrium Vitas, & hic Codex exhibet, præfixæ ipſorum imagines cernuntur, eæque cum colorum varietate inſignes, tum lamellulis aureis ornatæ: an ſimiles iis, quæ in antiquis Numiſmatibus, aut veteribus aliis monumentis habentur, inquirere non vacavit. In prima Codicis pagina ad extremum Stemma Principis Familiæ Malateſtianæ conſpicitur cum duabus ſiglis M. N. Ejuſdem eſt Sæculi, ac duo Codices I. & II. exiſtentes in Pluteo XV.

I N I V.

Joannis Boccacci *de Montibus. & Silvis. Fontibus. Lacubus &c.*

Ad ipſius finem hæc leguntur. *Liber de Montibus. Silvis. Fontibus. Lacubus. Fluminibus. Stagnis ſeu Paludibus. & ultimo de Mari. Joannes Boccaccius de Certaldo feliciter finitus eſt.*

Idem Boccacci Opus habemus in Codice XII. Plutei primi hujus ſiniſtræ partis ingredientium, qui huic in eo tantummodo præſtat, quod ſit antiquior.

Codex binis columnis eſt exaratus; prima ejus pagina affabre filamentis aureis, vividiſque coloribus quoquoverſus delineata: nec ad extremum Malateſteo caret Stemmate, ac duabus ſiglis M. N.

I N V.

Panegyrici veteres numero XII.

Nullus ex his titulum præfert, aut nomen Auctorum præſcriptum habet.

1. Exordium capit ab his verbis. *Bene ac ſapienter P. C. majores inſtituerunt: ut rerum agendarum ita dicendi initium a precationibus caperetur. quod nihil recte, nihil providenter homines ſine Deorum immortalium ope. conſilio. honore auſpicaretur &c.*

Desinit in hæc verba. *Ego reverentiæ vestræ sic semper inserviam: non ut me consulem & mox consularem: sed ut candidatum consulatus putem.*

Ex his liquet Panegyricum esse C. Plinii Secundi dictum *Nervæ Trajano Augusto*.

2. Initium habet. *Si quis unquam fuit Imperator Auguste qui te præsente dicturus vere trepidaverit: eum profecto me esse & ipse sentio: & iis qui consilium tuum participant videri posse video &c.*

Finis est. *Compensabo tibi istam imperii injuriam: si cum de te ipso nihil dixerim quod legendum sit: instruam quæ leguntur.*

Latini Pacati Drepani Panegyricus est dictus *Theodosio Imperatori Augusto seniori.*

3. Principium sumit ab his verbis. *Et si scio te Imperator: & cunctos qui consilium tuum participant: posse mirari: quod nunc demum gratias agere euorsus sum &c.*

Finis ei ita imponitur. *Idque omni vitæ meæ tempore summis opibus eninurum: elaboraturum: effecturum ut honores in me tui: non quia necesse fuerit: ad quemcumque delati: sed quia ita oportuerit recte positi & ratione collocati esse videantur.*

Hæc est gratiarum actio Mamertini de Consulatu suo facta *Juliano Imperatori.*

Doctissimus *Annalium Ecclesiasticorum* Parens Baronius Tom. IV. animadvertit, Mamertinum quadam usum esse laudandi arte, qua apertam prodit adulationem, non sinceram Historiam.

4. Incipit. *Dicturus Constantini augustissimas laudes qui tantum ultra omnium sæculorum principes eminet: quantum a privatis ceteri principes recesserunt &c.*

Desinit. *Unum modo est, quo possit fieri Roma felicior: maximum quidem: sed tamen solum: ut Constantinum conservatorem suum: ut beatissimos Cæsares videat: ut fruendi copiam pro desiderii modo capiat: & nos alacris excipiat: & cum Reipublicæ ratio digredi fecerit receptum dimittat.*

Nazarii Panegyricus est dictus *Constantino Imperatori.*

5. Hoc habet principium. *Facerem Sacratissime Imperator quod paulo ante mihi plerique suaserunt ut quantum* (*l*) *majestas tua nunc mediocritati meæ commodum* (*m*) *in ista Civitate celeberrimum ad dicendum dedisset: de eo ipso* (*n*) *ducerem sermonis exordium: nisi me ab hoc duplex ratio revocaret &c.*

Hunc habet finem. *Cedant privatorum studiorum ignobiles curæ: perpetua mihi erit materia dicendi: qui me probaverit Imperator.*

Panegyricus hic dictus est *Constantino Constantii Filio*. [o]

6. Ab his exordium ducit. *Si Flavia Eduorum tandem æterno nomine nuncupata. Sacer Imperator commovere se funditus atque huc venire potuisset: tota profecto coram de tuis in se maximis: pulcherrimisque beneficiis una voce loqueretur &c.*

Exornativam hanc, & Eucharisticam Orationem his claudit verbis. *Nos tamen omne nomen accepimus tuum jam non antiquum. Brabactæ* (sic) *quod hucusque dicta est julia: polia: florentia: sed Flavia est civitas Eduorum.*

Panegyricus iste nomine Flaviensium est dictus *Constantino Augusto*, cujus est incertus Auctor. (*p*)

7. Inir

(l) Non *quantum*, sed *quoniam* Editiones habent.

(m) *Diem* legunt Editiones: Codex *commodum*.

(n) Ignoro, num ceteræ Editiones non dissimiliter ab his duabus, quas ad manus habeo, legant *deo ipso*: Codex accurate legit *de eo*.

(o) Incertum hujus Panegyriei Auctorem quamplurimi faciunt. Ast coojectationes, ut alii aoimadvertunt, haud spernendæ suadent eum, cui hic Panegyrieus debeatur, hominem fuisse natione Belgam. Is publicus Oratoriæ artis Professor erat, jussusque est hanc *Constantino Magno* orationem dicere, eum apud Treviros Imperator ille ageret, natalisque dies ejus Urbis ab eodem Constantino restitutæ celebraretur.

(p) Caussa hujus Panegyrici hæc fuit. Cum Constantinus Magnus Heduorum Civitatem, quæ cum Flaviæ nomine insigoiri cœpit, invisum ivisset, eamque multa laborare inopia animadvertisset,

7. Initium hoc habet. *Fuerint licet plurimi: multique dicturi sint ea, quibus omnia facta vestra summarumque virtutum merita laudantur. &c.*

Absolvitur his verbis. *Vides Imperator quanta vis sit tuorum in nos cœlestium beneficiorum: adbuc præsentia tua fruimur: & redditum desideramus.*

Panegyrica hæc Oratio incertum habet Auctorem, dictaque fuit *Maximiano Herculio, & Constantino Augustis*, quæ Plinii Panegyricum in Editionibus sequitur. Sed in Editionibus (quod notandum) aliis omnino verbis, quam quæ ex Codice nostro retulimus, clauditur, & quidem rectius: eædemque præterea Editiones melius in principio Panegyrici habent: *Diverint licet*, quam in Codice nostro: *Fuerint licet.*

8. Ita incipit. *Omnes quidem homines Sacer Imperator, qui vestræ Majestati laudes canunt: & gratias agunt: debitum vobis conantur exsolvere.*

Desinit. *Divi Cæsar invicte prope plura quam potui: sed pauciora, quam debui: ut justissima mihi causa sit propitio numine tuo & nunc desinendi & sæpe dicendi.*

Panegyricus est, qui Genethliacus Maximiani Augusti in Editionibus inscribitur, Mamertinoque tribuitur, sed Mamertino scilicet vetustiori, ac diverso ab eo, qui *Juliani* Imperatoris ætate floruit. Et hic etiam Panegyricus in Editionibus alia omnino in fine verba habet, quam quibus eum in Codice nostro claudi modo indicavimus.

9. In eo exordium ita apparet. *Certum habeo V. P. non quidem te qui semper in omni genere dicendi maxima facultate viguisti: sed circumstantium plerosque mirari: quod ego qui ab ineunte adolescentia usque in hunc diem numquam isto in loco dixerim: & quantulumcumque illud est: quod labore ac diligentia videor consecutus: exercere privatim &c.*

Ad finem perducitur his verbis. *Siquidem maximus, ac pene solus fructus est recta capientium: ut voluntas eorum ad divinam tantorum principum scientiam praeferatur.*

Eumenii Rhetoris hæc est Oratio pro Scholis instaurandis coram Viro perfectissimo Galliæ Præside habita.

10. Initium ita facit. *Cum omnibus festis diebus sacratissime Imperator debeat honor vester divinis rebus æquari: tum præcipue celeberrimo isto, & imperantibus vobis lætissimo die veneratio numinis tui cum solemni sacræ urbis religione jungenda est &c.*

His verbis ad finem adducitur. *Quin & ut omnibus modis tua necessitudo renovetur: rursus hic gener est ut beatissimus Imperator semper ex tua sobole nepotibus augeatur.* (q)

Sed hic apertissimus librarii error se prodit, cum verus Panegyrici finis sit.

 Vides

tisset, juvandam eam indulgentia tributorum, quæ quinque præcedentibus annis non solvisset, & proinde solvenda adhuc ei superessent, duxit, præterea remissione *septem millium Capitum* eandem in futurum levare. Quid *Capitum* nomine intelligeretur ex *Sirmondo* ad Sidonium, Ducangio, aliisque petendum. His affecta beneficiis Civitas, cum Constantinus Magnus jam seu in Trevirensium Urbe, seu in qua alia ageret, Rhetorem ad eum misit, qui gratias illi publice ageret; id quod a Rhetore illo hac Oratione præstitum est.

(q) Non potui certe non commoveri, dum post haud mediocres labores in perlustrando hoc Codice, atque in observandis variis ejusdem lectionibus, quæ castigatioribus Editionibus plerumque conformes sunt, & quod caput est, post deprehensas in variis iis lectionibus quasdam, per quas contextus sententiæ clariores redduntur; qua ex re non mediocrem capiebam lætitiam, Codicemque non parvi faciendum intelligebam: non potui, inquam, non indignari, eum oscitantiam crassamque ignorantiam animadverti, qui præpostere, perturbateque unius Orationis Panegyricæ finem inconsulto alteri non semel, nescio quo consilio, accommodavit. Siquidem finis Panegyrici X. terminus est in Codice *septimi*: & sic vicissim. Similiter clausula Panegyrici XI. finis est *Octavi*, & vice versa.

Videt Imperator quanta vis sit tuorum in nos cœlestium beneficiorum adhuc præsentia tua fruimur, & reditum desideramus.

Panegyricus iste, ut putatur, Maximiano Augusto dictus fuit a Mamertino.

11. Ab his verbis sumit initium. *Si mihi Cæsar post diuturnum silentium sola esset vincenda trepidatio: quà rudimenta quædam vocis meæ rursus experior. Haud immerito me ultro quam [illegible]as: quantalacumque studii mei ferret opinio perturbari confiterer: præsertim cum apud majestatem tuam divina virtutum miracula vestrarum prædicarem &c.*

Finis ita se habet. *Dico enim magna certaque fiducia: digna est hic quoque gloria vestra pietas: & potest eam præstare felicitas.*

Panegyricus is Maximiano Aug. dictus fuit, senioremque, ut superior, Mamertinum Auctorem habere creditur.

12. His ingreditur verbis. *Unde mihi tantum confidentiæ Sacer Imperator: ut post tot disertissimos homines quos & in urbe sacra, & hic rursus audisti dicere auderem? &c.*

Clausula hujus postremi Panegyrici est. *Illa tamen erit beata posteritas ut cum liberos tuos gubernaculis orbis admoveris: tu sis omnium maximus Imperator. Deo gratias.* (r)

Incerti Panegyricus dictus Constantino Aug. Constantii Filio.

Codex sub initium Sæculi XV. est exaratus. Prima pagina miris ad latera est illustrata coloribus, floribus, animalculis, hisque super auream laminam productis. Intra primæ majusculæ litteræ ambitum caput visitur barbati hominis eleganter depictum, qua Plinii imaginem fortasse exhibere Pictor voluit.



PLUTEUS

(r) Panegyricos istos accurate recensuit Janus Gruterus, qui eos Francfurti anno 1607. cum Livineji, Val. Acidalii, aliorumque notis, & castigationibus etiam suis edidit. Auctores eorum qua floruerint ætate, liquido constat. Soli ferme ex iis ætatibus sunt, quorum Artis Oratoriæ monumenta ad nos pervenerint. Galliæ hæc laus debetur, quod plerosque in his Oratoribus protulerit. Nam Galli certe *Mamertinus senior*, *Eumenius*, & *Nazarius* certe fuerunt, & quamvis *Pacatum* nonnulli Italiæ vindicari, aut Siciliæ posse ob id crediderint, quod *Latinus Pacatus Drepanus*, seu *Drepanius* in MSS. & Editionibus vocetur, tamen ipsemet Galliam suam vocat.

Hisce Panegyricis in quibusdam Editionibus adjungitur. *Ausonii gratiarum actio pro Consulatu dicta Gratiano Imperatori*, hæc sæpius edita cum reliquis Ausonii Scriptis. De ea in Codice nostro altum est silentium, neque eam in aliquibus aliarum Bibliothecarum Catalogis MSS. Codicum additam XII. hisce Panegyricis reperio,

PLUTEUS XVIII.

CODICES IN EO NUM. VI.

IN I.

1. M. T. Ciceronis *Tusculanarum Quæstionum Libri V.*

Præcedunt Inscriptiones rubris characteribus notatæ omnium librorum, qui hoc in Codice continentur.

Titulus libri primi est hujusmodi. *Inc'pit M. T. C. Tusculanarum Quæstionum liber primus -- Cum defensionum laboribus Senatoriisque muneribus: aut omnino: aut magna eu parte essem aliquando liberatus &c.*

Definit hic liber primus -- *Cras autem: & quot dies erimus in Tusculano agamus hæc: & ea potissimum quæ levationem habeant ægritudinum: formidinum: cupiditatum: qui in omni Philosophia est fructus.*

Deest in hoc nostro Codice *uberrimus*, & accuratius Editiones legunt: *qui omni e Philosophia est fructus uberrimus.*

Characteribus majusculis rubri coloris ad hujus libri finem, & secundi legitur. *M. T. C. Tusculanarum liber primus explicit. Incipit liber secundus feliciter.*

Non absimili ratione finem, & principium sequentium Librorum Librarius distinguit. Liber quintus definit in hæc verba.

Nostris quidem acerbissimis doloribus: variis & undique circumfusi molestiis alia nulla potuit inveniri levatio.

Vocabulum *molestiis*, quod in contextu deest, in margine habetur. In Editionibus rectius legitur: *variisque, & undique circumfusis molestiis.*

Heic observandum venit, in his quinque Libris quandoque verba esse, quæ a Librario omissa in textu, iisdem characteribus exarata in marginibus occurrunt.

Ad hujus Operis finem litteris grandiusculis legitur. *Expliciunt Quæstiones Tusculanæ.*

2. Sequuntur Libri V. *de finibus bonorum, & malorum*. Hinc Lemma primi libri est. *M. T. C. de finibus bonorum, & malorum liber primus incipit. -- Non eram nescius Brute cum quæ summis ingeniis: euquisitaque doctrina Philosophi græco sermone tractassent.*

Definit. *Quæ mihi facultas ut id meo arbitratu facerem: ante hoc tempus numquam est data.*

Observandum in margine post primam hujus libri paginam hæc haberi. *Incipit Torquatus disputare de voluptate: & Epicuri sententiam probat.*

Majusculis coloratis characteribus ad calcem hujus primi libri hæc leguntur. *M. T. C. de finibus Bon. & Mal. liber primus explicit: Incipit liber secundus.*

Quilibet ex his quinque Libris finem habet cum eadem clausula, & liber ultimus exorditur.

Cum audissem Antiochum. Brute. ut solebat cum M. Pisone in eo gymnasio: quod Ptolomæjum vocatur &c.

Finis istiusmodi est. *Sed tempus est, si videtur: & recte quidem ad me. Quod cum ille diuisset, & satis disputatum videretur: in oppidum ad Pomponium perreximus omnes.*

3. Ejusdem *de Divinatione*.

Liber ita inscribitur. *M. T. C. de Divinatione incipit.*

Quærenti mihi multumque: & diu cogitanti: quanam re possem prodesse quamplurimis: ne quando intermitterem consulere reipub. nulla major occurrebat: quam

quam si optimarum artium vias traderem meis civibus: quod compluribus jam libris me arbitror consecutum &c.

His verbis finem imponit. *Nam medici ex quibusdam rebus & advenientes et crescentes morbos intelligunt: nonnullæ etiam valetudinis significationes: ut hoc ipsum pleni enective simus: ex quodam genere somniorum intelligi posse dicuntur.*

In Codice post laudata verba statim sequitur. *Nihilque aliud additur.* His verbis Librarius plane ostendit, hunc librum mutilum esse. Et revera illis verbis non clauditur liber in Editinnibus, & non pauca desunt ad ejus perfectionem.

Libri Ciceronis *de Divinatione* duo sunt. Exordium, quod attulimus, est secundi Libri; ut est pars illa, quam dedimus; & quæ ad finem occurrit hujus libri in Codice existentis. Caret igitur Codex libro primo *de Divinatione*.

4. Ejusdem *de Natura Deorum* Libri III.

Epigraphe libri primi. *Marci Tullii Cic. de Natura Deorum incipit liber primus; lege feliciter.*

Ex his verbis liber primus ducit initium. *Cum multæ res in Philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sint: tum perdifficilis: Brute: quod tu minime ignoras: & perobscura quæstio est de natura Deorum &c.*

Ejus finis est. *Esse enim propitius potest nemini: quoniam ut dicitis omnis in imbecillitate est, & gratia & caritas.*

Ad binos alios Libros, qui sequuntur, legitur etiam: *incipit liber secundus: Lege feliciter*, & pariter ad tertium, cujus libri finis est.

Quæ ipsa tamen tam lævia non sunt quam est stoicorum de natura Deorum oratio. Hæc cum essent dicta: ita discessimus ut Vellio Cottæ disputatio verior: mihi Balbi ad veritatis similitudinem videretur esse propensior.

In marginibus trium hnrum Librorum summaria occurrunt earum rerum, de quibus in contextu Operis differitur.

5. *De Senectute.*

6. *De Amicitia.*

7. *De Officiis Libri III. M. T. Cicer. de Officiis incipit liber primus: lege feliciter.*

8. Ejusdem *de Paradoxis.*

9. *Sequitur de Academicis.*

10. Sequitur aliud Cicernnianum Opus, quod nullum præfert titulnm. Hoc autem in Tabella Pluteo affixa ita indicatur. *Ejusdem* (scilicet Ciceronis) *ad Hortensium.* Hæc indicatinnis ratio salivam movit, stimulosque mihi addidit ad ipsum librum attente perlegendum, ut dignoscerem, num liber Ciceronis esset, qui inscribebatur *Hortensius*, cujus jacturam multis ab hinc Sæculis ægre fert Litteraria respublica, ejusque tantummodo quibusdam fruitur fragmentis; nec ne. [a] Legi ejus exordium, quod exscribo. *Magnum ingenium, Lucii Luculli, magnumque optimarum artium*

(a) Multis ingenium meum re perpexisse Lectores confido. Et quamvis non mediocri perfusus sim lætitia, existimans librum hunc ad Hortensium cum in Indiee, tum io Tabella Pluteo affixa indicatum, thesaurum illum esse X. ferme retroactis Sæculis deperditum; adhue tamen re clarius perspecta, corrigendus est Index, & Tabella, atque loco ejusdem *ad Hortensium* scribendum *Ciceronis Lucullus*, ne litterati Viri Bibliothecam adeuntes, fallaciis a veritate abducantur. Extant siquidem jam edita multa fragmenta a Lactantio, S. Augustino, Nonio, Servio, Frontono, Prisciano, aliisque, eaque collecta tradidit Dionysius Lambinus Monstroliensis. Ast Sigonius ex iis perbelle Ciceronis imitatus Eloquentiam novum edidit *Hortensium* (quæ res preter dolum longe multum ejus elegantem scribeodi modum, & doctrinam laudibus effert), contra quem Ricobonus arma contulit, ostenditque sub ementito Ciceronis nomine Hortensium esse evulgatum, quod severiores criticæ Artis amatores plane sentiunt. De hac re vide Lypsium in libro de *Constansia*, ac in animadversionibus ad Piinianas Epistolas, atque etiam Tiraboschium Tom. I. lib. III. pag. 247. Novum illum Ciceronis Hortensium typis essa excusum, nequit inficiari; numne Sigonii opus, an alterius, sub judice lis est.

artium studium, tum omnis liberalis, & digna homine nobili ab eo percepta doctrina, quibus temporibus florere in foro maxime potuit, caruit omnino rebus humanis. Ut enim Urbanus admodum adolescens cum fratre pari pietate & industria prædito paternas inimicitias magna cum gloria est persecutus, in Asiam quæstor profectus, ibi per multos annos admirabili quadam laude provinciæ præfuit; deinde absens factus ædilis, continuo prætor: licebat enim celerius legis præmio: Post in Africam, inde ad Consulatum, quem ita gessit, ut diligentiam admirarentur omnes, ingenium agnoscerent &c. Finis est -- *Habeo inquam sententiam tuam, nec eam aspernor, sed tibi quid tandem videtur Hortensi? Tum ille ridens tollendum. teneo te, inquam, nam ista Academiæ est propria sententia. Ita sermone confecto, Catulus remansit, nos ad naviculas nostras descendimus.* Hæc & alia in Codice exarata, Editionibusque collata, cum apprime ipsis conformentur, (si excipias quandam lectionum diversitatem) clarius, certiusque ostendunt non Ciceronis Hortensium diutissime conquisitum, licet frustra, sed M. T. Ciceronis Academicarum Quæstionum esse primæ Editionis Venetæ M. D. LXXIX. librum II.; seu potius, ut eum numerat Nonius, librum IV., qui inscribitur *Lucullus*.

11. *De Legibus*.

12. *De essentia Mundi*; estque liber ille, qui in Editionibus dicitur *de Universo*.

13. Tandem ejusdem Ciceronis *de Fato*.

M. T. C. *de fato* incipit -- *Quia pertinet ad mores: quos ἦθη Græci vocant: nos eam partem Philosophiæ de moribus appellare solemus*. Deest principium, quo carent similiter Editiones.

Desinit in hæc verba. *Nam si atomis ut gravitate ferantur: tributum est necessitate naturæ quod omne pondus nulla re impediente moveatur & feratur necesse est: illud quoque necesse est declinare quibusdam atomis: vel si volunt: omnibus naturaliter*.

Multa etiam heic desunt.

Codex nitide est scriptus, sed non omnino accurate. Litteræ initiales primi Libri, & sequentium mediocris molis sunt, coloribus variis, & parvis lamellulis auro illitis ornatæ; estque exaratus sub initium Sæculi XV.

IN II.

Ejusdem Ciceronis Orationes *in Verrem*, & *Philippicæ*.

Esse Orationes ipsas, quas indicavimus ex earum lectione perspicuum est. Cæterum Codex ipse nullum toti Operi, vel singulis Orationibus lemma præmittit, quo id indicatur. In margine tamen variis locis adnotationes visuntur, quibus de rebus in contextu agatur, monentes.

Quæ verba identidem intra harum Orationum contextum occurrunt: *Recita Literas*, *Recita Decreta*, & similia; ea in hoc Codice rubri coloris characteribus exarata cernuntur.

Ultimæ Philippicæ finis, quæ occurrit in Codice, istiusmodi est. *Ea solvantur eorum: qui in hoc Bello pro patria occiderunt Parentibus Liberis Conjugibus Fratribus: iisque tribuantur: quæ militibus ipsis tribui oporteret si illi vixissent: qui morte vicerunt*.

Codex primam initialem litteram præfert grandiusculam laminis auratis, vividisque coloribus egregie tesettam; non ita singularum Orationum initiales, quæ mediocris sunt molis, pulchre tamen depictæ. Ad primæ paginæ limbum visitur Familiæ Principis Malatestianæ Stemma eleganter delineatum. Sub initium Sæculi XV. fortassis Codex est scriptus.

IN III.

Marci Tullii Ciceronis *Epistolarum familiarium* Libri XVI.

Ita tamen non est hujus Codicis titulus; sed tabellæ Pluteo affixæ. Siquidem Codicis

Codicis Epigraphe hæc tantum præfert . *M. T. Ciceronis Epistolarum Libri XVI.* (b) In medio paginæ legitur.

Liber I.

1. *Marci T. C. Epistolarum liber primus incipit feliciter.*
Mar. Cicero S. Pl. dicit Pu. Lentulo proconsuli: quæ verba rubri coloris sunt, & hoc idem servatur in aliis Epistolis.
Incipit. *Ego omni officio &c.*

2. *M. T. Ciceronis Epistolarum ad P. Lentulum explicit primus liber: Incipit secundus ad Curionem feliciter.*
„ M. Cicero S. D. Curioni.
Incipit. *Quamquam &c.*

3. *M. T. C. Epistolarum ad Curionem, & ceteros liber secundus explicit: Incipit liber tertius ad Appium feliciter.*
„ Cicero Appio Pulchro Imperatori S. D.
Si qua res &c.

4. *M. T. C. Epistolarum liber tertius ad Appium explicit: Incipit quartus ad Servium Sulpicium – Cajus Trebatius &c.*

5. *M. T. C. Epistolarum ad Servium Sulpicium explicit liber quartus. Incipit liber quintus.*
„ Q. Metello procons. S. D. M. T. C.
Existimaveram &c.
Hujusmodi liber continet Epistolas ad varios scriptas.

6. *M. T. C. Epistolarum liber quintus explicit: Incipit sextus ad Aulum Torquatum, & ceteros.*
„ M. Tullius Cicero S. D. Aulo Torquato.
Et si ea perturbatio &c.

7. *M. T. C. Epistolarum liber sextus explicit: Incipit septimus.*
„ M. C. S. D. Mario.
Si te dolor &c.
Epistolæ hujusce libri ad varios scriptæ sunt. Quod quidem observatur in libro primo *ad Lentulum*, ubi omnes Epistolæ non ad ipsum datæ sunt; sic etiam in libro secundo non omnes ad Curionem datæ, sed multæ Ciceronianæ ad Cœlium, & aliquæ ad alios; pariter in libro quarto non omnes sunt Ciceronis, sed aliquæ Variorum ad ipsum, & illæ Ciceronis haud omnes sunt ad *Servium Sulpicium*. Quod indicare omisimus, cum de iis locuti sumus.

8. *M. T. C. Epistolarum Liber septimus explicit: Incipit liber octavus.*
„ Cœlius S. D. Ciceroni.
Quod tibi &c.
Omnes Epistolæ hujus libri a Cœlio ad Ciceronem datæ sunt. (c)

9. *M. T. C. Epistolarum liber octavus explicit: Incipit nonus.*
„ M. C. S. D. Varoni.
Ex his &c.
Epistolæ hujus libri aliquæ Ciceronis sunt, & aliquæ Variorum ad Cicerunem.

10. *M.*

(b) Doctissimi Viri observarunt, veteres Codices, & Scriptores numquam huic Operi *Epistolarum* Ciceronis titulum dedisse *Epistolarum familiarium*, vel *ad familiares*, ut modo usus invaluit, sed potius *Epistolarum ad diversos*, & rectius quidem.

(c) Hic est M. Cœlius Rufus, quem Vossius in Præfatione ad libros de *vitiis sermonis* non dubitat æquare Ciceroni, Cæsari, aliisque veteribus latinæ eloquentiæ Magistris.

10. *M. T. C. Epistolarum liber nonus explicit. Incipit decimus.*

„ M. C. S. D. Planco.

Et absui proficiscens &c.

Epistolæ hujus libri partim Tullii, partim aliorum ad eum sunt. Inter ipsas hæc, quæ hoc in libro ultimum habet locum, ita inscribitur.

„ M. Lepidus Imper. & Pon. Maximus S. D. Senatui: Populo: Plebique Ro-
„ manæ. & incipit. *Si velletis &c.*

11. *M. T. C. Epistolarum liber decimus explicit: Incipit undecimus.*

„ Brutus Bruto suo, & Cassio S. D.

Quo in statu &c.

Variæ Epistolæ heic habentur, nec a Cicerone elucubratæ, nec ad eundem directæ.

12. *M. T. C. Epistolarum liber undecimus explicit: Incipit duodecimus ad C. Cassium & Brutum.*

„ Cicero S. D. Cassio.

Finem &c.

In margine decimæ quintæ Epistolæ hujus libri, hæc leguntur litteris rubri coloris. *Hoc etiam loco inscitia rescriptorum factum videtur: ut Epistolæ plures in unum coactæ sint, quæ in aliis Codicibus inveniuntur divisæ. Loca quæ sint, inferius recognosces: cum initium hinc sumpseris.* Verba hæc ejusdem omnino Librarii manu sunt exarata, qua Epistolæ scriptæ.

Hæ quæ in unum collectæ sunt, & confusæ sex numero occurrunt, post quarum postremam in margine litteris similiter rubris legitur. *Ultima Epistola ex iis: quæ in unum cohactæ* (sic) *sunt: quod vitium eo minus est nota dignum: quia ad unum omnes intendunt.*

Epistolæ omnes ad varios sunt directæ.

13. *M. T. C. Epistolarum liber duodecimus explicit: Incipit ejusdem liber tertius decimus.*

„ M. C. S. D. C. Memmio.

Et si non &c.

Pariter hujus libri Epistolæ ad varios scriptæ sunt.

14. *M. T. C. Epistolarum liber tertius decimus explicit: Incipit liber quartus decimus.*

„ M. C. S. D. Terentiæ suæ: Tulliolæ suæ: & Ciceroni suo.

Et litteris &c.

15. *M. T. C. Epistolarum liber quartus decimus explicit: Incipit ejusdem quintus decimus.*

„ T. Cicero Proconsul S. D. Cons. Populo Romano Tribunis Plebis & Senatui. (*d*) *Si valetis &c.* Codex legit. *Si valatis.*

 In mar-

(d) Multa in his quæ in Codice exscripsi, Librarii peccata sunt, de quibus non semper monendum duxi. Heic etiam in his verbis *Populo Romano* manifestum Librarii nostri, vel certe vetustioris Codicis, quem Librarius noster exscripsit, peccatum tenemus. Nam pro *Populo Romano* scribi debuerat *Prætoribus*, seu compendio litterarum *Praet.*; ut habent pleræque Editiones. Error ortus ex breviata voce PR. Prætores indicante, quam hoc loco vetustior aliquis Codex habebat. Duæ enim hæ litteræ PR. perperam existimatæ sunt initiales duarum vocum, atque harum nempe *Populo Romano*. Vera Epistolæ inscriptio hæc fuit. M. T. C. Proconf. S. D. COSS. PRAET. TRIB. PL. SENATUI. P. Q. R. Solemne hoc fuisse in Epistolis ad Senatum scriptis, ut in iis initium duceretur a salutatione trium horum Magistratuum, *Consulum* scilicet, *Pretorum*, & *Tribunorum Plebis*, cum ex aliis ipsius Ciceronis Epistolis, tum ex aliis etiam veteribus Scriptoribus, & monumentis discitur. Videsis Antonium Zirardinum copiose & erudite hac de re agentem in Comment. ad Novellas ex Ottobon. Codice editas Cap. VIII. pag. 366., & seqq.

In margine tertiæ decimæ paginæ post initium hujus libri habetur Epistola quædam, quam forsitan Librarius exscribere inter alias per oscitantiam omiserat, cujus titulus est.

„ M. C. S. D. L. Paulo cons.

Incipit. *Et si mihi &c.*

Ad diversos sunt Epistolæ hujus libri.

16. M. T. Ciceronis Epistolarum liber explicit quintus decimus: Incipit ejusdem *liber sextus decimus.*

„ Tullius & Cicero & Quintus S. D. Tironi humanissimo, & optimo: Post verbum *Cicero* deest sigla F. idest filius.

Vide quanta sit &c.

Unica post hanc Epistola in Codice occurrit, ea nimirum, quæ in Editionibus sexta decima est hujus libri, quæ sic habet. *M. Fratri S. D.*

Incipit. *E Tirone mi Marce &c.*

Heic Librarius notat nonnullas Epistolas *in unum coactas esse*, atque etiam absque ordine collocatas.

Post penultimam Epistolam majusculis litteris habetur FINIS.

Postea vero altera occurrit *ad Tironem directa* Epistola, hocque ut puto tribuendum incuriæ Librarii: sicuti & ipsius indiligentiæ verba quamplurima, quæ in margine hujus Codicis multis in locis reperiuntur, in textu deerant. Correctiones tamen hæ ejusdem sunt Librarii.

In fine. *M. Tullii Ciceronis liber decimus sextus explicit feliciter.*

Codex in margine sinistro, & superiori primæ paginæ variis coloribus, aureisque lineolis est refertus, cum initiali littera exiguæ molis iisdem illustrata ornamentis; & Sæculo XV. est exaratus: atque in inferiori margine cum duabus siglis M. N. auro illitis extat Insigne Malatesteum.

I N I V.

Ejusdem Ciceronis *Rhetoricorum Libri V. ad Herennium*. Ejusmodi est Codicis inscriptio.

1. Ast primo veniunt de *Inventione* Libri II., quos Cicero adhuc adolescens scripserat.

Hi duo Libri Prologum suum habent, & primi Prologus ita incipit. *Sæpe & multum* &c. Neque solum hisce duobus de Inventione Libris Prologus præmittitur, sed etiam Libris *Rhetoricorum*. Quod & per se perspicuum est, & nostri Codicis Scriptor indicatum voluit his in fronte eorum positis verbis. *M. T. Ciceronis Rhetoricorum incipit Prologus.*

Ad finem primi libri de *Inventione* habetur. *M. T. C. Inventionis liber primus explicit: Incipit secundus -- Crotoniatæ quondam &c.*

Advertendum, quod sæpe in hoc Codice initio singulorum Librorum litteræ initiales desunt; & in principio secundi libri de *Inventione* in margine visitur parva Alphabeti littera .c. indicans procul dubio, qualis esse debeat initialis primæ vocis, a qua liber principium ducit. (*e*)

2. In fine hujus secundi libri hæc sunt. *Explicit secundus liber: Incipit liber Rhetoricorum primus M. T. Ciceronis ad Herennium.* -- Initium est. *Etsi negotiis &c.*

Ad hujus primi libri Rhetoricorum calcem legitur. *Explicit liber primus M. T. Ciceronis ad Herennium: Incipit secundus.* Simili verborum formula cum Herennii (ad quem nempe Opus scriptum sit) mentione quisque ex sequentibus Libris a superiore distinguitur usque ad quintum. (*f*)

Post

(e) Corrigatur Tabella Pluteo huic affixa, quæ binos hos Libros de *Inventione* non indicat, & solum hæc scripta exhibet. *Ejusdem Rhetoricorum Libri V. ad Herennium.*

(f) Libros hos ad Herennium S. Hieronymus lib. I. ad Rufinum, & in Præfatione ad Abdiam M.

Post quintum sequitur sine indicatione nominis, ad quem sequens liber directus est. *Explicit quintus liber M. T. Ciceronis : Incipit Sextus :* et ipsius exordium est. *Distributio &c.*

Ad calcem hujus sexti libri rubris characteribus hæc exarata conspiciuntur.

Explicit liber Ciceronis novæ Rhetoricæ : quem ego transcripsi Andreas Catrinellus Genuensis die XX. Mensis Novembris anno Incarnationis 1465. *quo die vitam cum morte commutavit Magnificus Dominus Malatesta Novellus de Malatestis Pandulphi filius Malatestæ Nepos.*

3. Post hæc sex sequuntur Orationes ejusdem Ciceronis *in Catilinam :* quod tamen in tabella pluteo affixa non notatur. Sunt tamen alia manu quam, qua ejusdem Codicis Opera exarata fuerunt.

4. Publii Ovidii Nasonis de *Ponto*.

Quamvis nullum tum in principio, tum in fine nomen sive Operis, sive Auctoris occurrat; attamen Ovidii Epistolarum de Ponto opus esse ex lectura certe deprehenditur.

Incipit.

„ Naso Tomitanæ jam non novus incola terræ
„ Hoc tibi de Getico littore mittit opus.
„ Si vacat : hospitio peregrinos : Brute : libellos
„ Excipe : dumque aliquo quolibet abde loco.

5. Statii Papinii *Achilleis*.

Hoc initio Operis in Codice non indicatur. In fine tamen hæc sunt;

Explicit liber Statii achill..... Sequuntur aliæ litteræ, sed eæ vel abrasæ, vel usu detritæ vix amplius discernuntur.

Hujus Operis est Exordium.

„ Magnanimum Æaciden formidatamque Tonanti
„ Progeniem : & patrio vetitam succedere cœlo,
„ Diva, refer.

Hoc Poema alia etiam manu est exaratum, ut ex characteribus plane dignoscitur; nec in duos, ut in Editionibus dividitur, sed uno perpetuo Libro constat (g)

P 2 Codex

M. Tullio Ciceroni tribuit, aliique permulti (ut Priscianus multis in locis, Lupus Ferrariensis epist. prima ad Eginhartum) pro certo habere se ostendunt, Ciceroni adscribendos. Viri tamen scientissimi, versatissimique in Ciceronis lectione ipsi abjudicant, & quidam tribuunt *Lucio Cornificio*, ad quem Epistolæ Ciceronis extant; vel *L. Cornificio* Filio: nonnulli *Ciceroni* Filio, vel *Tullio Tironi*: & Aldus Manutius Paulli filius epistola ad Navagerium refert in antiquissimo Romano Codice Librorum ad Herennium nomen *M. Gallioni*, licet alia manu deletum, comparuisse. Quid statuendum hac de re sit, alii viderint. In hoc nostro porro Codice non quattuor soli, ut in Editionibus, ad sex Operis, quo de agimus, Libri distinguuntur, & exhibentur. Sed minime ob id credas duobus Libris, qui nondum editi fuerint, nostrum Codicem auctiorem. Soli revera in eo quattuor libri sunt, qui in editionibus habentur. Sed Librarius arbitraria eorum divisione, ut sex viderentur, effecit; & liber, qui in Codice est sextus, portio est postremi libri, quem quartum Editiones faciunt.

(g) Alios extare in Bibliothecis Statii Codices *Achilleidos*, qui, ut Codex noster, unum ejus Operis librum, non duos, vel plures faciant, testis est Barthius LII. 13. Advers. Sunt quidam Manuscripti, qui in quinque libros partiuntur hoc Opus, & quidem inscite, judice ipso Barthio. Editiones in duos dividunt Libros. De isto Poeta hæc Thomas de Pinedo pag. 488. ad Stephanum Biz. *Statius Papinius eruditus Poeta in Sylvis, sublimis in Thebaide, blandus in Achilleide*. Utrumque Poema *Achilleidem*, & *Thebaidem* Domitiano Imperatori dicavit Statius, diemque obiit supremum anno Christi XCVI.

De Statii nostri vita, & rebus consulendi Annales Statiani editi a doctissimo Viro H. Dodvvello Oxon. 1698.

Codex eſt Sæculi XV., nitide ſcriptus, & quantum ex ejus lectione deprehendere licuit etiam accuratùs.

I N V.

1. Anaſtaſii Bibliothecarii *Hiſtoria Eccleſiaſtica*.

Hæc Hiſtoria in plura capita eſt diſtributa; & ſingula, ut videre eſt, vel duos, vel tres, aut quinque, & etiam aliqua octo, & non amplius annos complectuntur.

Hujus Hiſtoriæ exordium eſt. *Pompejus Bello Hieroſolyma percepta. Ariſtobulum quidem victum cum filiis Alexandro & Antigono tenebat &c.*

In Codice ad *annum Mundi VDCCCXLI.*, *Divinæ Incarnationis CCCXII.* quædam genealogica Arbor delineata conſpicitur, qua Conſtantini Magni ortus ab auguſtiſſimis Imperatoribus oſtenditur.

Poſt annum Incarnationis DCXCI. rubris characteribus hæc ſcripta leguntur.

Imperat igitur Romanis denuo Juſtinianus annis ſeu: Arabum princeps efficitur Ubabid annis novem. Conſtantinopolitanus Epiſcopus habetur. Cyrus qui ſen præſedit annis Eccleſiæ: de quo dicetur inferins.

Sequitur inde. *Igitur anno* &c.

Poſt annum Incarnationis DCCXCVI. rubri coloris litteris hæc poſtea ſcripta occurrunt.

Anno itaqne mundi conditionis ſeu milleſimo trecenteſimo quarto: divinæ vero Incarnationis anno octingenteſimo quarto: Menſe Octobris: die quinta: bora prima: Indictione quinta &c. Sequitur inde. *Michael Piiſſimns &c.* & narratur Michaelis Imperatoris acclamatio, & coronatio.

Finis hujus Hiſtoriæ eſt. *Super hoc inſaniens nequiſſimus miſſo curſn ad Sanctum Mamam Palatium incendit: Et æneo leone Hyppodromii nna cum urſa: & dragunculo latus* (h) *marmoribns electis in plauſtro impoſita reverſus eſt; & obſeſſam adrianopolim cepit.* (i)

2. Nicephori *Chronologia*.

Præfationis Epigraphe. *Incipit Præfatio Anaſtaſii Bibliothecarii Apoſtolicæ ſedis*. In MS. Thuan. deſunt, ut Viris doctis notatum eſt, verba hæc: *Bibliothecarii Apoſtolicæ ſedis*. In noſtro vero non ſunt illa verba: *ad Joannem Diaconnm Urbis Romæ*, quæ leguntur in Tom. IV. Hiſtoriæ Bizant. Scriptor., iiſdemque verbis Editio P. Pithei caret.

Hujus Præfationis exordium eſt. *Eccleſiaſticam: cariſſime Frater: & digne Chriſti Levita Johannes: auctore Deo: ſcripturus biſtoriam exigis a me quædam in latinum ſtylum en Græcis voluminibus transferenda: quo & ipſa quoque propoſito inferas operi & inteuas &c.*

Finis ejus eſt: *Gratum enim eſt Deo & acceptum: quod ei ſecundum vires offeretnr.*

Dein rubris characteribus: *Explicit Prologus. Incipit Chronographia tripartita.*

Inſcriptio. *Chronographia brevis beati Nicephori Conſtantinopolitani Epiſcopi.*

Ab his verbis initium ducit. *Adam cum eſſet annorum dncentorum gennit Seth, Seth factus annorum dncentorum quinque Enos &c.*

Obſervandum heic venit initialem litteram A in verbo *Adam* deeſſe, ſicuti & deeſt initialis in Prologo hujus Coſmographiæ.

De-

(h) Editio, quæ obvia eſt in corpore Hiſtoriæ Bizaotinæ, legit *dracunculo lacus*: non *dragunculo latus*, ut per inſcitiam ſcripſit Librarios Codicis noſtri.

(i) Anaſtaſius Bibliothecarius Romanus Sæculo Eccleſiæ IX. & floruit, & multa ſcripſit, vertitque quamplurima latine ex Græcia. Hiſtoriam hanc Eccleſiaſticam ex Nicephoro (cujus Chronologiam tripartitam in latinum verterat) Georgio Syncello, & Theophane Coofeſſore Anaſtaſius conſarcinavit, eaque inter ſcriptores Hiſtoriæ Bizantinæ lucem vidit loco ſupra laudato pag. 7. & ſeqq. Latine ſcripſit vitas nonnullorum Pontificum, quæ aliis intermixtæ habentur in Opere notiſſimo Vitas Rom. Pontificum a Variis ſcriptas continente, quod pluries excuſum eſt.

Definit in hæc verba *VIII. Ignatii, & Policarpi Patoris*. (l)

Codex nitidissimus est, pulcherrimisque characteribus scriptus, & littera initialis, quæ se offert in primi Operis folio lamellulis aureis, variisque coloribus est ornata, quod ornamentum partim in superiore margine, partim in eo, qui est ad sinistram scribentis, extenditur. In inferiori extat Stemma gentilitium Domus Malatestianæ. In toto hoc Codice, qui scriptus est Sæculo XV., paucis in locis visuntur verba in margine exarata, quæ in textu a Librario fuerunt omissa.

IN VI.

Incerti Auctoris Exercitationes Rhetoricæ in varias Ciceronis Orationes. Codex hic principio caret, & per quattuor integra folia de variis regulis ad Rhetoricam pertinentibus, ipsiusque laudibus fit sermo. Postque ad quinti folii summitatem initialis littera observatur auro, & coloribus illustrata, & ita Auctor incipit.

1. *Titus Annius Milo Civis Romanus &c.* Prima completa pagina rubri coloris hæc sunt verba. *Genus causæ in quo hæc habetur Oratio*: postea: *hæc insignis Oratio &c.* In fine hujus Capitis (nam in Capita hæ Exercitationes juxta Orationum diversitatem, quas is Auctor declarat, atque analytica methodo illustrat, distribuuntur) hæc occurrunt.

Explicit argumentum Orationis Pompejanæ.

Deinde sequitur. *Incipit Argumentum Orationis Ciceronis in Titum Annium Milonem*; hæcque verba rubris characteribus scripta sunt. Declarato autem in primo Capite *Orationis Milonianæ* argumento, aliud subnectit: *de Causa defensionis, atque de genere Causæ*, & ait: *Unde purum genus Judiciale dici debet*; & post quattuordecim lineas sequitur aliud Caput: *de constitutione, in qua hæc habetur Oratio.*

Sequuntur itidem multa alia Capita ad Rhetoricam spectantia sumpta ab eadem Oratione; postremumque Caput est *de Elocutione*; & ad ipsius finem rubris characteribus: *Explicit Miloniana.*

2. *Incipit argumentum de laudibus Cæsaris occasione M. Marcelli per Cæsarem restituti.*

Exordium est. *Marcellus Civis Romanus &c.*

Sunt similiter hujus Exercitationis in Codice plura Capita, quæ in hac Marcelliana Oratione multas haustas esse Rhetoricæ Regulas, demonstrant. Quod quidem de aliis etiam Orationibus, Exercitationes hæ sedula, summaque cum doctrina ostendunt.

Post hæc. *Explicit de laudibus Cæsaris propter Marcellum restitutum.*

3. *Incipit argumentum Orationis pro Q. Ligario.*

Initium. *Quintus Ligarius &c.*

Heic pariter diversa sunt Capita, quæ artificium Ciceronianum produnt, regulasque Rhetoricæ exhibent deductas ex ipsa Oratione.

4. *Incipit argumentum in Orationem pro Rege Dejotaro.*

Principium. *Dejotarus Galatiæ Rex &c.*

Post decimam paginam a principio *Argumenti* hujus Orationis in Capitis medio rubri coloris hæc leguntur. *Confirmatio divisorum.*

In fine animadversionum hujus Orationis Insigne vetustum conspicitur Domus Malatestianæ, qua ratione nescio.

5. *Argumentum Orationis Plancianæ*: idest pro Cn. Plancio.

Incipit *Cneus Plancius &c.*

In fine

(l) Plurima heic in nostro Codice desiderantur, quæ leguntur in laudata Editione inter Historiæ Bizantinæ Scriptores obvia, & ad MSS. Casin. & Thuan. exacta.

In fine. *Explicit Planciana.*

6. *Incipit argumentum Orationis pro Silla:*
Initium est. *Silla & Antonius &c.*
Io fioe. *Explicit pro Silla.*

7. *Argumentum pro A. Licinio Archia poeta.*
Iocipit *Aulus Licinius &c.*
Io fioe. *Explicit pro A. Licinio Archia poeta.*
Sequitur argumentum *de laudibus Cæsaris occasione M. Marcellini per Cæsarem restituti*. Ast error plane deprehenditur Librarii, qui bis in Codice exscripsit ea omnia, & repetit, ut videre est, quæ num. 2. superius sunt indicata.

8. *Argumentum Orationis pro A. Cluentio Avito.*
Iocipit. *Cluentius Avitus &c.*
Ad calcem. *Explicit pro A. Cluentio Avito.*

9. *Incipit argumentum pro P. Quintio.*
Ejusdem initium est. *Quintius &c.*
Io fine. Explicit *Quintiana.*

10. *Incipit argumentum Orationis Lucii Flacchi.*
Initium est. *Lucius Flaccus.*

11. Tandem. *Oratio Ciceronis pro Sexto Roscio.*
Incipit. *Hanc Orationem egit Cicero &c.*
Deio. *Finis pro Roscio*: & pariter rubris characteribus scriptum legitur. *Explicit pro Sex. Roscio.*

Commentarii Orationum Tullianarum XI. hoc in Codice cootioentur; idest pro *Milone de laudibus Cæsaris occasione M. Marcelli per Cæsarem restituti*; pro *Q. Ligario:* pro *Rege Dejotaro;* pro *Cneo Plancio*; pro *Silla;* pro *A. Licinio Archia poeta;* pro *Cluentio Avito;* pro *P. Quintio*; pro *Lucio Flacco;* pro *Sexto Roscio*. Commentarii hi argumeota singularum harum Oratiooum exhibent; quo in genere oratorio habitæ sint, declarant, earumque artificium, ac eloquentiam, & si quæ suot observatu digniora, ad juvenes in arte Rhetorica instituendos, patefaciuot.

Dolendum tameo est Codicem aliquibus in locis, & potissimum in ultimo capite Commentariorum, sive Exercitatiooum *pro Sexto Roscio* lacunis hiare ob oscitantiam Librarii, qui nonnulla verba identidem omisit, quæ nec in marginibus suppleta cernuotur.

Advertendum insuper est, paulo post medium hujus ultimi Capitis quemdam *Epilogum* haberi litteris rubri coloris expressum, eoque strictim Auctor recenset ea, quæ fuse exposuit. Hoc etiam observare lubet, quod in singulis argumentis, si excipias ultimum, post caput de *Elocutione* Index habetur hoc titulo litteris rubris notatus. *Colores*, quo titulo, forsitan non male divinabo, si dicam, Auctorem Orationum elegantiam, venustatem, earumque veoeres voluisse demonstrare.

Codex ioitiales singularum Orationum litteras licet exiguas auro illitas, coloribusque ornatas exhibet, pulcherrimis characteribus, non tamen accurate scriptus. Ipse Sæculo XIV. fortassis est scriptus.

PLUTEUS

PLUTEUS XIX.

CODICES IN EO NUM. V.

IN I.

1. Inscriptio quæ nobis se se offert, hæc est. *M. T. Ciceronis Epistolarum liber I. ad Brutum*. (*a*)

Dein. *M. T. Ciceronis ad Brutum liber incipit feliciter*: quæ verba rubris characteribus sunt exarata, non secus, ac cetera aliorum Librorum, sive Operum, quæ hoc in Codice reperiuntur, principia.

Prima Epistola ita incipit. *Cicero Bruto salutem – Q. Clodius Tribunus Pl. designatus &c.*

Hoc in libro non solum Epistolæ occurrunt Ciceronis ad Brutum, sed & Bruti ad Ciceronem.

In fine rubris similiter litteris legitur. *Explicit Epistolarum liber ad Brutum feliciter*.

2. *Ad Q. Fratrem Ciceronis* libri III.

Incipit. *M. T. Ciceronis ad Q. Fratrem liber primus feliciter*.

Titulus primæ Epistolæ. *Marcus Q. Fratri salutem – Etsi non dubitabam: quin hanc epistolam &c.*

In fine libri legitur: *M. T. C. ad Quintum Fratrem liber primus explicit*.

Secundus liber hoc habet initium. *Incipit ejusdem ad Q. Fratrem liber secundus feliciter*.

Titulus primæ Epistolæ idem ac libri superioris. *Marcus Q. Fratri salutem – Epistolam, quam legisti: mane dederam &c.*

In fine libri. *Explicit liber secundus*.

Ad tertium librum eadem inscriptio, & prima Epistola ita incipit. *Marcus Q. Fratri salutem – Ego ex magnis caloribus &c.*

Sub finem ejusdem libri. *M. T. C. Epistolarum ad Q. Fratrem liber explicit tertius: lege feliciter*.

Tribus hisce Libris numeris omnibus absolutis sequitur una ejusdem Ciceronis Epistola ad Octavianum, cujus est titulus. *Cicero Octaviano salutem*. Editio Paulli Manutii Venetiis anno 1544 legit – *Ad Octavium Epistola*; & incipit. *Si per tuas Legiones &c.*

Ad calcem. *Epistola ad Octavianum finit*. (*b*)

3. Ejusdem *Epistolarum ad Atticum libri XVI.*

M. T. C. Epistolarum ad Atticum liber primus feliciter incipit.

Sumit principium ab his verbis. *Cicero Attico salutem – Petitionis nostræ: quam tibi summæ curæ esse scio &c. &c.*

In fine

(a) Non defuerunt, qui Epistolas Tullii ad Brutum, & Bruti ad Tullium spurias, atque alicujus Sophistæ laborem esse, & fœtum ausi sunt adseverare. Præ ceteris eruditus Tunstallus socius Collegii S. Joannis, ac Orator Universitatis Cantabrigensis in epistola anno 1741. scripta ad Cl. Middletonium hæc habet. *De Epistolis . . . quæ Ciceronis nomen falso præferunt*. Ast opusculum ejusdem Middletonii excusum habemus post ipsius Ciceronis vitam elaboratum, in quo refellit ejus objectationes, legitimamque probat veterem traditionem, eas epistolas Tullii esse, & Bruti.

(b) Notum est, Epistolam hanc a Viris doctis abjudicari. Lambinius, qui Tullii Epistolis ad Q. Fratrem hanc etiam ad Octavianum subjecit, hæc illi præscripsit. *Hæc Epistola non est Ciceronis, sed Declamatoris alicujus*.

In fine libri. *Explicit liber primus.*

Deinde. *M. T. C. Epistolarum ad Atticum liber secundus incipit*: & prima Epistola hoc habet exordium. *Cicero Attico salutem – Cal. Jun. eunti mibi Antium &c.*

Similia, ne diutius immorer, habentur cum in principio, tum in fine singulorum librorum usque ad ultimum, cujus hæc est clausula. *M. T. Ciceronis Epistolarum liber XVI. & ultimus explicit feliciter.* Ad titulos præterea omnium librorum additur. *Lege feliciter.*

Codex pulcherrimis characteribus scriptus est. At inscitia Librarii, & socordia non tantum quibusdam in locis lacunis hiat, quæ in marginibus suppletæ non sunt; sed non semel foliorum aliqua pars sine scriptione relicta cernitur: Quandoque nonnullis spatiis inserta minutioribus ejusdem Librarii characteribus reperiuntur quædam sensum exprimentia eorum, quæ scripta non fuerant. Codex ipse quoad ornamentum etiam splendidus est. Initialem primi folii litteram exhibet laminis aureis, coloribusque variis eleganter refertam; omnesque pariter librorum primas litteras, etsi minore mole, quam quæ in primo libro cernitur, ostendit affabre depictas. Ad calcem primi folii Stemma Malatestianum, supra quod fasciola aurea conspicitur, in qua hæc scripta sunt.

Mal. Nov. Pan. Fil. Hoc Dedit Opus. (c)

I N I I.

Ciceronis Orationes diversæ num. XXXI.

1. Pro Cneo Pompejo Magno; ipsius Orationis Titulus est. *M. T. C. Pro Magno Pompejo Oratio incipit feliciter*: et ab illis verbis initium capit – *Quamquam mibi &c.*

Hæc illa Oratio est, quæ in Editionibus inscribitur *pro Lege Manilia.*
In fine *M. T. C. Oratio pro Cneo Pompejo explicit.*

2. *Incipit Oratio pro Tito Annio Milone feliciter – Et si vereor &c.*
Et in fine. *M. T. C. Oratio pro Tit. An. Milone explicit.*

3. *Incipit Oratio pro Cn. Plancio feliciter – Cum propter egregiam &c.*
Desinit. *M. T. C. Oratio pro Cn. Plancio explicit.*

4. *Incipit Oratio pro P. Sylla – Maxime &c.*
In fine. *M. T. C. pro P. Silla Oratio explicit.*

5. *Incipit pro Annio Licinio Archia*, & initium est -- *Si quid &c.* Editiones rectius legunt pro *Aulo Licinio*, cum Annius pronomen non sit.
Ad finem. *M. T. C. pro An. L. Archia oratio explicit.*

6. *Incipit pro M. Marcello feliciter – Diuturni &c.*
In fine. *M. T. C. pro M. Marcello Oratio explicit.*

7. *Incipit pro Q. Ligario*, & exordium habet – *Novum crimen &c.*
Sub finem. *M. T. C. Oratio pro Q. Ligario explicit.*

8. *Incipit Oratio pro Rege Dejotaro – Cum in omnibus &c.*

In

(c) Codex est Sæculi XV. Observandum tamen id, quod ea in fasciola exaratum legitur. Nam præter ea momumenta invictissima, quæ Cap. II. Tom. I. Catalogi nostri Bibliothecæ Malatestianæ edidimus ad luce meridiana clarius ostendendum, Conditorem Cæsenatis Bibliothecæ non Andream, non Sigismundum Malatestas, sed Dominicum Malatestam Novellum Panduphi Filium fuisse, accedit hæc etiam Inscriptio, *Mal. Nov. &c.* quæ plurimum facit ad rem ipsam magis magisque declarandam.

In fine. *M. T. C. Oratio pro Rege Dejotaro explicit.*

9. *Incipit Oratio pro A. Cluentio Avito - Animadverti &c.*
Ad finem. *M. T. C. Oratio pro A. Cluentio explicit.*

10. *Incipit Oratio pro P. Quintio feliciter;* & habet initium - *Quæ res &c.*
In fine. *M. T. C. Oratio pro P. Quintio explicit.*

11. *Incipit pro L. Valerio Flacco feliciter - Cum in manimis &c.*
Definit. *M. T. C. Oratio pro L. Valerio Flacco explicit.*

12. *Incipit Congratulatio revocationis ab enilio - Quod precatus a Jove &c.*
In fine. *M. T. C. Congratulatio revocationis ab enilio explicit.*

13. *Incipit Oratio pro reddit u suo - Si Patres Conscripti &c.* Hæc Oratio in Editionibus inscribitur: *Post reditum in Senatu*, ideſt habita in Senatu.

14. Post hanc Orationem sequitur, veluti alia quædam M. Tullii Oratio, Opusculum fine ullo titulo. Principium ejus. *Etsi tibi omnia.* Finis vero. *Volo enim hoc commentariolum petitionibus haberi omni ratione perfectum.* Sed perperam Librarius five nostri Codicis, five vetustioris, a quo noster exscriptus est, Opusculum hoc pro M. Tullii Oratione habuit, ceterisque ejus Orationibus interseruit. Manifeste enim est *Commentarius ille de Petitione Consulatus*, quem ad M. Tullium Quintus Cicero ejus frater scripsit, & in postremis ejus Commentarii verbis melius Editiones habent *petitionis*, quam, ut in loco, quem attuli, nostri Codicis *petitionibus.*

15. Similiter et hæc titulo caret, nihilque indicat, pro quo facta sit. Incipit hisce verbis. *Si quando inimicorum impetum propulsare &c.*
In fine hujus Orationis legitur. *Explicit Oratio babita pridie quam iret in enilium.* (*d*)

16. *Incipit Oratio pro Domo sua - Cum multa divinitus Pontifices &c.*
Ad finem. *M. T. C. pro Domo sua Oratio explicit.*

17. *Incipit Oratio in Vatinium Testem - Si tua tantummodo Vatini &c.*
Legitur in fine. *M. T. C. Oratio in Vatinium Testem explicit.* (*e*)

18. *Incipit Oratio pro Mar. Cælio feliciter - Si quis Judices &c.*
Et in fine. *M. T. C. Oratio pro M. Cælio explicit.*

(d) Merito conqueritur eloquentiæ Parens Cicero in Oratione pro Plancio. *Ego si quid est, quod mibi scitum esse videatur, non adspernor, stomachor vero cum aliorum non me digna in me conferuntur.* Ciceroni adscribitur Oratio hæc habita pridie quam iret in exilium, cum tamen apertissime sit supposititia, & conficta. Paullus Manutius in Editione anno 1540. curata, dum Indicem conficit earum Orationum, quæ in eo Tomo continentur, de hac scribit: *Quam tamen Ciceronis non esse manifestum.* H. Dodvvellus differ. I. ad S. Irenæum p. 53. notat hanc Orationem a veteri quodam Sophista esse simulatam; & Lambino judice inelegantem, inconcinnamque, insulsam, atque ineptam, deoique vix latinam.

(e) Hæc Oratio a veteribus Scriptoribus nomine *interrogationis* appellatur. Siquidem Tullius interrogatione utitur, qua Vatinii singula gesta reprehendit, ut ipse fatetur in Epistola ad Lentulum. *Tota vero interrogatio mea nibil babuit aliud, nisi reprebensionem illius Tribunatus, in quo omnia dicta sunt libertate, animoque maximo de vi, do auspiciis, de donatione regnorum.* Editiones, quas vidi, ipsum solum vocant *Publium Vatinium.* Codex addit *Testem.* At nomen ipsius non est, sed quia ad vadimonium venit, dixitque testimonium in P. Sextium *de vi reum*; ideoque fortasse *Testis* heic nuncupatur.

19. *Incipit Oratio pro Sexto Roscio – Credo ego vos &c.*
In medio hujus Orationis multæ desunt lineæ.
Ad calcem ipsius. *M. T. C. Oratio pro Sexto Roscio explicit.*

20. *Incipit pro Lucio Murena – Quæ deprecatus &c.*
Ad finem. *M. T. C. pro Lucio Murena Oratio explicit.*

21. *Incipit Oratio pro Lucio Cornelio Balbo – Si auctoritates &c.*
In fine. *M. T. C. pro Lucio Cornelio Balbo oratio explicit.*

22. *Incipit Oratio de responsis Aruspicum – Hesterno die P. C. &c.*
Ad finem. *M. T. C. Oratio de responsis Aruspicum explicit.*

23. *Incipit Oratio de provinciis consularibus – Si quis vestrum &c.*
Sub finem. *M. T. C. Oratio de provinciis consularibus explicit.*

24. *Incipit Oratio pro P. Sextio – Si quis antea &c.*
In fine. *M. T. C. pro P. Sextio explicit.*

25. *Incipit Oratio in Lucium Pisonem – Jam vides &c.*, melius Editiones *Jamne.*
Ad finem. *M. T. C. Oratio in L. Pisonem explicit feliciter.*

26. *Incipit Oratio pro Lege agraria contra Servilium Rullum – Est hoc in more positum &c.*
Ad finem. *M. T. C. Oratio de Lege agraria contra Rullum explicit.*

27. Brevis hæc Oratio, quæ sequitur, Inscriptione caret, in margine tamen legitur *de Lege agraria*. Est igitur tertia contra eundem Servilium Rullum, & hoc initium habet. *Comodius fecissent tribuni plebis Quirites &c.*
In fine. *M. T. C. Oratio de Lege agraria explicit.*

28. *Incipit Oratio pro C. Rabirio Posthumo – Si quis est Judices &c.*
Ad finem. *M. T. C. Oratio pro C. Rabirio Posthumo explicit.*

29. *Incipit Oratio pro A. Cecinna – Si quantum &c.*
In fine. *M. T. C. Oratio pro A. Cecinna explicit.*

30. *Incipit Oratio pro C. Rabirio perduellionis reo – Etsi Quirites &c.* (*f*)
Hæc postrema Oratio in fine manca est, multaque ibi desiderantur; sed & alius defectus in Codice reperitur, quia aliquibus in locis lacunæ occurrunt.

Codex scriptus in candidis, & levigatis pergamenis est Sæculi XV., & nitidissimos exhibet characteres. Initialis littera primæ Orationis haud exiguæ molis non solum referta

(f) Ciceronis M. Tullii, Romani, in Villa Arpinate nati, facundiæ, & latinarum litterarum parentis; qui oppressus Triumvirali proscriptione anno ante Christum XLIII. interiit; multa in Codicibus hujus Bibliothecæ cum hoc Pluteo, tum superiore XVIII. Opera, ut vidimus, reperiuntur, inter quæ nec ipsius Topica, nec de claris Orator., nec de Oratore, nec alia quædam, quæ ejusdem haud dubia sunt, nacti sumus. De ipsius vita, summa in dicendo præstantia, deque præclaris dignitatibus, ac muneribus, quibus est functus, nec non de ipsius Scriptis jam editis, deperditis, & suppositititiis innumeri ferme Scriptores differuerunt. Historiam Vitæ Ciceronis cum ab aliis, tum a doctiss. Middleton. Anglo scriptam extare, nemo est qui nesciat. Ea, quam Middletonius dedit, in Italicam linguam versa Venetiis excusa est anno 1748.

referta est eleganti cærulei coloris, viridis, rosei mixtura; verum etiam in medio effigiem eleganter depictam exhibet cujusdam venerandi senis violaceum biretum habentis in capite. In superioribus singularum paginarum marginibus nomina conspiciuntur eorum Virorum, pro quibus Orationes dictæ sunt, rubris characteribus scripta.

IN III.

Publii Virgilii Opera.

Initio hujus Codicis nobis se se offert brevis Præfatio in Opera ejusdem Virgilii, in cujus fine aliqua occurrunt de ejus Vita, & Testamento, quæ cum nihil novi prodant, quod in Editionibus non habeatur, prætermittimus.

Sequenti pagina Versus exhibentur cum hac inscriptione. *Versus Octaviani Imperatoris de Virgilio.*

„ Ergone supremis potuit vox improba verbis
„ Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes
„ Magnaque doctiloqui morietur musa Maronis?

Deinde Distichon Virgilii.

„ Nocte pluit tota redeunt spectacula mane:
„ Divisum Imperium cum Jove Cæsar habet

Post hæc *Virgilius de se ipso.*

„ Mæonium quisquis Romanus nescit Homerum
„ Me legat & lectum credat utrumque sibi.
„ Illius immensos miratur Græcia campos:
„ Ast minor est nobis: sed bene cultus ager.
„ Hic tibi nec pastor: nec curvus desit arator
„ Hæc Graiis constant singula: trina mihi. (g)

Insuper *Virgilius de Vetula & incipit.*

„ Si memini fuerant tibi quattuor Aelia dentes
„ Expuit una duos Tussis, & una duos.
„ Jam secura potes &c. (h)

Tandem Epitaphia exhibentur, quæ quasi tumulo Virgilii imprimenda XII. Sapientes condiderunt per tetrastica.

Eorum Auctores ita in Codice recensentur.

Ædipidius. Eustennius. Asmenius. (sic) Maximianus. Vitalis. Basilius. Asmenius. (sic) Vomanus. Euforbius. (sic) Julianus. Hilasius. Hi Auctores numero sunt XI. At in Codice ad omnes hos præmittitur. *Et primo Virgilii de se ipso.*

1. Sequitur *Bucolicon* liber.

Is liber acephalus est cum initium faciat ab hoc Versu.

„ Uno eodemque igni sic nostro Daphnis amore
„ Sparge molam: & fragiles incende bitumine lauros.

 Major

(g) Hoc Epigramma in Codice Virgilio adscribitur, sed incerti Auctoris esse, Eruditi sentiunt.

(h) Non incerti Auctoris est Tetrasticon, quod inscitissime Librarius noster, vel alius vetustioris Codicis, a quo noster Codex exscriptus est, Virgilio adjudicat, cum notissimum sit esse Martialis.

Major hujus Eclogæ pars, quæ est octava hujus Libri Bucolicon, & septem priores hoc in Codice desunt.

Desinit hic liber in hæc verba

„ Ite domum saturæ: venit hesperus; ite capelle;

Estque finis postremæ ex X. Eclogis, ex quibus iste liber componitur.

Explicit liber Bucolicon Virgilii Mantuani. Deo gratias.

2. *Publii Maronis Virgilii Georgicorum liber incipit.*

„ Quid faciat lætas segetes: quo sidere terram
„ Vertere: Mecœnas: ulmisque adjungere vites.

In fine. *Explicit liber primus Georgicorum. Incipit secundus.*

„ Hactenus arvorum cultus: & sidera Cœli
„ Nunc te: Bacche: canam nec non silvestria tecum
„ Virgulta . . . .

In fine. *Explicit liber secundus. Incipit tertius.*

„ Te quoque magna Pales: & te memorande canemus
„ Pastor ab Amphryso: vos silvæ amnesquæ Lycæi.

Tertii Libri distinctio a quarto non apparet in Codice, sicuti est de prioribus Libris. Ast in ipso non deest. Siquidem, ut in Editionibus incipit.

„ Protinus aerii mellis cælestia dona
„ Exequar hanc etiam: Mecœnas: accipe partem.

Et clauditur quartus liber his versibus.

„ Carmina, quæ lusi pastorum: audaxque juventa
„ Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi.

Et post versus istos legitur. *Publii Virgilii Maronis Georgicorum liber explicit*: & postea rubri coloris hæc sunt verba. *Deo gratias. Amen.*

Animadvertendum sane est, clausulam Librorum, si excipias quartum librum, non esse, uti in Editionibus; hac una tantum de caussa, quia tituli, sive melius argumenta, quæ metrice in multis Georgicorum Libris editis leguntur, præcedunt; in nostro autem Codice Libris ipsis finem faciunt.

3. Sequuntur Libri *Æneidor*, sive, ut perperam in Codice scriptum *Eneidos*, quibus præmissa cernuntur Monosticha singulorum librorum argumenta breviter indicantia. Eorum principium hoc est.

„ Primus habet Libicam veniunt: ut Troes in urbem
„ Edocet excidium Trojæ: clademque secundus &c.

Finis vero. „ Ultimus imponit bello Turni nece finem.

Hi

Hi verſus ſub Baſilii nomine circumferuntur, & ſub ipſius nomine jam editi, etſi in Codice Auctor non memoretur.

Primi Æneidos libri initium ita ſe habet.

„ Arma virumque cano: Trojæ qui primus ab oris
„ Italiam fato profugus lavinaque venit.

Liber duodecimus, qui poſtremus eſt hujus Operis, ita clauditur.

„ Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub umbras. (i)

Dein. *Explicit liber Virgilii. Deo gratias.*

Sequitur cujuſdam familiæ parvum Stemma cum campo, cujus pars ſuperior nigrum præfert colorem, & in medio ſolem radiantem; inferior vero cæruleum colorem cum leunculo; & deinde *Amen*.

Codex ex characterum forma, aliiſque ſignis, & etiam ex ipſa pergamenæ aſperitate, & quadam nigredine judicari, niſi fallimur, poteſt Sæculi XIII.

IN IV.

M. Fabii Quintiliani *Inſtitutiones Oratoriæ*. Libri ſunt XIII., qui in Editionibus non ſunt plures quam duodecim. Sed quæ cauſſa hujus diverſitatis ſit, mox videbimus.

Lemma primi Libri. *Marci Fabii Quintiliani Inſtitutiones Oratoriæ: liber primus incipit.*

Poſt hanc libri primi inſcriptionem ſtatim ſuccedunt duo Procemia. Primum ea eſt Epiſtola, quam ipſe Fabius Quintilianus Tryphoni ſcripſit, (hujus Tryphonis mentio eſt apud Martialem IV. 13., & XIII. 3.) Alterum vero ab ipſo primo libro non ſejungitur, & ab his verbis ducit initium. *Poſt impetratam ſtudiis meis quietem: quam per XX. annos erudiendis juvenibus impenderam &c.*

Primi libri finis eſt. *Hactenus ergo de ſtudiis quibus, antequam majora capiat, puer inſtituendus eſt. Proximus liber velut novum ſumet exordium: & ad rhetoris officia tranſibit.*

Sequitur ad libri finem. *M. Fabii Quintiliani inſtitutionum Oratoriarum ad Victorium Marcellum liber primus explicit.*

Incipit liber ſecundus, qui non ſecus ac primus, & ceteri omnes hujus Operis in plura eſt diviſus capita, atque cuique Capiti præfigitur titulus rei, qua de agitur.

Hinc titulus primi Capitis hujus ſecundi libri eſt. *Quando Rhetori tradendus ſit puer.*

Secundus Liber ita ſumit exordium. *Senuit conſuetudo: quæ quotidie magis invaleſcit. Tenuit* legendum eſt, uti habent Editiones; ſecus Quintilianus ſibi conſtans non eſſet. Sed & alia in locis, quos exſcripſi, exſcribamque, Librarii errata ſunt, quæ minime emendanda ſumpſi.

Dum

(i) Si Cicero omnium Oratorum Latinorum facile princeps; Virgilius & ipſe omnium judicio Poetarum fuit. Cariſſimus extitit Auguſto Imperatori; qui vetuit Æneidem rapidis flammis aboleri, quod in Teſtamento ſuo Virgilius præceperat. Extant graviſſimi illi verſus ſeu Auguſti ipſius, ſeu Auguſto tributi:

„ Frangatur potius legum veneranda poteſtas
„ Quam tot congeſtos noctesque dieſque labores
„ Hauſerit una dies . . . .

In Agro Mantuano natus Anno V.C. DCLXXXIV. Obiit Brunduſii Anno V. C. DCCXXXV. ante Chriſtum XIX.

Dum Codex a secundo libro ad tertium progreditur, nulla occurrit nota, quæ tertii libri principium monstret. At cum uno in loco hæc legantur: *Quoniam in libro secundo quæsitum est quid esset Rhetorica, & quis finis ejus*: deprehendimus ibi esse tertii libri finem.

Primæ illius vocis *quoniam* littera Q. initialis in Codice deest, ac similiter in aliis Libris initiales litteræ Vocum, a quibus incipiunt, omissæ cernuntur: quod & factum in aliis hujus Bibliotecæ Codicibus alibi observavimus.

Ad calcem legitur. *Marci Fabii Quintiliani liber tertius explicit. Incipit quartus.* Procemium. *Perfecto M. Victori operis tibi dedicati tertio libro: & jam quarta fere laboris parte transacta &c.*

Hujus quarti libri, sicuti quinti, & sexti, etsi indicatio titulorum desit, neque ad eorum finem clausula cernatur *Marci Fabii &c.* attamen perfecti sunt, ac recte a Librario invicem distincti per litteras initiales.

Septimus liber incipit cum titulo. *Leges contrariorum.*

Hujus libri in Codice exordium est. *Prouimum est de legibus contrariis dicere &c.*

Definit in hæc verba: *Verum longius fortasse progredior fallente eransitu: & a dispositione ad elocutionis præcepta labor quod prouimus liber incohabit.*

Cum hunc librum perlustrarem, videremque ex paucis numero paginis constare, subiit mihi dubitatio ipsum mutilum esse, & iccirco collatione facta cum Editionibus comperi, partem, quæ in Codice occurrit esse hujus libri postremam, ut majore sui parte careat.

Post finem litteris rubri coloris legitur. *M. Fabii Quintiliani Oratoriarum institutionum liber septimus explicit.*

Liber octavus cum suo Procemio incipit. *His fere, quæ in prouimos quinque Libros adlata sunt &c.* Melius Editio Griffiana anno 1555. legit *collata.*

Definit. *Sed de his satis quia eundem locum plenius in eo libro, quo causas corruptæ eloquentiæ reddebamus, tractavimus.*

In fine libri noni, qui ab Editionibus non discrepat, legitur. *Marci Fabii Quintiliani Institutionum oratoriarum liber nonus explicit.*

Decimus liber hæc primum rubris characteribus exarata exhibet. *De copia verborum. Quæ legenda. Qui Græcorum mauime legendi. Qui Romanorum. De imitatione. Quomodo scribendum. Quomodo emendandum. Quæ minime scribenda. De cogitatione: Quomodo eutemporalis facultas paretur, & contineatur.* Summaria brevia hæc sunt rerum, de quibus hoc in libro differitur.

Incipit. *Sed hæc eloquendi præcepta &c.*

Definit. *Sed de memoria destinatus est prouimo libro locus: nec huic parti subjungendus, quia sunt alia prius nobis dicenda de his.*

Undecimus liber incipit. *Narrata: sicut superiore libro continetur: facultate scribendi.* Error Librarii *narrata* cum legendum sit *parata.*

At finis hujus libri hic est. *Dicebatur etiam esse nunc qui facerent: sed mihi numquam ue ipse intereessem, contingit: habenda eamen fides est ut qui crediderit, & speret.*

His verbis undecimus liber clauditur, & quod in Editionibus reliquum est libri undecimi in Codice constituit librum duodecimum. Siquidem incipit. *Pronunciatio a plerisque actio dicitur: sed prius nomen a voce: sequens a gestu videtur accipere &c.*

Definit. *Sed jam recepta est actio paulo agitatior: & jam exigitur & quibusdam partibus convenit ita tamen temperanda: ne dum actoris captamus elegantiam: perdamus viri boni & gravis auctoritatem.*

En apertissima ratio, cur nostro in Codice *Institutionum Oratoriarum Quintiliani* Libri non ad duodecim, sed ad trexdecim protrahantur; & ob id non quidpiam

piam novi, & præcipui credendum reperiri in ipso, quod in Editionibus non inveniatur. (l)

Incipit ultimus liber. *Ventum est ad partem Operis destinati longe gravissimam.*

Finis est. *Habes hæc: Marcelle Victori: quibus præcepta dicendi pro virili parte adjuvari posse per nos videbantur: quorum cognitio studiosis juvenibus si non magnam utilitatem afferet: at certe quod magis petimus bonam voluntatem.*

Codex initialibus litteris cum (quod jam supra attigimus) Librorum, tum etiam capitum caret, & quandoque, sed raro aliquas habet lacunas. Scriptum esse Sæculo XIV. existimamus.

I N V.

1. Quinti Curtii Rufi *de gestis Aleuandri Macedo. liber feliciter incipit.*

In margine ad hujus libri exordium rubris characteribus hæc extant. *Primi duo Libri non habentur.* (m)

Igitur libri tertii initium ita se habet. *Inter hæc Aleuander ad conducendum ex Peloponeso militem Cleandro cum pecunia misso &c.*

Liber hic tertius clauditur hisce verbis: *& nondum in omnium animis memoriam majestatis suæ euoleuisse cernebat.*

Postea. *Explicit liber: Incipit liber quartus*, & hoc habet principium. *Darius tanti modo euercitus Rex, qui triumphantis magis quam dimicantis more curru sublimis inierat prælium &c.*

Hunc finem habet in Codice nostro. *Et si vere estimare macedonas qui tunc erant volumus: fatebimur & regem talibus ministris & illos tanto rege fuisse dignissimos.*

Diximus his verbis finem imponi libro quarto, quia Codex librum quartum partitum exhibet in duos Libros, ita ut liber quintus in Codice initium sumat ab iis verbis. *Del:ri potest euercitus &c.* Hæc porro verba sunt Capitis XXIII. libri quarti in Editionibus; & sicuti liber quartus in iisdem his verbis clauditur. *Ac dum gallea haustam aquam sorbet: tela jumentorum deficientium corporibus infixa conspexit. Miratusque confossa potius quam abacta esse semivivi hominis*; ita & in Codice reperitur. Immo post hæc verba extat scriptum. *Explicit liber quintus. Incipit seutus feliciter.*

Ejus principium est. *Quæ interim dum talia fierent ab Alcuandro*: *bellum ortum est inter Macedonas & Lacedemonios &c.*

Heic etiam animadvertamus oportet, exordium hujus libri sexti in nostro Codice ob divisionem factam unius libri in quartum, & quintum esse principium libri quinti in Editionibus, cumque in illo adnectat Librarius ea, quæ sunt libri quinti, & sexti Editionum, ut unum exhibeat librum, consequens est, si excipiamus eam partitionem, in Codice nostro contineri ea omnia, quæ in Editionibus reperiuntur.

Finis libri sexti ejusmodi est. *Post confessionem etiam neque Philotas amico-* rum

(l) Ex Operibus Virorum doctorum didicimus in Bibliotheca Gesneriana Simleri, & in Bibliotheca Hallervordi Codices fuisse, in quibus Opus hoc Quintiliani in sexdecim Libros distingueretur. Sed ea divisio minime probanda; cum in solos XII. Libros Opus hoc semper fuisse distinctum ex Hillario de *Trinitate*; Hieronymo Epist. *ad Magnum Oratorem* constet. Sed si quidam Codices hoc Opus in sexdecim Libros partitum exhibent, quid mirum si noster in trexdecim?

Floruit Quintilianus prope finem Sæculi primi Nativitatis Christi sub Domitiano Augusto.

(m) Duorum Librorum res litteraria, & historica jacturam passa est, qui primi erant præclari Operis Quinti Curtii. Hi cum in vetustinribus Editionibus, tum in omnibus MSS. Codicibus nedum in hoc nostro desiderantur. Hæc tamen illorum amissio, quod quidem ad Historiam attinet, studio, & labore Virorum doctissimorum, quos recensere heic non vacat, suppleta sunt. Hinc Scaliger in Scaligerianis secundis pag. 61. hæc testatur: *Omnia Quinti Curtii quæ habemus descripta sunt ex unico exemplari. Reliqua recentia sunt ad unum omnia. In Bibliotheca S. Victoris primus liber Q. Curtii erat, sed deprehendi compositum esse a Petrarcha.*

rum misericordiam meruit. Rectius legunt Editiones. *Post confessionem Philotas ne amicorum quidem misericordiam meruit*.

Dein. *Explicit liber sextus*. *Incipit septimus feliciter*.

Philotam sicut recentibus sceleris ejus vestigiis jure affectum supplicio censuerant milites &c.

Quoniam vero aliis in libris usque ad decimum inclusive Codex Editionibus conformatur, hæc verba sunt, quibus decimus liber, ac totum Opus clauditur. *Ceterum corpus ejus a Ptolomeo cui Egiptus credebat Mempbin: & inde paucis post annis Alexandriam translatum est: omnisque memoriæ ac nominis bonos babetur*.

Ad calcem hujus Operis. *Finis Q. Curtii de gestis Alexandri*. (n)

Sequens deinde numerica notatio 1460. visitur, quæ annum nempe indicat, quo Codex scriptus, cuique libro Summaria rerum de quibus in eo agitur, apposita in marginibus conspiciuntur rubris characteribus scripta.

2. Æmilii Probi *de excellentibus Ducibus exterarum Gentium*.

Post Operis Epigraphen statim rubris characteribus scriptum legitur. *Æmilius Probus de excellentibus Ducibus euterarum Gentium*. *Prologus feliciter incipit*.

Non dubito fore plerosque: Attice: qui boc genus Scripturæ leve, & non satis dignum summorum Virorum personis judicent &c.

Cum ex hoc Prologo, tum ex Vitis, quæ deinde in Codice sequuntur (quarum initium & finem exhibere supersedeo) perspicuum est, Opus, quod heic habetur, illud esse, quod non Æmilio Probo, sed Cornelio Nepoti adscribendum Viri doctissimi jam pridem viderunt; perperam proinde nomen Æmilii Probi in nostro Codice præfert. Quædam tamen in excusis Vitarum harum Exemplaribus occurrunt, quæ in nostro Codice desiderantur nempe Caput integrum *de Regibus*; & nonnulla verba in principio Vitæ *Datamis*, & ipsas præterea Vitas Codex alio prorsus ordine, eoque perverso, ac pessimo exhibet. Incipit enim a Vita *Hannibalis*; eam sequitur Vita *Hamilcaris*; hanc vita *Timoleonis*. Succedit *Epaminondæ*; tum *Catonis*, deinde *Pelopidæ* vita. Reliquas, ne sim longior, mitto. Vita tamen *Pomponii Attici*, ut in Editionibus, ita in nostro Codice etiam postremum locum tenet, quæ (pariter ut in Editionibus) ita clauditur. *Sepultus est apud Viam Appiam ad quintum lapidem in monumento Q. Cæcilii Avunculi sui*. In Editionibus pro *apud Viam* legitur *juxta Viam*. Sed cum hæc, tum variantes aliæ lectiones, quas Codex habet, exigui momenti sunt.

3. Sexti Julii Frontini *Strategematicon*, idest de sollertibus factis Græcorum Ducum, Romanorum, aliorumque.

Præit Prologus, qui ita incipit. *Cum ad instruendam &c.* Ad ipsius finem Index conspicitur Capitum, rerumque omnium, quas Auctor in hoc primo libro tractat.

Primus liber incipit. *Portius Cato devictas a se Civitates &c.*

Ad

(n) Inter cetera, quæ de Curtii Opere scribit Wangescilius Tom. IV. pag. 178. lubet hæc ferre. *Quod superest, hic Scriptor ab iis, qui grandem & pudicum latinitatis sermonem amant, assidue in manu sinuque gestari debet. Sunt enim illi verba electissima, acutæ, crebræque sententiæ, expositiones mirificæ, conciones multa facundia instructæ, ita ut oratio ejus utique servet majestatis suæ pondus*. Miror tamen Bodinum cap. 10. Methodi Histo., Mollerum Dissert. de Curtio non Q. Curtium Rufum nostrum hujus historiæ Auctorem constituere, sed eam confectam esse existimare ab erudito quodam Italo ante annos trecentos. Eam laudant Joannes Gavisberiensis, qui vixit Sæculo XII. Gualterus Episcopus Insulanus, qui ut Vossius scribit, floruit anno 1250. Sed quid plura? Extat in Bibliotheca Medicea Laurentiana Codex historiam, qua de agimus, continens, ex cujus magna vetustate (octingentorum annorum creditur) dubitari non posse, Viri docti jam monuerunt, quin Bodinus modo memoratus, & similes in ea sua opinione longe a vero aberraverint.

Ad ipsius extremum legitur. *Explicit liber primus*.

Secundi libri Prologus feliciter incipit. *Depositis primo libro &c.* Sequitur postea Index Capitum, & rerum, de quibus in hoc secundo libro fit sermo.

Incipit caput primum. *Scipio in Hispania &c.*

Finis secundi libri.

Tertii Libri Prologus incipit. *Si priores libri &c.*

Hic pariter liber tertius suum habet Indicem Capitum, & rerum, de quibus in ipso agitur.

Caput primum ita incipit. *De repentino impetu Quintus Consul &c.*

Finis tertii libri.

Quarti libri Prologus feliciter incipit. *Multa Lectione conquisitis &c.*

Succedit, ut in superioribus Index rerum, & Capitum hujus quarti libri, & primum Caput incipit. *De disciplina: Scipio ad Numatiam &c.*

Is Auctor libros tres *Strategematon* scripsit; ipsi postea addidit quartum, in qno exempla disciplinæ militaris exhibet.

Ad calcem legitur. *Finis*; dein græce τέλος, quæ quidem vox & in fine aliorum quorundam Codicum jam descriptorum habetur,

4. Vegetii de *disciplina militari* Libri IV. (o)

Omnes hi quatuor Libri suum præferunt Prologum, & postea Indicem omnium Capitum, in quæ ipsi Libri distincti sunt.

Primi libri hoc est exordium. *Romanos omnes sola armorum exercitatione vicisse &c.*

Finis quarti libri istiusmodi est. *Quam vetus doctrina monstraverat*. (p)

Codex nitidissimus est, & characterum forma conspicuus. Inscriptiones præterea Librorum, & Capitum litteris rubri coloris efformatas exhibet. Primæ omnium Librorum litteræ, licet parvæ molis, illustratæ tamen sunt coloribus, aureisque lineolis. Ad extremum primæ paginæ visitur Stemma Malatelteum auro, & coloribus variis ornatum cum figlis M. N. Hoc itidem ad ultimæ Codicis paginæ limbum Insigne observatur; at cum hac præstantiori illius Principis laude, quod ad latera ipsius sedentes cernuntur statuæ; quarum altera est Fides, quæ tenet in manu Calicem, supra quem Hostia habetur, & ad ejus basim legitur. *Fide*; altera vero una manu bilancem sustinet, altera gladium stringit, atque ad basim legitur. *Giustizia*. Quo sæculo hic Codex sit scriptus ex his aperte patet.



(o) Didicimus ex Fabricio Bibliot. Latinæ lib. III. eap. IX. pag. 617. adnot. 1. Hoc Vegetii Opus *de militari disciplina* referri in IV. tantum Libros distinctum in Biblio. Simlero Gesneriana, sicuti divisum extat in hoc Codice. Idem præterea Fabricius hæc habet. *Liber quintus sive præcepta navalis militiæ quarto libro adhærent in antiquis Editionibus ante Scriverium, qui fide quorundam Codicum disjunxit*. In nostro itaque Codice etsi in IV. Libros distribuatur; attamen absolutum numeris omnibus hoc opus continetur.

(p) Flavius Vegetius floruit tempore Valentiniani II. Augusti hasque militares scripsit ad ipsum Imperatorem, ut quidam docti Viri maximam partem hodie opinantur. Sed esse cur hac de re plurimum dubitetur, potiusque Vegetium vixisse Sæculo V. sub *Valentiniano* III. Imperatore, seu sub Theodosio II., & vel ad illum, vel certe ad hunc Imperatorem suum hoc Opus scripsisse, argumentis non levis ponderis contendit Cl. Morgagnus in Epistola Æmiliana VI. cap. 7.

PLUTEUS XX.

CODICES IN EO NUM. V.

IN I.

1. L. Annæi Senecæ *Epistolæ ad Lucilium*. Has Codex in duos, & viginti Libros distinctas exhibet; primique libri hæc est Epigraphe. *L. Annæi Senecæ Epistolarum ad Lucilium liber incipit primus. De colligenda, & sistenda fuga temporis, & non esse pauperem, cui etiam modicum satis est.*

Sequitur ipsius libri primi Epistola I. hoc initio, ut in Editionibus: *Ita fac: mi Lucili: vindica te tibi &c.*

Ultimi, idest Libri XXII., seu postremæ harum Senecæ ad Lucilium Epistolarum titulus est. *Quod bonum non sensu, sed intellectu comprehenditur, & quod bonum in nullo est, nisi in quo ratio est.*

Ipsa Epistola ita clauditur*: Brevem tibi formulam dabo: qua te metiaris qua perfectum esse jam sentias. Tunc habebis tuum bonum: cum intelliges infelicissimos esse felices.* (a)

His Epistolis Codex subsequentia subnectit verba.

S. Hieronymus de Seneca in Catalogo Sanctorum (b) *& de Viris illustribus.*

Lucius Annæus Seneca Fortunii (c) *Istorici discipulus, & patruus Lucani Poetæ continentissimæ vitæ fuit: quam non ponerem in catalogo SANCTORUM, nisi me epistolæ provocarent, quæ leguntur a plurimis Pauli ad Senecam: & Senecæ ad Paulum, in quibus cum esset Neronis Magister & illius temporis potentissimus optare se dicit esse ejus loci apud suos: cujus sit Paulus apud Christianos. Scripsit autem præter octo Epistolas, quas ad Paulum transmisit: Epistolas morales ad Lucilium CXXXV. quas redegit in Libros XXII. scripsit ad Neronem Cæsarem de Clementia Libros II. Ad Ebucium Liberalem de Beneficiis Libros. Item de naturalibus quæstionibus ad Lucilium Libros VII. Sed & ad filios suos X. Libros Exclamationum. Nonnulla alia dictavit, quæ nondum ad manus nostras pervenerunt. Hic ante biennium quam Petrus, & Paulus martyrio coronarentur a Nerone interfectus est.* (d)

2. *Epistolæ Senecæ Neronis Imperatoris Magistri ad Paulum Apostolum, & Pauli Apostoli ad Senecam.* Hæc est Epigraphe. Tum vero Titulus. *Seneca Paulo salutem.*

Hæ

(a) Id peculiare est nostri Codicis, ut singulis Epistolis brevis quædam veluti summaria præmittat: res de quibus Epistolæ ipsæ agunt: indicantia, quæ Summaria in Editionibus vel non extant, vel aliter concepta. Distinctio etiam illarum Epistolarum in duos, & viginti Libros, in quos noster Codex eas partitur, plerique in Editionibus neglecta conspicitur.

(b) Ita in nostro hoc Codice. *In Catalogo Sanctorum*: hæcque eadem verba apud Hieronymum ipsum habentur in Catalogo Scriptorum Ecclesiast. Cap. XII., quo loco *de Seneca* agit. Doctissimus Vallarsius Tom. II. pag. 836. Hieronymianæ Editionis a se curatæ observat in præstantissimo Codice quidam Vaticano, qui olim fuerat Reginæ Sveciæ pro *Sanctorum* eo loco legi *Tractatorum*, ex quo conjicit Hieronymum fortasse scripsisse in *Sanctorum Catalogum Tractatorum*.

(c) Ita in nostro Codice, sed perperam. Melius enim editiones*: Socionis Stoici*, quem Socionem fuisse revera Præceptorem Senecæ Marianus Victorinus Reatinus in suis ad Hieronymum Scholiis monuit teste in eam rem Lactantio Lib. VI.

(d) Totum hunc Codicis nostri locum non ob id solum dedimus, quod in nomine hominis, qui Senecæ præceptor fuit, ab Editionibus Hieronymiani Catalogi discrepet, sed etiam quod plura habeat, quam quæ in iisdem Hieronymiani Catalogi Editionibus leguntur. Verba enim illa Codicis nostri: *Scripsit autem præter octo Epistolas* cum sequentibus usque ad ea: *Hic autem biennium &c.* ab Editionibus Hieronymiani Catalogi absunt; & vero non esse Hieronymi pro certo habemus. Auctorem fortasse habent Magistrum Guilielmum de Casinis, de quo infra.

Hæ Epiſtolæ ſunt num. XIV.

In fine hæc ſunt. *Expliciunt Epiſtolæ Senecæ ad Paulum Apoſtolum, & Pauli ad Senecam* (e). Sequitur Epitaphium Senecæ.

„ Cura: labor: meritum: ſumpti pro munere honores
„ Ite. Alias poſt hac ſollicitate animas.
„ Me procul a vobis Deus evocat: omnibus actis
„ Rebus terrenis: hoſpita terra valo:
„ Corpus avara tamen ſolemnibus accipe ſaxis
„ Namque animam cœlo: reddimus oſſa tibi.

3. *Lucii Annæi ad Gallionem de remediis fortuitorum*. Operi præmiſſum cernitur monitum a Recentiore aliquo his verbis. *Hunc librum compoſuit Seneca nobiliſſimus Orator ad Gallionem quendam amicum ſuum contra omnes impetus, & machinamenta fortunæ. Fecit autem illum ſub dialogo ut ſit conquirens ſenſus, & ratio confortans*. Liber autem iſte & ſenſuum majeſtate, & eloquii claritate, & ſententiarum brevitate refulget.

In fine. *Explicit liber de remediis fortuitorum Deo gratias*.

4. Ejuſdem *de Beneficiis ad Ebucium Liberalem* Libri VII.

5. *De Clementia ad Neronem Cæſarem* Libri II.

6. *De Providentia Dei ad Lucilium* Lib. I.

7. *Quod in ſapientem nec injuria, nec contumelia cadit ad Serenum* Liber I.

8. Ejuſdem *de vita beata ad Gallionem* Liber I.

9. *De conſolatione Filii ad Martiam* Liber I.

10. *De conſolatione ad Helviam Matrem* Liber I.

11. *Lucii Annæi Senecæ de moribus* Liber I. inter Opera Senecæ Philoſ. ſuppoſita;

Sequuntur deinde *Expoſitiones ſuper dicta Senecæ cum brevi Proœmio*, quod ita incipit.

12. *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. In principio hujus libri Senecæ nomen Altiſſimi invocare dignum duxi: ut ipſe ſumma ſua incomprehenſibili bonitate præſenti hujus libelli proverbiorum adſit initio: progreſſum dirigat, ideſt exornet. Me & omnes ſtudentes in hac morum doctrina inſtruat, & informet: & ipſe qui nullo fine clauditur fine laudabili jubeat conſervari*.

Hæc poſtea in Codice exarata leguntur. *Extirpanda ſunt vitia: inſerendæ ſunt virtutes: hæc eſt intentio hujus auctoris ſicut apparet in hoc primo proverbio*.

Ab alio expectes, quod feceris alteri. Expoſitio hæc eſt. *Vis errare poteris ſi ad te ipſum retorques: quod aliis vis facere*.

Secundum. *Animus vereri qui ſcit: vitam tuto ſcit aggredi, & ingredi*.

Tertium *Auxilia humilia firma conſenſus facit*.

Ne autem ſingula perſequar, cum proverbia omnia, quæ hoc in Codice occurrunt, ſecundum litterarum ſeriem digeſta ſint, ultimum, quod extat ſub littera z. exhibeo ita conceptum. *Homines zelare vitioſum eſt*. Expoſitio. *Zelus vitioſus aliquotiens multum occultus eſt. Eſt quodammodo motus ad cupiditatem. invidiam. & ava-*

R 2

(e) Epiſtolarum Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum Apoſtolum memioit præter S. Hieronymum S. Auguſtinus epiſtola ad *Macedonium*, & in multis MSS., aliarum Bibliothecarum Catalogos perluſtrando recenſeri video inter Senecæ Opera eas Epiſtolas. Suppoſititias tameo eſſe fatentur omnes, & Hieronymus eas vulgo haberi, & legi affirmat, non vero genuinas eſſe, Lubet heic addere quod de his epiſtolis, itemque de illis, quæ Curtii nomine circumferuntur, ſcribit Joannes Fridericus Gronovius in Elenco antidiatribes Mercurii Frondatoria p. 99. *Quis æſtimabit ſcriptum nihili cui docti Viri nomen adſcribitur. Quis Epiſtolas Q. Curtii, Pauli, & Senecæ amœbeas, otioſorum, & putidiſſimorum hominum figmenta miratur, quia illuſtria nomina præferunt*.

& avaritiam. & quasi omnium & ad omnium genera vitiorum: sed præcipue ad invidiam: & de hoc videtur intelligere Seneca. (f)

13. *Lucii Annæi Senecæ de naturalibus quæstionibus Libri VII. ad Lucilium.*

Liber primus Præfationem habet, quæ incipit. *Quantum interest inter Philosophiam: Lucili virorum optime: &c.*

Finis septimi libri est. *in quo veritas posita est: quam nunc in summa terra, & levi manu quærimus.*

14. Ejusdem *Tractatus de quatuor virtutibus Cardinalibus.*

15. *De copia verborum.* Duo hæc Opuscula Pseudo-Senecæ sunt, & supposititia.

16. *De Ludis.* Est hæc in Claudium Imperatorem Satyra lepidissima.

17. *De paupertate liber*, qui sub ejus nomine cum *Epistola de assentatione vitanda ad Lucilium* prodiit, & ejus generis esse puta, ac Proverbia, Epistolæ ad Paulum &c.

Post hos Libros legitur. *Incipit Prologus super Epistolas Senecæ* editus a *Magistro Guilielmo de Casinis.* Ante ipsum tres extant Codicis paginæ sine ulla scriptione. Prologus ab his verbis initium sumit.

Librum, cui epistolarum communis fama nomen concessit: ut quam pluribus locis ejusdem accepi. Magnificus ille Seneca de quo legimus exclamationum primo omnium memoriam trascendisse. Cum ei erat facile quicquid unquam audisset subito memorari, & ut est dicere, quicquid volebat, aut audiebat, ejus memoria nobilis, atque facilis suggerebat &c.

Definit in hæc verba. *Particulariter autem quæ sit uniuscujusque intentio Epistolæ dicetur: deinceps quatenus rudibus aliqualiter intellectus Epistolæ detegatur: & provectis paratam sit invenire quid in hoc libro quærendum sit.*

Ipsum Prooemium sequuntur Capitula in singulas Epistolas Senecæ ad Lucilium.

In fine. *Expliciunt Capitula, seu rubricæ super Epistolas Senecæ ad Lucilium.*

Dein rubris characteribus hæc subijciuntur. *Mentis colonus & morum cultor L. Annæus Seneca moralis Philosophiæ emulator studiosissimus: vir disertissimus præceptor Neronis: beatissimo Paulo mira familiaritate conjunctus ad amicum suum Lucilium sequentes morales fecit Epistolas per Libros XXII. distinguens mira exhortatione vitam moralem continentes.* (g)

18.

(f) Adnotare juvat. Proverbia nostri Codicis alphabetice distributa numero pauciora esse, quam quæ in Editionibus continentur, nec ut in illis ordinata; sicuti videre est præcipue in ea ann. 1604. apud Commelinum cum notis Jani Gruteri, in qua tres sententiæ a nobis, uti in Codice jacent, exscriptæ, prima secundum; secunda quadragesimum sextum; & tertia ultimum tenent locum. Sic etiam aliquæ sententiæ in Codice nostro occurrunt, quæ desunt in editionibus, ut hæc. *Amor animi arbitrio sumitur non supponitur.* & alia ad litteram z. pertinens. *Homines zelare vitiosum est.* Insuper variantes sunt Codicis nostri earum lectiones: Prima legit. *Ab alio expectes &c.* cum Editiones legant. *Ab alio spectes.* Hinc Cl. idem Gruterus in notis ad ipsas observat, aliquas membranas legere *spectes*; reliquas vero *expectes*, & addit: *sed exprimenda videbatur prisci ævi indoles.* De secunda Editiones habent. *Animus, vereri qui scit, scit tuto ingredi.* Non ita Codex noster, ut constat. Tandem hæ sententiæ Senecæ adscribuntur, & sub ejus nomine aliquoties vulgatæ sunt non diu post adinventam typographiam, cum tamen Publii Syri maximam partem esse Eruditi sentiant.

(g) Non parvi faciendum hunc Codicem cum ob alia, tum Proverbiorum Senecæ, & *Guilielmi de Casinis* Procemium, nemo, nisi fallor, negarit. Neque enim hæc lucem adhuc adspexisse videntur. Expositiones illæ *Proverbiorum* gravissimæ sunt, & admodum claræ. Quem Auctorem habeant, ignoramus. Quod spectat ad Magistrum *Guilielmum de Casinis* nulla ejus mentio inter tot Guilelmos recensitos a Fabricio in Bibl. med. & infim. Latinitatis Tom. III. Littera G Edit. Patav. In tamen Guilielmus egregie in prædicto Procemio erravit, cum ex primo libro *Exclamationum Senecæ* (hoc ille *Exclamationum* vocabulo Controversias, seu Libros *Controversiarum* Senecæ intelligit, eodemque sensu hæc vox occurrit in loco illo interpolato S. Hieronymi, quem supra in hoc Codice attulimus) cum, inquam, ex primo illo Exclama-

tionum

18. Demum occurrunt *Tragœdiæ*.

In fine. *Expliciunt Tragœdiæ Senecæ. Deo gratias. Amen.*

Hujus Operis exemplar vetustius cum argumentis, & notis habemus in Codice V. Plutei XXVI. ad dexteram hujus Bibliothecæ partem; de quo Codice vide, quæ in primo hujus nostri Catalogi Tomo diximus. De Auctore harum Tragœdiarum quanta controversia fit apud Eruditos, nemo ignorat. Plerique quasdam Senecæ Philosophi, quasdam Senecæ Rhetoris, hoc est ejus, qui Philosophi Pater fuit, Marcique prænomen habuit, censent. Alii tertium quemdam Senecam earum Auctorem ponunt. De hac re, aliisque huc spectantibus consuli potest Tiraboschius lib. 1. pag. 84., ut alios mittam, qui ante eum hoc argumentum accurate tractarunt.

Codex, nisi fallimur, ex characterum forma, atque ex aliis observationibus est sub finem sæculi XIII. exaratus. Quamplurima quidem, sed non omnia Lucii Annæi Senecæ exhibet Opera. Nam de *Ira ad Novatum libri III.*; *de tranquillitate animi ad Serenum liber*; *de brevitate vitæ liber ad Paulinum*; *de Consolatione ad Polybium*; deque *morte Claudii Cæsaris*: quæ Opera ab ipso scripta, & in Editionibus obvia sunt, in eo desiderantur.

IN II.

1. Plinii Secundi Junioris *Epistolæ* Libri VIII. (b)

Prima hujus Codicis Epistola hunc præfert titulum. *Plinius secundus Septicio suo S.*

Frequenter hortaris ut Epistolas, quas paulo accuratius scripsissem: colligerem publicaremque. Collegi non servato temporis ordine. Neque enim historiam componebam: sed ut quæque in manu venerat. Superest ut nec te consului: nec me pœniteat obsequii. Ita tamen fiet ut eas, quæ adhuc nec lectæ jacent: requiram: & si quas addidero non supprimam. Vale.

Primam ex integro Epistolarum Plinii Secundi Cæcilii, vel ut vocat Joseph Scaliger, Cæciliani dedimus Epistolam ea consilii ratione, ut aperte constet, undenam Codex noster earum Epistolarum Plinianarum seriem exordiatur, a qua non ducunt antiquiores Editiones initium. Dabimus etiam saltem & principium, & finem postremæ Epistolæ libri VIII. ut plena hujus Codicis cognitio habeatur.

Facta cum Editionibus collatione comperimus, septem Epistolas, a quibus liber quintus Editionum ducit exordium, postremas esse libri quarti in Codice nostro. In hoc multæ græcæ sententiæ, quæ occurrunt in Editionibus, desunt, & variantes hic, illic observavimus lectiones.

Postrema itaque libri VIII. Epistola ita inscribitur. *Plinius Fusco suo S.*

Scribis pergratas tibi fuisse litteras meas: quibus cognovisti quemadmodum in tuscis ocium æstatis exigerem &c.

Finis

tionum libro patere credidit de prodigiosa Auctoris Epistolarum ad Lucilium, hoc est Senecæ Philosophi memoria. Libri illi controversiarum non Senecam Philosophum; sed patrem ejus M. Annæum Senecam auctorem habent; & locus proinde libri I., quem Guilielmus respexit, non de Philosophi; sed de ipsius M. Annæi memoria accipiendus est, ita de se scribentis. *Hanc* (memoriam) *aliquando in me floruisse, ut non tantum ad usum sufficeret, sed ad miraculum usque procederet, non nego*. Floruit M. Annæus Seneca Rhetor imperante Augusto, & Tiberio, testibus Lipsio Libro, & capite primo Electorum, & Nic. Antonio lib. I. Biblioth. veteris Hispanæ cap. IV. Lucius vero Annæus Seneca Philosophus magnum sibi nomen scriptis suis comparavit, & sub Nerone, quem instituerat, ab eo jussus e vita migrare, ferro sibi venas scindendo, mortem opetiit anno Christi LXV. Neronis XII.

(b) Librorum horum distributio Plinii Secundi Cæcilii, qui floruit Trajani Imperatoris temporibus, eique fuit carissimus, non eadem est in MSS. Codicibus, & in antiquioribus Editionibus. Sidonius novem tantum libros agnoscere videtur, & Joannes Mansionarius octo; quod ex multis Scriptoribus didicimus. Fabricius Biblioth. Latinæ lib. II. cap. XXII. pag. 481. adnot. d. scribit. *In Editionibus antiquioribus, etiam Catanæi, Ordinem librorum immutatum reperio, pro nono enim posuit librum octavum, pro octavo nonum.*

Finis ejusdem Epistolæ: *ut nihil de die perdunt: de nocte parvulum aquirunt. Vale. Finis*,

Hæc Epistola, quæ Codicis nostri octavum claudit librum, finis est libri noni multarum Editionum. Qua de re liber octavus Codicis continet cum Epistolas ad ipsum spectantes, tum eas libri noni, quæ in Editionibus leguntur, si aliquas excipias. Libro postea decimo continente Trajani Epistolas ad Plinium, & Plinii ad Trajanum caret Codex noster.

2. *Plinii Veronensis Panegyricus ad Trajanum Imperatorem*.

De hoc Panegyrico diximus in Codicis V. descriptione Plut. XVII. Huic denuo exscripto additum est ad margines Summariolum rubris characteribus distinctum, in quo præstantiora, quæ ibi tractantur, continentur.

Codex eleganter est scriptus; affabre coloratis, & auratis primis litteris Librorum ornatur, & ad limbum primæ paginæ Malatesteum Insigne cum duabus Siglis M. N.

IN III.

1. *Sedulii Presbyteri Opus Paschale*.

In fronte Codicis hæc rubris characteribus scripta extant: *Incipit Prologus Sedulii Presbyteri*. Prologus ipse deinde sequitur hac inscriptione. *Domino meo Sanctissimo, & beatissimo Patri &c.*

Prologo subjicitur adnotatio rubris litteris exarata, quæ Sedulii Opus a Turcio Rufio Asterio Viro dignitatibus insigni post Sedulii mortem in lucem primum emissum ostendit. En quæ in ea leguntur. *Hoc opus Sedulii inter cartulas dispersum reliquit: quod collectum, adnotatumque atque ad omnem elegantiam devulgatum est a Turtio Rufino Asterio quinto Vicario Consule ordinario atque Patritio*. (1)

Succedit deinde Asterii ipsius, quem in recitata adnotatione memorari videmus, Epigramma ad Macedonium Abbatem, quod ita incipit.

Sume Sacer meritis veracis dicta Poetæ &c.

Id Epi-

(1) Multo emendatinrem ex Rhemensi Sedulii Codice Adnotatinnem hanc Sirmondus protulit ad Epist. 24. Libri I. Ennodii Ticinensia. Ea ita habet. *Hoc opus Sedulius inter chartulas dispersum reliquit: Quod recollectum, adornatumque ad omnem elegantiam divulgatum est a Turcio Rufio Asterio V. C. consule ordinario, atque Patricio*. At in nnstro Codice cum alia mendose, tum *Turtio* pro *Turcio*; *Rufino* pro *Rufio*. Plena etiam erroris est illa vox *V.cario*, neque aliunde orta, quam a prava interpretatione Siglarum V. C., quas nemn non videt explicandas fuisse *Viro Clarissimo*. Io voce *Consule* cum nostro Codice Adnotationem a Sirmondo editam consentire videmus. At dissentit Codex Vaticanus a Norisio Cenotaph. Pis. Differt. IV. cap. I. Laudatus, in quo eadem hæc adnotatin habetur, & in ea non *Consulo ordinario*, sed *Exconsulo ordinario* legitur. Sit oe idem is Vaticanus Codex, atque ille, ex quo similem Adnotationem Montfauconiua io Bibliotheca Bibliothecar. pag. 126 cum hac voce ipsa *Exconsule* profert, alii viderint. Ex iis, quæ Norisius modo memoratus scribit, discere possumua hanc vocem *Exconsule* extitisse & in quodam Sedulii Codice, quo Aldus Manutius Senior olim usus est, quique hanc ipsam, ut videtur, adnotationem adjectam habebat. Cognomen *Quinti* quod noster Codex *Asterii* nomini addit, oon extat in Adnotatione a Sirmondo edita; extat tamen in ea, quam *Norisius*, & *Montfauconius* ex Vaticano, seu Vaticanis Codicibus dederunt. Extitit & in Codice quodam Joannis Cuspiniaoi, ut ex nonnullis hujus verbis a Norisio allatis intelligi potest. Notum est in celebri Virgilii Codice, qui in Biblioth. Medicea servatur, haberi Epigramma hujua, quo de heic loquimur, Asterii, eique Epigrammati varia ejus nomina, & dignitates præmissas cerni hoc pacto: *Turcius Rufius Apronianus Asterius V. C. & illustris &c. &c. Patricius & Consul Ordinarius legi, & distinxi &c.* Cum *Quinti* cognomen heic minime legatur, non dubitat Nnrisius loco cit., quin nullum ejusmodi cognomen Asteriua habuerit, & quin proinde in Sedulii Codicibus, quos memoravimus, perperam cæteris Asterii nominibus additum fuerit. Hoc Viri doctissimi judicium an probandum sit, aliia excutiendum relinquimus. Certe tamen si inter varia Asterii nomina, seu eognomina fuit etiam id *Quinti*, non debuerat postremo loco poni. Constat enim cum plura simul alicujus nomina scriberentur, illud quod vere præcipuum ejus homiois erat, & quo ab omnibus passim appellari solebat postremo locn pooi consuevisse. At præcipuum nomen Viri, de quo agimus, non certe *Quintus*, sed Asterius fuit, & binc non alio, quam *Asterii* nomine vir iste in Fastis Consularibus designatur.

Id Epigramma (quod in Editionibus antea non visebatur) jam pridem ex Rhemensi MS. vulgatum est a *Sirmondo* ad Ænodii Epistolam 24. Lib. 1., occurritque etiam cum apud alios, tum apud Norisium Cenotaph. Pis. Differt. IV. Cap. I., apud quos in primo versu pro *veracis dicta Poetæ*, ut habet noster Codex, legitur *veracia dicta Poetæ*; quod magis placet.

Sequitur deinde hæc Inscriptio. *Incipit carmen Sedulii Presbyteri*, quod est *de Mirabilibus divinis*, seu quod *Opus Paschale* passim audit, omniaque in eo sunt, quæ de hoc Opere in Editionibus habentur.

Mirum sane est quanta, & quam enormis [ut puto Librarii causa] occurrat hoc in Codice Librorum confusio sub unico tantum paulo ante memorato titulo. *Opus Paschale* numeris omnibus absolutum in eo invenitur exaratum, & postea sine ullo Lemmate, ac vel hilum quidem a superiori Opere disjunctum subjicitur.

2. *Veteris & Novi Testamenti collatio*. Carmen est Elegiacum, cujus hoc primum Distichon.

„ Cantemus Socii: Domino cantemus honores.
„ Dulcis amor Christi personet ore pio.

Auctor ejus a plerisque creditus est non Sedulius, sed Turcius Asterius, a quo editum Paschale Sedulii Opus superius vidimus. Contra Philippus Labbeus a Sedulio scriptum, & ab Asterio dumtaxat vulgatum pro certo posuit. Sententiam ejus plerique hodie sequuntur. Doctissimus tamen Norisius Cenotaph. Pis. Diss. IV. Cap. I. nullam se rationem videre indicat, cur Sedulio potius, quam Asterio (cum & is Poetices studio floruerit) tribuatur. *Quare*, inquit, *utrum Auctorem habuerit illud Carmen, incertum est: uterque enim Poeticæ studiosus fuit. Nec Labbeus adeo confidenter debuit eam Elegiam Turcio Asterio abrogare*.

3. Postremo aliud Opus occurrit, quodque a librario non dispertitur, & minus accurate veluti Eleglacum Carmen visitur exaratum, cum Hymnus Jambicus dimeter sit de *Christo*.

Initium, & finem ejus exscribam, ut in Códice jacet.

Initium. „ A solis ortus cardine ad usque terræ limitem
„ Christum canamus principem natum Maria Virgine.
- -
- -
Finis. „ Zelum draconis invidi: & os leonis pessimi
„ Calcavit unicus Dei: seseque cœlis reddidit.

cum, ut omnibus innotescit, ita scribendus esset.

„ A solis ortus cardine
„ Ad usque terræ limitem
„ Christum canamus principem
„ Natum Maria Virgine.
- - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - -
„ Zelum draconis invidi,
„ Et os leonis pessimi
„ Calcavit unicus Dei,
„ Seseque cœlis reddidit.

Quod de hoc Hymno, aliisque ad MSS. Codices recensitis scripsit Christophorus Cellarius, vide in eruditis ejus notis Editioni Halæ Magdeburgicæ 1704.

Codex ante Sæculum XIV. scriptus videtur. Adnotatiunculas plerasque in marginibus

ginibus paginarum haud spernendas habet. Paschale in eo Opus non est in plures Libros divisum; qua in re ab aliis Codicibus, & ab Editionibus dissidet, in quibus distinctum in varios Libros cernitur. Floruit Sedulius Sæculo Christiano quinto, Theodosioque juniore imperante, ut quidem a doctis plerisque creditur. Paschale Opus versibus scripsisse haud contentus, prosa etiam oratione composuit, & utrumque in Bibliotheca Patrum Lugdunensi anni 1634 cuivis obvium est. Turcius Rufius Apronianus Asterius Consulatum gessit anno Æræ Christianæ 494; de quo plura apud Norisium loco supra laudato.

I N I V.

1. F. Lucretii Cari *de rerum natura* Libri VI.

Operis exordium est,

„ Æneadum Genetrix hominum divumque voluptas
„ Alma venus: cœli subter labentia signa
„ Quæ mare navigerum &c.

Ad finem libri sexti hi versus leguntur,

„ Subdebantque faceis: multo cum sangulne sæpe
„ Rixantes potius quam corpora desererentur.

2. Incerti carmen *de moribus Romanæ Curiæ*.

De hoc Carmine alibi fortassis opportunius dicemus.

3. Esiodi *de opera & die* hoc est ἡμέραι καὶ Ἔργα *e græco in latinum translatum per Nicolaum de Valla*.

Ab his versibus ducit initium,

„ Pierides Musæ quarum viget inclita cantu
„ Fama Ducum t & vestri decus immortale parentis
. . . .
. . . .

Definit „ Ille quidem: qui Diis gratus: cui cognita sunt hæc
„ Omniaque inspiciens rerum se exercet ad usus

Ad finem Τέλος

Codex in marginibus breves exhibet rerum indicationes; est eleganter scriptus, & ad calcem primi Folii extat Stemma Malatestianæ Familiæ, scilicet Craticula cum siglis M. N.

I N V.

Statii Papinii *Thebaidos* Libri XII.

In superiori primi folii margine quædam minutis characteribus exarata primum veniunt, quæ paucis monstrant tempus, quo Statius vixit; breviter vitam ipsius complectuntur; quidque nomine *Thebaidos* intelligatur exponunt.

Post hæc. *Liber primus incipit*.

„ Fraternas acies: alternaque regna prophanis
„ Decertata odiis: fontesque evolvere Thebas &c.

Secundus liber versus quosdam initio exhibet, argumentum, sive Summarium continentes rerum, de quibus Statius in eo libro agit, Hi versus ita incipiunt.

„ At Maja genitus superas remeabat ad auras
„ Excitusque herebo jam sævus laius ibat,

Versus hi ipsum certe Statium Auctorem non habent. Huic tamen ejus libro in nostro Codice perinde conjuncti, ac contexti cernuntur, ac si ipsius Statii essent,

sent, immo perinde ac si pars essent ipsius libri, isque ab iis versibus initium sumeret: Quod Librarii, qui Codicem hunc scripsit, ignorantiæ tribuendum est. (*l*)

Tertius liber etiam hos præfert versus veluti argumenta rerum, quas in hoc libro Statius tractat, eorumque initium est.

„ Perfidus interea missorum fera virorum
„ Tempora dum queritur dum spectat colla recisa.

Et ne diutius immorer, singuli XII. Libri summaria produnt metrice elaborata, continentia res, de quibus iis in Libris Statius loquitur.

Post finem libri VI. hæc in nostro Codice occurrunt. *Statii Papinii Surfuli explicit liber sextus. Incipit VII.* (*m*) Post finem ultimi, seu duodecimi hæc alia. *Deo gratias. Amen.*

Codex Sæculo XIII. scriptus existimari potest. Ad ejus extremum duo stemmata olim visebantur, sed alterum omnino erasum est: Alterum non prorsus deletum. Hoc in superiore parte duas stellas, in inferiore dimidiam lunam exhibet. Inter stellas & lunam fasciola intercurrit, in qua hæc scripta cernuntur. *Franciscus e Terra Sarnani*. Veterem aliquem hujus Codicis possessorem hæc indicare videntur.



(l) Argumenta hæc, seu Summaria non habentur in plerisque Statii Editionibus, veluti in Genevensi anni 1612. cum Scholiis Joannis Bernartii, & in ea quam in Collectione omnium Poematum, Carminum &c. curavit *Paschalis Amatus*. Extant tamen in vetustioribus nonnullis. Unam ipse habeo cum interpretatione Placidi Lactantii antiquissimam temporis indicatione, locique, ac Typographi nomine carentem. In ea Summaria hæc sive argumenta metrice scripta occurrunt; sed ita ut, quod argumentum est secundi libri, primo libro in fine perperam assutum, quasi pars ejus sit, reperiatur: idemque ibi factum in tertio, in quarto, & sequentibus, ut nimirum fini tertii libri contextum sit Summarium quarti, & ita deinceps; nisi tamen primæ litteræ deficientia in argumentorum horum principiis ostendere velit, ea argumenta ad sequentem pertinere librum.

(m) Quid sibi velit monstrosum hoc vocabulum *Surfuli* difficile dictu est. An dicemus Librarium hujus Codicis alium *Statium* cum nostro confudisse, & nihilominus in cognomine ejus errasse, cum nempe scribendum fuisset *Ursulus*? Floruit siquidem sub Nerone Imperatore alius quidam *Statius*, isque cognomine *Ursulus* patria Tholosensis, professione Rhetor, de quo Scaliger ad Eusebium, aliique Viri docti. Sed nihil definire audeo; maxime cum in aliis quibusdam Codicibus *Statius* pro *Surfulo* cognomen habeat *Surculi*, ut disci potest ex Catalogo Bibliotb. Medic. Laurentianæ, quod & ipsum mendosum videtur.

PLUTEUS XXI.

IN EO CODICES NUM. V.

IN I.

ROberti Valturii *de re Militari* Libri XII.

Primo venit *Elenchus, & Index rerum militarium, quæ in singulis hujus Codicis voluminibus continentur.*

Dein Index sequitur aliarum omnium rerum, quæ in iisdem libris tractantur. Post hunc Indicem habetur Præfatio, quæ rubris characteribus præmissam exhibet hanc Epigraphen.

„ Ad magnificum, & illustrem Heroa Sigismundum Pandulphum Malatestam „ splendidissimum Ariminensium Regem, ac Imperatorem semper invictum Roberti „ Valturii Rei militaris Voluminum Præfatio.

Ejusdem initium est. *Credo equidem: nec sum nescius Dux & Imperator inclite &c.*

Non solum hoc Opus in XII. libros distribuitur; verum etiam Libri singuli in 101 Capita sejunguntur. Hinc libri primi caput primum hunc præfert titulum. *De prima ac secunda rei bellicæ origine apud quasdam Nationes primum orta, & unde res bellica dicta est.*

Ipsius primi libri initium ita se habet. *Cum itaque inter omnes priscæ auctoritatis viros qui Xenophonte &c.*

Primus liber hisce clauditur verbis. *Immo cum cetera tempora cadant: sola hæc litterarum monumenta temporis diuturnitate pubescunt.*

Secundi libri titulus est: *Quam maximos huic disciplinæ affert fructus Philosophiæ, & Historiarum cognitio.*

Pariter libri tertii: *De Astronomia variaque perquirendorum futurorum arte, si qua est;* tamque hi, quam reliquorum librorum tituli rubris characteribus exarati cernuntur.

Hac methodo procedit Codex noster, ut ad singulos Libros indicationem rerum, quæ in eis tractantur, præmittat. Id an in Codice etiam hujus ipsius Operis, qui in Bibliotheca Mediceo Laurentiana extat, observetur, nescimus. Nihil enim hac de re monet doctissimus Auctor Catalogi ejus Bibliothecæ; sed neque in nitidissima hujus Operis Editione Parisiensi anni 1534. apud Christianum Wechelum hi librorum tituli occurrunt. Cum vero Codex noster concordet quoad initium, & finem singulorum librorum, & quoad principaliora Schemata suis locis posita cum prælaudata editione, non aliud heic ex eo subjungemus, quam verba in quibus Caput ultimum libri XII., seu postremi desinit. Ea ita se habent. *Et currentem ut ajunt ad cursum provocasti. Finit.* (a)

Codex

(a) Observatione, & memoratu est dignum, quod Libro X. refertur de Invento cujusdam Machinæ bellicæ ignitis iis glandibus, quæ vulgo *Bombe* vocantur, ejaculandis aptæ, quod Valturius Scriptor noster Sigismundo tribuit. Supra eam machinam, quæ depicta est in extremo Folii angulo, hæc leguntur rubris characteribus. *Est inventum quoque alterum machinæ hujusce tuum Sigismunde Pandulphe, qua pilæ æneæ tormentarii pulveris plenæ, dum fungi aridi fomite urentis emittuntur.* De hoc invento loquitur Mabillonius loco superius laudato. Hujus præstantissimi Operis Editiones habemus Venetiis anno 1482., & Veronæ 1484., & eam præclarissimam Wechelianam *a Paulo Ramusio ad Codicum fidem exactam, qui illud Opus in italicum traduxit sermonem.* Valturii hæc Schemata militaria tanti fuerunt apud Viros eruditos, ut ope, & consiliis am-

Codex hic noster Sæculo XV. est exaratus, de quo Mabillonius in Itinere Italico pag. 26. scribit. *Splendidus MSS. Codex hujus Operis adhuc visitur in Bibliotheca Cæsenæ, in quo Opus incipit a Præfatione ad magnificum, & illustrem &c.* de eodem hæc Cl. Vir Angelus Bandinius. *Hujus Operis exemplar splendidissimum servat Cæsenæ Bibliotheca Malatestarum.* Ita ille in Catalogo Bibliothecæ Mediceo-Laurentianæ Tom. II. pag. 373. Eleganter, & accurate est scriptus, membranaceus, ut ceteri omnes, sed levigatis, candidisque membranis compactus. Initialis primi libri littera non exiguæ molis laminis aureis, & pulcherrimis, vividisque coloribus super inductis effulget, sicque ad initium omnium Librorum primæ majusculæ litteræ mirificæ illustratæ coloribus cernuntur. Schemata bellicorum instrumentorum suis locis adposita extant, eaque non infeliciter picta.

I N I I.

Lucani Poetæ Cordubensis *Carmina*. Diximus *Carmina*, cum Codex nullum præferat Lemma, & solum ad ipsius Operis finem habeat. *Explicit Farsalia Cordubensis Lucani.*

Initium hujus Codicis litteris rubris hoc est.

„ Corduba me genuit: rapuit nero: prælia dixi
„ Quæ gessere pares. hinc socer inde gener.
„ Continuo numquam direxi carmina ductu
„ Quæ tractim serpant plus mihi coma placet.

Ad libros omnes, qui X. sunt numero, anteeunt argumenta. Liber primus, cujus hæc inscriptio. *Incipit liber primus Lucani*, ab his versibus ducit initium.

„ Bella per Æmathios plusquam civilia campos,
„ Jusque datum sceleri canimus; populumque potentem
„ In sua victrici conversum viscera dextra

Liber vero decimus, & ultimus ita incipit.

„ Ut primum terras pompei colla secutus
„ Attigit: & diras calcavit Cæsar arenas

- - - - - - - - - - - - - - - - - -

- - - - - - - - - - - - - - - - - -

S 2 Desinit

amplissimi Cardinalis Joannis Francisci Stoppani collocata fuerint in Museo Urbinate; ita narrat Ephemeridum Florentin. Litter. num. 36. ano. MDCCLVI. Quo tempore Robertus vixerit, quove anno decesserit plane colligitur ex Epitaphio, quod ad ejus marmoreum sepulchrum Arimini ad Templi S. Francisci vestibulum legitur.

D. O. M. que. Roberti. Valturii. Qui. de. re. Militari
XII. Libris. ad. Sigismundum. Pan. Mal. accuratissime
scripsit. quique. Roberto. Mal. Filio. Comitate. insigni
facundia. atque. Fide. charus. extitit. Pandulphus. Mal.
Roberti. F. Sigis. Nepos. ad. huc. Impubes. officii. memor
Hoc. Monumento. B. M. ossa. condi. jussit
Vix. ann. LXX. M. VI. D. XVI

Hujus eruditi Scriptoris nomen est immortale. Vivit ejus memoria in Carmine Basinii Parmensis, quo Opus *de re militari* ab ipso elaboratum laudat. Duas ad Valturium Epistolas Bandinius in Catal. Biblioth. Medic. Laurentianæ in lucem protulit, ab Anonymo quodam scriptas, quem censet esse Cyriacum Anconitanum. Utraque, & maxime secunda Valturium prædicat, & Ariminensium insigne decus vocat. Inter Carmina Illustrium Poetarum Italorum Edit. Floren. Tom. VII. pag. 168. unum extat Martii Philelphi Poetæ laureati ad Valturium: extat similiter Marci Arimineosia Poetæ incliti Carmen ad *clarum utriusque linguæ Robertum Valturium, ac rei militaris Scriptorem gravem, optimumque;* notique etiam sunt versus Dominici Fusci Ariminensis in ipsius laudem.

Desinit „ Ad campos Epidamne tuos ubi solus apertis
„ Obsedit muris calcantem mœnia magnum.

In Codicis fine. *Explicit Farsalia Cordubensis Lucani.*
Deo gratias. Amen. Amen,
Luce nitet clarus metrorum fine Lucanus. (*b*)

Hic Codex primi libri litteram magnæ molis venustam exhibet coloris, & auro: Libri singuli in varia distributi sunt Capita. Librarii incuria libro secundo non præmittitur argumentum; & ab ipso in margine est appositum. Quod observatu dignum multis in locis interlineares occurrunt adnotatiunculæ haud parvi-pendendæ. Codex nitidissimus, characteribusque majusculis scriptus, atque ad extremum ultimæ paginæ limbum delineatum visitur Malatesteum Insigne, cui insidet quoddam animal, cujus corpus Canis est, caput autem Avis, & Sæculum non excedit XIV.

IN III.

Servii *Commentarii in Bucolicam, Georgicam, & Æneiadem Virgilii*. Hæc est hujus Operis Epigraphe.

Ante operis exordium intervallum non exiguum observatur scriptura vacuum.

Incipit liber ab his verbis. *Bucolica ut ferunt quidam inde dicta est a custodia Boum &c.*

In marginibus verba habentur characteribus modo nigris, modo rubris scripta indicantia, quæ sunt observatu digniora: qnædam etiam, quæ Librarii indiligentia in textu omissa fuerant, ibidem reddita conspiciuntur. Quod vero præstantiorem Codicem nostrum ostendit est, quod in iisdem marginibns passim etiam litteris rubris exarati conspiciuntur, & indicati Auctores, quibus Servius usus est, atque hoc ad omnes libros, qui hoc in Codice continentur servatum est.

Post omnium Eclogarum Commentarios ii sequuntur, qui ad Georgicam spectant, quibus hæc Servius præmittit.

Virgilius in operibus suis diversos secutus est Poetas; & singlos recenset vel plurimos celeberrimos Poetas, quorum vestigia Virgilius persecutus est.

Dein sequuntur Commentarii, sive expositiones in Libros Æneidos, qui libri si excipiamus tres primos & in numero, & in ordine, & in aliis quibusdam rebus non admodum consentiunt cum Codice Plutei XIX., de quo ad eum Pluteum diximus. (*c*)

Codex ad duo latera venustum præbet ornamentum lineolis aureis coloribus intermixtis refertum, atque ad extremum hujus primi folii limbum effulget Malatesteum stemma, adque utramque partem in lamina aurea extant duæ siglæ M. N.

IN IV.

Uguicionis Pisani *Vocabulista*.

Vocabula omnia, quæ Auctor declaranda quoad eorum originem, & significationem

(b) M. Annæus Lucanus Cordubensis Hispanus floruit Neronis temporibus, venisque solutis diem nbiit anno Christi LXV. annos natus XXVII. Vide Nic. Ant. Biblioth. Hisp. Vet. lib. I. cap. X. Heic lubet adferre ultimos versus unius Epigrammatis Joan. Petri Ferretti Ravennatis, quod extat io Lucani Editinne cum duobus Commentariis Omniboni, & Sulpitii. Venetiis per Barthnlnmeum de Zanis anno 1505. die 24. mensis Octobris.

„ Quare opus hic posito fastu rogo perlege Lector.
„ Nam lecto dices. doctius esse nihil.

(c) Viri docti sibi persuadent, ut ut extent præstantissimæ Servii Commentariorum Editiones, uti sunt duæ Parisienses, una Roberti Stephani, alteraque Petri Danielis, adhuc tamen in iis, aliisque sincerum Servium, & integrum non haberi, sed truncum, & observationibus nonnullorum Grammaticorum interpolatum. Confer hae de re Joannis Clerici artem Criticam Tom. 1. pag. 37., & Cuperi observationes pag. 202. Codex noster quamvis non præstet antiquitate, lectionum tamen varietatem exhibet, quæ usui fortasse Viris doctis esse possit.

tionem suscepit alphabetico ordine sunt distributa; hæc antem vocabula semper rubris characteribus notata etiam sunt in Codicis marginibus.

Opus hoc est quidem ineditum, sed in Bibliothecis non raro occurrit, scriptumque vetusta manu (etsi non eadem, qua totus contextus) hic Codex exhibet. *Uguicio Benivegne de Bagnouni* fib. co. 139. (*d*). Nomina hæc *Benivegne* &c. ad Auctoremne, an ad Emptorem Codicis spectent, alii viderint.

Codex minutioribus characteribus est scriptus, difficillimisque abbreviaturis, ut lectu sit difficilis, præcipue cum temporis injuria & paginæ quædam corrosæ sint, litterarumque elementa fugentia oculos fallant. In secunda ipsius *vocabulistæ* parte, sive Operis, quæ est num. V. legimus absolutum illud sive ab Auctore, sive a Librario anno 1280. Profecto Codex est Sæculi XIII.

IN V.

1. S. Isidori Episcopi Hispalensis *Etimologiarum* libri XXV. (*e*)

Majusculis, & quadratis characteribus ad primam Codicis paginam statim nobis sese offert hæc Epigraphe.

„ In nomine Domini nostri Jesu Christi incipit liber Ethimologiarum editus „ ab Isidoro Juniore Hispalensi Episcopo ad Braulionem Cæsaraugustanum Episcopum scriptus.

Primo Codicis tegumento interius firmiter adhæret membranaceum Folium, quod rerum in Opere tractandarum indicem continet, licet aliquantulum temporis injuria corrosum, nec bene servatum, Indicis initium ita se habet.

Ut valeas, quæ requiris cito in hoc corpore invenire, hæc tibi lector pagina monstrat, & de quibus rebus in singulis libris Codicis disputavit; & supra verbum Codicis legitur *Conditor hujus;* idest Auctor.

Dein sequitur Index.

Vetusta ea Codicis Epigraphe jam excripta instar unius columnæ totam primi Folii faciem occupat, & ad aliam partem occurrit Epistola hac inscriptione.

Domino meo, & Dei Servo Braulione Episcopo Isidorus Episcopus.

Hujus Epistolæ exordium est, *Omni desiderio desideravi &c.*

Finis vero. *Ora pro nobis beatissime, & Domine Frater.*

Deinde majusculis rubri coloris litteris legitur. *Domino meo, & vere Domino Christique electo.* & postea nigris litteris.

Isidoro Episcoporum Summo Braulio servus inutilis Sanctorum.

Hæc Epistola ab his verbis sumit initium. *Optime Domine, & virorum præstantissime &c.*

Ejus

(d) Is Auctor (qui etiam appellatus est Hugutius) non Vercellensis, ut Ughellus Tom. II. pag. 540., & Guido Pancirollus III. 3. declaria Juria interpretibus scribunt, sed Pisanus fuit. Vide Ptolomæum Lucensem Hist. Ecclef. Libro XXI. cap. 18., qui & addit illum scripsisse *apparatum super Decretum, & in Grammatica regulas derivationum*. Adde & Ducangium in Præfatione ad Glossarium med., & inf. Latin. §. XLVI. ubi ex chronico MS. Nonantulano eum natione Pisanum fuisse docet, tum Episcopum *Ferrariensem*.

(e) Omnes illæ quatuor Editiones, quas modo novimus circumferri, scilicet unam Bignæi Parisiis anno 1580.; alteram accuratiorem Maditensem Joannis Griali anno 1599., tertiam Parisiensem Jacobi Breulii Monachi Ord. Benedic. anno 1601. hancque Coloniæ recusam anno 1617., omnes, inquam, hæ præferunt numerum solum Librorum XX. Ethimologiarum. Ne quis suspicetur, multa in nostro Codice reperiri, quæ in editis Libris earundem non contineantur, sciat, hanc diversitatem enasci ex varia Operis disponendi ratione. Siquidem principium capitis XXVII. Libri XVIII. in Editionibus, initium est in Codice Libri XIX. Tum caput aliud ejusdem Libri XVIII. in editis, est ibi liber XX. Liber XXI. incipit a capite LII. libri XVIII. Liber XXII. est caput LX. libri XVIII. Liber XXIII. initium ducit a capite VII. Libri XIX. editorum, & sic deinceps, & ob id Libri XXV. existentes in Codice cohærent Libris XX. Editionum, hac rei evidentia, ut liber XXV, Codicis sit totus Liber XX. editorum.

Ejus finis. *Ego servus Domini Braulio. Isidoro. Fruar te lucerna ardens, &c. non marcescens.*

Alia pariter Epistola, quæ incipit *Domino meo, & Dei servo Braulioni Episcopo. Isidorus Episcopus. Quia te incolumen agnovi gratias Christo egi, & utinam cujus cognovi salutem in hoc corpore, aspicere & ad visionem &c.*

Clauditur hæc his verbis. *Iterum gratia tua recipiam, & manu sua, ora pro nobis Beatissime Domine.*

Alia similiter hoc titulo. *Domino meo, & vere Domino Christique electo. Episcoporum Summo. Braulio servus inutilis servorum Dei.*

Initium habet. *Solet replere &c.*

Finis est. *Et tam de his; quæ hic sugessimus, quam etiam de his, quæ supra quæsti fuimus eloquio vestro per eum inlustrare mereamur, & manu sua.*

Tandem Epistola hoc titulo. *Domino meo, & Dei Servo Braulioni Episcopo Isidorus.*

Hujus exordium est. Tuæ Sauctitatis Epistolæ me in urbe Tuletana invenerunt &c.

Definitque. *Ora pro nobis beatissime, & Domine Frater.*

Deinde. *Sunt libri Isidori Junioris Ispalensis Episcopi ad Braulionem Cæsaraugustanum Episcopum scripti.*

Heic ex hactenus traditis haud temere observandum huic Operi qninque præmissas esse Epistolas, tres Isidori ad Braulionem, duasque Braulionis ad Isidorum, quæ quidem omnes recensentur, & primum traduntur in Editione Coloniensi antea laudata: illud etiam sedulo attendendum in insigne hujus Codicis Epigraphe ejus vetustatem characteribus exprimente legi: *Incipit liber Ethymologiarum*; & hoc quia Isidorus ipse in libros non disposuit, sed Isidoro defuncto Braulio ultimam Operi manum dedit, inque XX. Libros distinxit, addiditque multa utilissima ex variis optimisque Scriptoribus collecta, scitu digna, quæ alibi vix reperiri poterant.

Post has Epistolas eisdem characteribus, quibus Codicis Epigraphe scripta est, oculis nostris obversatur.

Incipit Prologus.

Ejus exordium est. *En tibi sicut policitus sum misi opus &c.*

Huic Prologo Isidorus finem imponit. *Sicuti extat conscriptum stilo majorum.* & postea. *Explicit Prologus.* (f)

Sequitur deinde litteris majusculis. *Incipiunt Capitula libri primi XXX.*

Liber primus ab his verbis ducit initium. *Disciplina a discendo nomen accepit, unde scientia dici potest &c.*

His autem verbis finem imponit. *Fabulæ vero sunt, quæ non factæ sunt, nec fieri possunt, quia contra naturam sunt.* Deinde rubris litteris & majusculis legitur. *Explicit liber primus.*

Advertendum est in marginibus hujus primi libri, sicuti in sequentibus verba observari modo addita, omissa modo a Librario, & etiam indicantia quid peculiare ibi agatur. Ut singula paucis perstringam, hoc ordine, hacce methodo procedit Opus in ceteris aliis Libris, uti de hoc primo demonstravimus, ut tamen modo unius libri, modo alterius non eadem numero sint Capita. Nam ad initium secundi li-

(f) Ne miremini, quæso, si examussim singula vel minima hoc in Codice contenta persequamur. Tanta est Codex veneranda antiquitate præditus, ut Viri doctissimi, qui multas Europæ Bibliothecas perlustrarunt, fateantur nec audivisse, nec legisse Codicem hocce vetustiorem. Cumque novam Operum Isidorianarum Editionem multi meditentur, ad plenam accuratamque lectionem plurimum conducere potest. Expectant Viri scientiarum amatores ex animo Editionem omnium Operum S. Isidori vel jam paratam, vel propediem parandam a Cl. Ab. Francisco Zaccaria. Utinam fata ejus consilium non prævertant.

di libri legitur characteribus rubris, & majusculis. *Incipiunt Capitula libri secundi num. XXI.*, & primo *de Rhetorica, & Dialectica*.

Dein: *explicit liber secundus. Incipit Præfatio libri III. de quattuor sequentibus disciplinis: de Mathematica: de Inventoribus Geometriæ, & de vocabulo ejus: de Musica, & tandem de Astronomia*, cujus Caput XXXXVIII., quod ultimum est, ad margines exhibet nomina varia stellarum.

Incipit Liber IV. *de Medicina*; Capitula continet XIII. cum eorum Indice. (g) In hoc libro medicamenta quædam reperiuntur morbis quibusdam curandis præscripta pedibus oratione adstricta. Sic

Tu poteris alacrem (fortasse acrem) *capitis reparare dolorem &c.*

Versus hi in paginæ superiore, & infimo margine existentes sunt num. XX.

Liber quintus incipit de legibus.

Post Caput XXVIII., in quo *de temporibus* fit sermo, Librarius hæc notat. *Quæ sequuntur sunt libri præcedentis*, & continent breve Chronicon divisum in Capitula, ultimumque desinit in anno decimo Heraclii. Hoc Chronicon his clauditur verbis: *tunc illius sæculi consumatio est. Explicit Cronica.* (sic)

Cetera describere operæ pretium non ducimus, dummodo quæ adnotatione *e* diximus, serventur. Nihil namque, quod in Editionibus extat, in Codice nostro antiquissimo deest; immo additamenta ea, quæ in Editione Parisiensi anno 1601. seorsim sunt excusa, seu in marginibus, seu in textu nostri Codicis conspiciuntur, ut *talentum &c. mina &c. obolus &c.* Plura tamen notanda sunt. Primum libro tertio hujus Operis præmittitur Præfatio de quattuor sequentibus disciplinis, scilicet de *Mathematica &c.* Præfatiuncula etiam anteit librum XIII. At binæ istæ Præfationes, quod sciamus, haudquaquam in Editionibus occurrunt. Secundo sæpissime notæ observantur in marginibus, quæ magni pretii sunt, nec eas esse, in quas graviter invehuntur Grævius Præfatione ad Svetonium, Hennicius Præfat. ad Juvenalem, aliique. Existimant nonnulli publico bono magis consulere, si quis illis notis integros subjungat Commentarios; ast multa sæpius in his Commentariis repetita habentur, & quandoque ad rem parum facientia. Tertio *Variantes* extant in Codice non negligendæ, quæ in nova hujus Operis Editione essent notandæ. Tandem observemus, quæso, inter adnotationes præsertim ad librum V. legi duas Imperatorum Constitutiones, quarum priorem Adnotator desumit ex libro I. Constitutionum. *Has leges nuspiam nactus sum*: scribit Mansius in pagellis suis MSS. pluries memoratis.

Ad finem Operis versus hi leguntur eadem manu exarati, qua Codex, & quadratis majusculis characteribus.

„ Ut est labor Agricolis (sic) proscindere vomere terras
„ Sic mihi arundineus (sic) calamus sulcare novalles
„ Ille etiam tostas congaudet cernere messes
„ Sic & ego finem lector concludere versum.

Tandem. *Rogo boni Lectores, ut rogetis pro Petro Scriptore: sic Deum habeatis protectorem.* Explicit. *Deo gratias semper Amen.*

2. *Epistolæ S. Augustini Episcopi.*

Prima incipit. *Primum quidem decet nos audire justitiam, deinde intelligere: post intelligentiam fructum reddere doctrinæ &c.*

De-

(g) Tempus celebri Mansio non succurrit ad perlustranda nostri hujus Codicis singula notatu digna, dum scribit in additionibus ad Biblioth. Fabric. Tom. IV. lib. IX. pag. 190. *Quattuor priores libri sunt ut in editis, excepto quod libri quarti Caput XIII. de initio medicinæ deest.* Titulus hujus ultimi Capituli extat, & per Librarii errorem legitur, *de initium medicinæ*; immo in ipsius Capituli margine dextro, & inferiore visuntur adnotatiunculæ quarum ultima verba sunt. *Caruticum: calasticum martiatu.* Aliquid deesse non ita facile judicari potest.

Definit in hæc verba. *In altera, qua ametur, & semper ametur.*

Dein litteris majusculis. *De anima, & ejus virtutibus &c.*

Finis est. *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.*

Post hæc. *Incipit homilia S. Augustini de die Judicii.*

Principium est. *O Fratres charissimi quam timendus est nobis dies ille, in quo Dominus noster Jesus Christus Redemptor &c.*

Definit. *De qua pœna nos pius Dominus liberare dignetur, qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.* (b)

3. In medio paginæ majusculis characteribus hæc leguntur,

Incipiunt interrogationes.

Ab his verbis ducunt initium. *Quia video te de Scripturis contendere velle, ad ipsius scripturæ radicem veniamus &c.* & post pauca incipiunt interrogationes, & responsiones instar Dialogi, postque earum multiplices, interrogatio est de quantitate Librorum Sacræ Scripturæ. *R.* idest *respondeo* LXXII. *quorum nomina sunt Genesis. Exodus. Leviticus. Numerus. Deuteronomio.* (sic) *Hiesu Nave. Judicum. Ruth. Quattuor libri Regum. Duo libri Paralipomenon. Job. Tobiat. Ester. Judith. Duo libri Æsdræ. Duo Machabæorum. Liber Psalmorum. Salomon Libri tres, idest Proverbiorum. Ecclesiastes. Canticorum. Hiesu Syrach Libri II. Liber Sapientiæ, & Ecclesiasticus. Libri Prophetarum XVI. idest Isaias. Hieremias &c.*

In fine Librorum omnium cum Veteris Testamenti, tum Novi legitur. *Isti sunt Libri veteris & novi Testamenti LXXII. quos Catholica, & Apostolica recipit Ecclesia.*

Interrogationes istæ Ecclesiasticæ, proh dolor! incompletæ sunt, & abrasas exhibet Codex ultimas paginas. Cum tamen res gravissimas contineant, ac eruditione plenas, rem gratam facturos esse censemus, si licet incerti Auctoris inter Anecdota dabimus.


Fragmenti hujus finis est. *Quare propter suam proliuitatem apud nos in duobus est divisus*, deinde. *Interrogo.* Hic est harum interrogationum terminus, & palam dignoscitur nonnullas paginas a Codice avulsas esse. Hæ tamen, & alia supposititia, quæ sequuntur post egregium S. Isidori Opus eadem manu, ut videtur, omnia sunt exarata, qua Opus Isidorianum.

Codex vetustissimus est omnium, quos insignis Bibliotheca Malatestiana Cæsenas servat. De hujusmodi Codicis antiquitate si ea consulamus, quæ excusa sunt in additamentis Cl. Mansii ad Bibliothecam Fabricianam, Sæculi VII. est; sic enim habet Tom. 4. pag. 109. *Veniam peto ab æquis Lectoribus, si eorum sub oculis hic repræsentem omnium quotquot umquam audierim, vel legerim vetustissimum Codicem Etymologiarum S. Isidori, quem servat Biblioteca Malatestarum Cæsenatensis, librum, quem credo scriptum Sæculo VII.*, licet in pagellis manuscriptis hujus nostræ Bibliothecæ legamus ab amanuensi scriptum Codicem esse Sæc. IX. Sæculi pariter IX esse Codicem sentit eruditissimus Ab. Zaccaria, cujus judicium per litteras mihi adlatum est a studioso Juveno Gaetano Marinio; hujusmodi autem est.

In celeberrima, quæ Cæsenæ est Bibliotheca Malatestia duo extant Isidorianarum Hetymologiarum Codices membranacei, alter Sæc. XI. (in Pluteo XXIV., de quo Tom. I. num. I. pag. 85.), *vetustior alter* [hujus Plutei] *num.* 5., *& fortasse sæc. IX. Uterque multis nominibus commendandus, quum uberrimam variarum ab editis exemplis lectionum segetem suppeditat.* *In*

(b) Ea opuscula, quæ S. Augustino adscribuntur, apocrypha sunt. Opella tamen illa, quæ titulum præfert *de Anima, & ejus operibus* extat etiam in Cod. II. Plutei XIII. Tom. I. jam descripto, & inter Opera S. Isidori Hispalensis sine Auctoris nomine enumeratur. Ast adnotatione g. ejusdem Plutei pag. 58. ostendimus, non aliud opusculum esse, quam illud a Cassiodoro scriptum.

In utroque Codice notandum maxime est Isidori Chronicon, quod positum est pro lib. V. cap. 37. in Matritensi ann. 1599. editione inscripto. De discretione temporum, nec parum ab impressis ejusdem Chronici libris discrepat. In recentiore vero exemplo illud singulare est, lib. V. Capita IV. & V. S. Isidori de haeresibus praetermitti, in eorumque locum suffici totidem Capitibus Indiculum Hieronymi de haeresibus, ex quo multa emendes in inquinatissima Parisiensis ejusdem Operis editione, quam primus curavit Claudius Menardus. Hactenus vir. Clar. His mihi addere lubeat, de hoc Hieronymi Indiculo multa dedisse inter Anecdota 1. Tom. pag. 175., ibique observent, quae diximus adnotationibus b. c.



PLUTEUS XXII.

CODICES IN EO NUM. V.

IN I.

Diodori Siculi Historia.

Sine ulla Epigraphe est Opus, quod hoc in Codice continetur. Id quod primum in eo nobis se offert, dedicatoria est Epistola ad Summum Romanum Pontificem; nec quisnam tamen ejus Epistolæ sit Auctor, nec cuinam Universæ Ecclesiæ Principi sit nuncupata, notatur. Ejusdem partem aliquam cum principii, tum finis, ut quod latet, detegatur, pretium duco excribere.

Exordium Epistolæ ita se habet. *Nullus antea, quantumvis præclarus rerum Scriptor fuit: Sanctissime Pater; qui suum Opus æque merito atque ego tibi has meas vigilias alicui Principi dicares. Quid est enim æquius, quam ingenii monumensa ad eum destinare, qui omnibus ingenio præstet & doctrina: aut quod magis debeam quam meos rivulos ad eum fontem referre: a quo cursus præsentis operis emanavit? Nam licet antea quicquid ocii supererat ad scribendi curam ne per socordiam afflueres, mea sponse conferrem; Erat tamen paulo remissior animus temporum; ne dicam superiorum Pontificum culpa: cum omne ferme tempus non in litterarum, prout opsabam, studiis; sed in quæstu ad vitæ sustentaculum consumi rerum inopia urgeret &c.*

Finis. *Opus hoc certe varium est: egregium: luculensum: nostris vero usile cognitu, ut existimem legenses ex sos rerum excellentium notitia labori nostro gratiam habituros. Sed jam ipse Diodorus loquitur.*

Hæc & alia quæ hac in Epistola leguntur, cum *Diodori Siculi*, Librorum versionem esse id, quod in Codice continetur, ostendunt, tum nullum dubitandi locum relinqunt, quin Proœmium hoc Poggii Florentini sit Oratoris clarissimi, seu Epistola Nicolao Quinto Pontifici Maximo inscripta. Occurrit enim hæc ipsa Epistola in nonnullis, quas contulimus Diodori Editionibus, & præsertim in Veneta anni 1481. per Thomam Alexandrinum curata, & in iis Poggii nomen præfert, qui nempe Nicolai V. P. M. jussu sicuti Xenophontem de Cyri vita Latinis legendum tradidit, ita quosdam Diodorianæ Historiæ Libros e græco in latinum sermonem transtulit. Sex Libri sunt, quos ex ea Historia Codex noster exhibet, seu, verius, quinque; primo nempe in duos ob ejus magnitudinem diviso. (*a*)

Dein hanc Epistolam excipit Proœmim ipsius Diodori a Poggio in latinum translatum, & ab his verbis sumit initium. *Magnas merito gratias Scriptoribus homines debent &c.*

Clauditur his verbis. *Diligenser quantum in tam remotis propter antiquitatem rebus licebit a priscis illis temporibus sumpto initio scribemus.*

Hujus Operis Editiones a præclarissimis Viris summo studio, ac labore curatæ post Proœmium exhibent Capita rerum, de quibus in singulis Libris Auctor agit, & continenter Librorum distinctionem. Hic noster Codex nec littera majuscula, nec alio quopiam signo, sed ope tantum unius puncti Proœmium sejungit a libro ejus-

(*a*) Historiæ hujus Libros quamplurimos intercidisse nemo est qui nesciat. Libri enim a Diodoro concinnati enumerantur XL., & tamen multo paucioribus Respublica fruitur litteraria; scilicet prioribus quinque, & undecimo, huncque excipiunt novem usque ad vigesimum. Ex fragmentis tamen deperditorum Librorum, quæ apud Eusebium, Syncellum, aliosque veteres occurrunt, hanc jacturam Viri docti sarcire, quoad licuit, conati sunt.

ejusdem Operis primo; & distinctio singulorum Librorum non per aliud indicatur, quam per interjectum notabile Chartæ spatium Scriptura vacuum, & per litteram majusculam auro exquisitis coloribus refertam.

Initium primi Libri est. *Prima hominum generatio apud doctissimos, & præstantissimos Viros &c.*

Sexti Libri finis. *Deleta Troja Cares opibus aucti classeque admodum validi: cum cyclades insulas subegissent: ex quibus Cretenses penitus ejecerunt. Nonnulli una cum eis ut communi patria usi sunt. Græci postea expulsis inde Caribus plures ex eis tenuerunt: quibus de rebus suo loco tamen scribetur a nobis. Amen.*

Ad calcem Operis accuratus Index occurrit rerum, de quibus in singulis Libris differitur.

Codex paginarum levigatione, subtilitate, ac singulari quodam nitore, nec non characterum pulchritudine, sedulaque scriptione conspicuus videtur. In prima ipsius pagina, cujus singula latera sex primorum colorum speciebus elegantissime ornata conspiciuntur, ad legentis sinistrum latus supremum lamina aurea exporrigitur, in qua mirifice colorata, ac depicta visitur majuscula littera; ab uno postea extremo latere ad aliud oppositum major superiore altera aurea lamina extat protracta, in cujus medio Stemma Malatestæum erigitur Craticulam, Schaccos, & tria referens capita, atque ad utramque ejus partem duo Juvenes alati exhibentur stantes inflatis buccis e tuba sonum emittentes, ut Fama Principum hujus Familiæ se se attollat in auras, & ad eorum pedes duo cuniculi peregrinum in modum depicti extant, Malatestarum Principum præsertim Caroli Pandulphi Novelli Malatestæ, atque Roberti Galeotti mansuetudinem, obsequium, obedientiam, qua multis se comprobarunt, erga Sacrosanctam Catholicam Ecclesiam commonstrantes.

I N I I.

Titulus est. *Incipiunt Commentarii Magistri Omniboni super Satyras Junii Juvenalis Aquinatis.*

Procemium hos anteit Commentarios, quod ita se habet. *Quoniam in exponendis Auctoribus quæri solet de titulo Operis, poetæ vita, qualitate carminis, intentione scribentis, numero Librorum explanatione hæc omni diligenti ratione in principio hujus Operis investiganda sunt. Titulus ergo est. Junii Juvenalis Aquinatis Satyrarum liber primus incipit. Cujus vita hujusmodi est. Cum ex Aquino municipio Romam se contulisset ad dignitatem equestris ordinis pervenit: cum virtute sua meruisset ad mediam ferme ætatem declamavit & in Paridem pantomimum in deliciis apud Trajanum Imperatorem victitantem quædam carmina fecit, quæ deinde inseruit in eam Satyram. Et Spes, & Ratio studiorum in Cæsare tantum. Sunt autem hæc: quod non dant proceres dabit historia. Tu camerinos. Tu bareas. Tu magnorum magna atria servas præfectos: pelopea facit philomena tribunos. Quæ cum ad aures Trajani venissent sui temporis vitia carpi intelleuit, qua ex re commotus nulla occasione reperta struendæ mortis in Juvenalem sub honoris prætextu fecit eum præfectum militiæ contra Scotos, qui bellum contra Romanos moverant; ut ibi interficeretur Juvenalis. Sed tamen paulo post ut sciret iratum sibi esse Principem in Codicillis suis ad eum in exercitu mittendis inseruit.* Et te philomena promovit: *quo effectum est, ut ipso animo consternatus ex mentis ægritudine diem suum obierit.* (b) *Et hæc de vita ejus reperiuntur. Qualitas Carminis per se patet. Stilus autem proxime accedit ad tragœdiam. Intentio Scriptoris: homines a vitiis deterrere, & ad virtutem excitare: ex quo intelligitur quod moralis philosophia supponatur: quæ docet quid sequi quid fugere debeamus. Numerus Librorum etiam per se patet. Explanatio sola restat. Sane sciendum videtur unde dicta sit Satyra. Satyra autem est, quæ omnium vitia pariter insectatur: est dicta a Silvestribus Diis, qui* Satyri

T 2

(b) Sub Hadriano Imperatore, & non sub Trajano, vel (quod alii crediderunt) Domitiano aut Nerone, Exilium, mortemque Juvenalis contigisse Doctiores hodie sentiunt.

Satyri dicuntur qui ficuti mordaces nudi faltatores rifores effe appellantur: ita & Satyra mordet, hoc eft reprehendit, nudis verbis compofita & nullis circuitionibus utens, & de vitio in vitium faltat: ridet quædam dum reprehendit. Alii autem Satyram dictam effe a lance fatyra qua majores utebantur in fagrificiis repleta diverfis ciborum generibus: ita & Satyram dicunt effe diverfis vitiorum reprehenfionibus refertam: fiebat autem id fagrificium in honorem fatyrorum filveftrium Deorum: quæ ratio non eft penitus abfurda. Sunt alii volentes Satyram a lege Satyra Romanorum appellari in qua uno tempore res diverfæ promulgatæ continebantur: ut bellum cum Carthaginenfibus faciendum: pacem cum Tufcis ftatuendam: civitatem Latinis donandam: quod fi placeret a Satyro cive Romano primo illius legis latore nomen accepiffet. Sed fuperior expofitio melior eft. Illud quoque fciendum Latinos in hoc vincere Græcos: quod ipfi primi fuerunt Satyrarum auctores: quod nemo Græcorum feciffe traditur.

Præter morem meum integrum excripfi Magiftri Omniboni Procemium fuper Juvenalis Satyras. Confilii mei rationem dabo in fequenti adnotatione. (c)

Hujus Commentarii initium eft ab his verbis. *Semper ego. auditor. Satyricus fane fermo eft eu abrupto cum indignatione quadam incipere, ut etiam Perfius. Horatius. O curas hominum. & eft cum indignatione legendum ficut illud Virgilii. me ne incepto defiftere. Indignatione ergo non interrogatione legatur &c.*

Initium hoc eft primæ Satyræ. De XVI., quæ ultimum tenet locum, hæc fcribit Commentarii Auctor.

Sunt qui dicunt non effe Juvenalis hanc Satyram; fed appofitam & fibi afcriptam, quod Servius improbat in Commentariis fuis in Virgilium adducens hunc Verfum: Expectandus erit, qui lites inchoat annus: In hac itaque Satyra laudat ftudium militare quod ideo fecit quia a Cæfare Augufto Tribunus militum in Galliam miffus: quod tamen fecit Auguftus intelligens fe fuiffe offenfum a Juvenali his verbis quatenus verfus fcripferat in Paridem pantomimum.

Finis hujus Satyræ. *Deferre hoc ad utilitatem militum, & imperatoris pertinere videtur: ut fortitudo & felicitas adfit. Ut leti falleris: ut equorum & militum ornamenta non defint. Finis.*

Codex fcriptus eft Sæculo XV. Littera majufcula primi Folii illuftrata coloribus ceruitur, & ad ejufdem folii limbum Craticula depicta Malateftarum Stemma.

I N I I I.

Magiftri Alexandri de Villadei Ordinis Minorum *Doctrinale, feu compendium Regularum Grammaticalium.*

Hoc Opus leoninis verfibus congeftum in tres dividitur partes, adque earum fingulas in fine legitur. *Explicit pars prima doctrinalis: explicit fecunda, & tandem tertia.* (d)

Alexandri noftri *Doctrinale* invenitur in Codice cum commentario *Francifci de Butis*, de quo Commentarii initio hæc leguntur. *Profeffor Grammaticæ multiplici labori compatiens: ac puerorum teneris favens ingeniis. Divina præftante gratia*

Ego

(c) Omniboni Leoniceni Vicentini, qui floruit Sæculo XV., ac Tritemii judicio celeberrimus Philofophus, & Rhetor fuit, complura Opera a variis Scriptoribus recenfentur, iifque operibus nuperrime doctiffimus Manfius in Additionibus ad Bibliothecam Fabric. med: & inf. ætatis Tom. V. lib. XIV, pag. 165., addidit Epiftolas ejufdem, quæ videri poffunt in collectione Epiftolarum Francifci Barbari ab Em. Cardinali Angelo Maria Quirino ornata. At a nemine, quem hactenus viderim, Commentarii hi in Juvenalis Satyras memorantur, nec de eisufquam editis quidquam refcire ad hanc diem potui. Itaque non ferme dubito, quin lucem nondum adfpexerint.

(d) Is Alexander Ordinis mei cum Yfone, & Rodolfo Anglico Parifiis docuit, floruitque Sæculo XIII., de quo Wadingus notat ejua Carmina puriora reddita ab *Huberto Sufannæo*. Vide etiam Diarium Eruditorum Italiæ Tom. XXIV. pag. 270.; ubi memorantur hujus Alexandri vita, emendatio, ac fupplementum ejus Doctrinalis a multis elaboratum, & excufum anno 1502.

Ego Franciscus de Butis hoc Glossarum compendium doctrinalis aggressus artis subtilitates evadens posse tenus ne rudibus foret incommodum nec universa perstringens ne provectis esset prolixitate neglectum: in quo si quod prosit inventum gratias referant Largitori. Si quid autem perfectionis defuerit: humanitati applicent meæ.

Commentarius Francisci, & si paucis, continenter tamen, & perpetuo singula exponit, quæ in eo Doctrinali occurrunt.

In fine hæc sunt. *Hoc opus completum fuit per Dominum Jacobum de Alemania Rectorem Ecclesiarum Villariocensis in castro montis Fabrorum ad petitionem nobilis Viri Antonii Nicolai de Montisferetrano sub anno Domini MCCCCXVII. die III. Februar. hora XXIIII.*

I N I V.

Tiberii Claudii Donati ad Tiberium Claudium. Maximum. Donatianum. Filium. Suum Interpretationem Virgilianarum. Æneidos liber primus incipit feliciter.

Præfatiuncula anteit, quæ ab his verbis sumit exordium. *Illos qui Mantuani Vatis mihi carmina tradiderunt &c.*

Libri primi Commentarius hoc habet initium. *Primum igitur & ante omnia sciendum est, quod materiæ genus* (post hæc lacuna invenitur) *Maro noster aggressus sit &c.*

Finis duodecimi libri: *rediit ad aliam partem mandatorum Junonis cum fratrem in confusionem fœderis liberare non potuerit. Cepit hunc infesto hosti subtrahere ne inventus succumberet. Sic enim illa dixerat.* His verbis Commentarius libri XII. clauditur, & ex iis patet mancum esse.

Codex Sæculi est XV. Prima Præfatiunculæ littera lamellula aurea ornata, colorumque vividorum diversitate est illustrata. Habet ad primi folii limbum Craticulam cum duabus siglis M. N.

I N V.

Terentii *Comœdiæ*, & in eas *Commentarii* sine Auctoris nomine.

Ante has Comœdias, & Commentarios multa exhibentur, quæ ad Terentii vitam, nec non alia, quæ ad Tragædiam, & Comœdiam pertinent.

Vita Terentii ab his verbis ducit initium. *Publius Terentius Afer*: *Carthagine natus: servivit Romæ Terentio Lucano Senatori: a quo ob ingenium, & formam non institutus modo liberaliter: sed & mature manumissus est.*

Cum hæc & nonnulla, quæ sequuntur exscriberem, suspicari cæpi non alia esse, quam quæ in nonnullis Editionibus jam pridem legeram. Non vanam fuisse meam hanc suspicionem, collatione facta cum Terentii editione Veneta anni 1563. Donati Commentariis instructa, & cum aliis quibusdam comperi; & ex iis didici, tam hæc, quæ Commentarios præcedunt, quam Commentarios ipsos, Donati esse.

Præter nonnullas lectiones, seu pertinentes ad Terentii vitam, & Præfationem, seu ad ipsos Commentarios ab Editionibus diversas, hoc in Codice deest Commentarius in Comœdiam *Heautontimorumenos* una cum ipsa Comœdia, quæ tertia esse solet in Editionibus. (*e*) In

(e) De controversia, quæ inter Ægidium Menagium, & Hedelinum Abbatem Albignacensem exarsit in hanc Comœdiam videant Eruditi, si placet, Ephemerides Litterarias Parisienses anni 1691. Hoc tamen adnotare lubet, quod cum ea Comœdia careat Codex noster magis magisque inde confirmatur sententia eorum, qui putant nihil Donati in *Heautontimorumenon* extare. Id enim potissimum Codicis nostri Scriptor curasse videtur, ut Donati Commentarios in hoc Codice daret, eorumque unice causa ipsas etiam Terentii Comœdias simul exhibuisse; sed eas scilicet solas, quas Donati Commentariis instructas sciebat. Quæ in Editionibus Interpretationes ad Comœdiam *Heautontimerumenos* sub Donati nomine occurrunt esse, ut observat *Vossius* lib. 1. de Vitiis serm. Cap. V. non Donato, sed *Joanni Calpurnio* adscribandæ sunt. Immo hoc etiam ex Codice nostro conjicimus, Commentarios, qui lucem viderunt in Terentii Comœdias sub nomine Donati, non totos esse, sed e Donato, aliisque excerptos. Quamplurima enim in Editionibus haberi observavimus, quæ a nostro Codice absunt. Inter veteres Grammaticos Ælius Donatus celeberrimus fuit, Romanus, Præceptor S. Hieronymi.

In Comœdia Adelphi quarta Scena a quinta eſt indiſtincta, & octava a nona.

Ad Comœdias, quæ in Codice occurrunt, ſunt Prologi, & argumenta, & ad Scenas, actuſque notantur Interlocutores.

Codex non a Librario aliquo ſcriptus eſt: quod genus hominum ſolam ferme characterum pulchritudinem amant oſtentare, nihil ſoliciti de accurata lectione, ſed ab homine, qui magis ut recte, quam ut concinnis characteribus ſcriberet, curavit, & ob id pretium aliquod obtinet, & niſi fallimur, eſt Sæculi XIII.



PLUTEUS

PLUTEUS XXIII.

CODICES IN EO NUM. VI.

I N I.

JOannis Tortelii Aretini *Commentarii de Ortographia Dictionum*. Splendidiffimus Codex typis excufus per Nicolaum Jenfon. De hac magnifica Editione, & vetuftiffima diftinctius a nobis agetur poft MSSrum Codicum defcriptionem, ubi de duobus aliis Editionibus hac in Bibliothecæ parte finiftra exiftentibus erit fermo.

I N I I.

Sub hujus Codicis initium nullius Auctoris nomen extat. At ad ipfius finem ftatim exaratum obfervatur.

Ergo fratres mente pia pro me rogitate papia

Papiæ igitur eft *Elementarium*, feu Lexicon

Præfatio hujus Operis primum venit, qua Auctor profitetur fpatio circiter X. annorum illud abfolviffe. Ait namque. *Opus quidem a multis aliis jam pridem elaboratum: a me quoque nuper per fpatium circiter X. annorum prout potui adauctum & accumulatum.*

UTERQ. Kñ. DEBUI. SI POTUISSEM.

Incipit. *Potui fi meæ voluntati Chriftus fuæ gratiæ pondus adhibuiffet earundem, quas novi litterarum difciplinis in præfentia vos edocere &c.*

Finis Præfationis. De Hiftoria Ecclefiaftica Eufebii. Horofius. Galienus. Placidus. Eucherius. Virgilius. Commenta Virgilii. Horatii. Juvenalis. Marciani, & ceterorum, quos fuperfedeamus.

Lexicon hoc congeftum fecundum litteras alphabeticas a littera A habet principium.

A. *In omnibus gentibus ideo prior eft litterarum: quod ipfa prior nafcentibus vocem aperit.*

At ne diutius immorer fub littera *Ph.* fermo fit de Philofophia, ejufque divifionibus, ibique arbor quædam depicta obfervatur, cujus ope fub oculos divifiones ejus omnes ponuntur.

In fine Operis hujus hæc funt. *Infinitas benedictionis gratias jam Deo Patri referimus, qui per coeternum fuum filium Sancti Spiritus gratiam noftrum opus eu multis & diverfis texturis elaboratum atque centeutum: licet per multorum annorum curricula ad finem ufque perduuimus. Si tamen adbuc ab ejufdem perfectionis cumulum eu totius artis grammaticæ utilitate valde neceffarium: & eu compendio quam potuimus breviffimum appefuerimus libellum. Ut ciso quifque velit totum transcurrere poffit. Et quam vult partem per totam vindicetur arte. Pro quibus omnibus vos euoro: adjuro Fratres mei quocumque jam flagratis eu defiderio regni Dei: quique bumani noftri laboris fcientiæ doctrinam quafi refugii domum tutiffimumque portum ad Chrifti laudem, gloriam & benedictionem obtinere cupitis boc folum fummumque mibi rependatis, immo & divina gratia aquiratis: quatenus veftris orationibus eleemofinis, ceterifque fpiritualibus auuiliis perpetuo adiutus, omniumque meorum percepta venia peccatorum vobifcum ad æterna valcam pervenire gaudia. Jam ubi*

ubi revelata facie illa vera, & coæterna perfruamur sapientia cum Patre & Spiritu per infinita sæcula. Amen. (f)

Illico post hæc sequitur. Ergo &c., ut superius monuimus.

2. Ejusdem de *Grammatica* & incipit. *Cumulum dictandi perfectionem quæ partis grammaticæ VI. inniti gradibus: eisdemque evadere posse de perceptis cognovimus disciplinis. Primus igitur in VIII. partium disciplina versatur. Secundus de eorundem constructione. Tertius de diversis mutationum modis. Quartus de verborum sententiarumque exornatione: deque barbarismis. Quintus de triplici stili, & characteris genere. Ultimus de ordine profitetur. De primis horum duobus in quibus hujus artis totus labor, summaque pars consistit superius diffuse multifariamque: & per longa tractavimus tempora &c.*

Finis. *Ploca est copulatio, in qua idem verbum positum diversa significat.* (g)

3. Incerti Auctoris Vitæ breves Romanorum Pontificum usque ad Nicolaum I. cum Catalogo reliquorum usque ad Honorium III. De istis opportunius alibi agemus, dum excribemus omnia quæ in hoc Codice sunt exarata; contenti nunc titulum exhibere, quem præferunt.

Hoc Opus Damasi Papæ ad Hieronymum Presbyterum ejusdem rogatu.

Codex fortasse Sæculum non excedit XIII., & accurate scriptus videtur, ideoque non parvi pretii.

IN III.

1. F. Joannis Januensis Ordinis Prædicatorum *Grammatica*.

Proæmium incipit. *Prosodia quædam pars Grammaticæ nuncupatur. Partes siquidem Grammaticæ sunt quinque &c.* ut in Editionibus, atque in Mss., qui frequenter occurrunt in variis Bibliothecis.

2. Ejusdem *Chatolicon*, sive Lexicon usque ad litteram *K.*

In fine. *Explicit* K. *sequitur ulterius* I. in secundo Volumine secundum ordinem. Secundum Volumen quod heic memoratur est postremum hujus Plutei, & de eo paulo post dicemus.

Codex sub finem Sæculi XIV., ut videtur est scriptus, & in duas columnas distinctus.

IN IV.

Francisci Philelphi *de jocis, & seriis* Libri IV.

Epigrammata sunt, quæ hoc in Codice continentur, eaque sunt directa ad Varios, deque variis modo jocose, modo serio Auctor in iis canit.

Extant notæ ad margines Viros indicantes, quos Auctor laudat, poeticasque fabulas quibus utitur.

Ultimum omnium quattuor horum librorum Carmen Malatestæ inscribitur.

In libro primo tria reperiuntur Carmina, singula metris variis composita; in secundo septuaginta Epigrammata; in tertio sexaginta; in quarto quinquaginta quattuor. Non inutiliter hæc a me moneri, Eruditi, ut arbitror, fatebuntur.

IN V.

Ejusdem Francisci Carmina in Libros V. distributa.

Primum Epigraphen exhibet rubris litteris in medio paginæ.

Apollo

(f) Editio vetustissima Mediolanensis anno 1476. ad Præfationem hæc habet. Papias *dilectis Filiis salutem*. Hoc deest in Codice nostro, & etiam non invenitur in Codice insigni membranaceo, qui asservatur in Bibliotheca Majoris Ecclesiæ Lucensis, de quo vide Mansium in additionibus ad Bibliothecam Fabric. med. & inf. ætatis Tom. V. lib. XV. pag. 194. Edit. Patavinæ.

(g) Elementorum sive Lexicon Papiæ memorant Ducangius in Præfatione ad Glos. latinum; Joannes Gerson Tom. 1. Opp. Edit. Dupinianæ pag. 233. aliique, atque hoc multis Editionibus lucem adspexit. Trithemius ejusdem Epistolas recenset, quas nemo typis excudit. De Grammaticæ tractatu diverso utique ab Elementario, ab eoque (ut in nostro Codice) distincto nemo unquam, quod sciamus, mentionem fecit. Si dixerimus hunc nondum in lucem prodiisse, forsitan a vero non aberrabimus.

Apollo.

Atque in eo libro decem Carmina occurrunt.
Secundum est, cum hoc titulo *Clio*
Tertium inscribitur *Euterpe*
Quartum *Tatia*
Quintum *Melpomene*
In unoquoque horum librorum decem carmina continentur.
Ultimi libri septimum Carmen græce scriptum occurrit cum hac Inscriptione.
Franciscus Philelphus ad Basinium.

Non solum græce exaratum in Codice legitur, verum interlinearem exhibet latinam versionem, nempe,

Carmen septimum Philelphi ad Basinium.

Βατίνιον τὸν ἐμὸν πολυμήχανον ἄιτ ἀγαθόντε
μῦσοτα τρέφε, καὶ Φοῖβος ἔχων αἰώνιον ὄμμα
μυθον ἄγει γλυκερὸν, κιλλήνιος ὄν ρα παρεῖχεν
ἠδ'επης δαίμων. γνώμας πορε πάλλας ἀθήνη
ἡμῶν ὄυτος ἐρᾶ. ἡμεῖς δέ φιλοῦντα φιλοῦμεν
μέτριος ὤν πάμπαν μὴ τηρεῖ μέτρον ἐπαίνου
Βατίνιος σεμνῆοισιν ἄρων ὑπέρ ἄστρα φιλέλφον
αὐτά λόγοις, ἡμῶν ἀστρὶ πολλὸν ψεύδεται
ὦ φιλε, πλὴν ὄυτως συγε ταύτῃ πολλὰ λεγέντι
ταρρει ὥστε λίαν τὸ σοφον δη τοῦτο φυλάξαι
μηδὲν ἄγαν σοφος, αἰει γάρ μέσα πάντα φυλάττει.

Versio ejusdem interlinearis: *fortasse non ejusdem.*

Basinium meum, qui magno ingenio est & bonus
Musa alit, & Phœbus æternum oculum habens
Oratorem agit dulcem, Cyllenius quo quidem præbuit
Suaviloquum Numen, sententias porrexit Pallas Minerva.
Nos hic amat, nos autem amantem amamus
Moderatus qui est omnino non servat mensuram laudis
Basinius venerabilibus tollens super astra Philelphum
Ipsa verbis de nobis multa mentitur Fama,
O Amice, verum multa tu quidem hinc multa dicenti
Confide ut valde sapiens quidem hoc scilicet dictum custodias
Nihil nimis sapiens semper enim media omnia tuetur. (*b*)

V Carmen

(b) MS. Exemplar. ineditum Basinii Parmensis metrice scriptum, ac conspicuum vidimus Bononiæ in Bibliotheca nostri Ordinis cum tabulis ad singulos tresdecim Libros, quos continet, egregie depictis. Facta militaria strenue fortiterque gesta a Sigismundo Pandulpho Malatesta exprimentibus, dum Florentinis est opitulatus adversus Alphonsum Aragonensem Neapolis Regem partem Etruriæ occupare minitantem. Hoc exemplar hunc præfert titulum *Basinii Poetæ Parmensis Esperidum libri argumentum*. Ast in primo illius Codicis Folio recentiore manu hæc scripta conspiciuntur.

Poema Istorico sopra il soccorso dato da Sigismondo Malatesta ai Fiorentini, e l'espulsione di Alfonso Re di Napoli dal loro stato Opera forse di Pandolfo Colenuccio.

Deinde. *L'Autore della seguente Opera è Tobia del Borgo compagno, e amico di Guarino Veronese fatta inanti, che Guarino venisse a Ferrara, che fu del 1434. il che si testifica da Ludovico Carbone scolaro di esso Guarino nella Orazione funebre fatta in morte di detto Guarino suo Maestro.* Hæc ibi. Jam vero huic opinioni non esse facile subscribendum suadet aliud ejusdem operis autographum exemplar cum lituris, & emenda-

Carmen decimum, & ultimum hujus Codicis laudibus ornat, & effert Malatestam Familiam, & præcipue Malatestam Novellum ultimum Cæsenæ Principem, cujus Carminis haud exiguam partem, & finem dedimus Cap. V. pag. 25. Tom. I. Cathal. Biblioth. hujus Malatestianæ. (i)

Duo hi Codices Operum Francisci Philelphi in 4. ceteris hujus nostræ Bibliothecæ facile præstantiores esse videntur; si materiam spectes, ex qua compacti sunt, & venustatem, characterumque pulchritudinem, & præcipue litterarum initialium ornatum nobiliores sunt. Membranæ quidem instar serici rasi subtilissimæ, & utraque ex parte levigatissimæ, quod arte obtineri ægre, ac vix potest; nitidissimæ præterea, ut equent chartæ candorem. Primæ litteræ Librorum ex lamellis aureis majoris modo, modo minoris extensionis, variisque coloribus eleganter delineatæ conspiciuntur, ex quibus stellulæ auro illitæ, flores, animalcula sparguntur per margines mirifice elaborata; quæ oculis delectationem afferunt. Codices hi Sæculo XV. accurate sunt scripti.

I N V I.

Pars altera F. Joannis Januensis, quæ initium sumit ab K. usque ad litteram Y. & hæc pariter duplici columna est exarata in Codice.

Frequenter occurrit hocce integrum Opus in variis Bibliothecis, ideoque sat erit ea exscribere, quæ Codici finem imponunt.

Immensas omnipotenti Deo Patri & Filio & Spiritui Sancto gratiarum inferimus actiones qui nostrum Chatolicon ex multis & diversis Auctorum texturis elaboratum atque contextum: licet per multa annorum curricula: in millesimo tamen ducentesimo octuogesimo anno sexto Domini Nonis Martii ad finem usque perduxi. In quantum peccatores Fratres mei: in quantum justi Domini mei: quatenus pro me peccatore nunc ad Deum preces porrigere velitis ut vestrarum precum interventu meorum a Deo percepta venia peccatorum ad terram apricam, ad terram eliseam idest extra læsionem positam ad paradisi videlicet gaudia una vobiscum valeam pervenire: Ubi regnat Dominus noster Jesus Christus Dei filius benedictus: in cujus nomine flectitur omne genus celestium. terrestrium. & infernorum. Cui est gloria & honor.

emendationibus ipsius Basinii, quod servatur in publica celeberrima Bibliotheca Ariminensi, cujus est inscriptio. *Basinii Parmensis* Εσπερίδος divisum pariter in tredecim Libros. Ad ipsius finem Poema aliud, puto imperfectum, invenitur inscriptum *Argonauticon* una cum Epistola latina, in qua variæ sunt græcæ locutiones; data ad Guarinium soluta oratione. Tria extant Poematia in Sigismundi laudem ab eo elucubrata stricto pedibus sermone, quæ cum Procellio, & Trebano Parisiis edita sunt anno 1539., in quibus leguntur Carmina collecta in Laudem Isottæ Uxoris Sigismundi Pandulphi: scripsit item *Astronomicon* & *de utilitate* Linguæ græcæ ad Sigismundum Malatestam; deque eodem ad Guarinum, sed prosaica oratione. Is auctor Patriam suam recognoscit Parmam; atque Præceptorem habuisse Guarinum Veronensem neminem fugit. Inter Aulicos accitus Sigismundi Pandulphi Malatestæ, ibi circa annum 1440 ultimum clausit diem, & in laterali parte, quæ viam publicam respicit Ecclesiæ S. Francisci Minorum Conventualium Arimini, quam Sigismundus ipse magnificentissima extruxit, dotavitque mille quingentis Ducatis aureis, inter ceteros Sarcophagus visitur cum hac inscriptione.

Basinii Poetæ Parmensis
Hic
Sita sunt Ossa

Ejus vitam parat doctus pereruditusque P. Ireneus Affò Philologus, & Biographus Ordinis Minorum de Observantia Vice-Bibliothecarius Regiæ Bibliothecæ Parmensis, quam editurus est, si quando Opera hujus eximii Auctoris prælo committerentur.

(i) De Francisco Philelpho verba fecimus Tom. I. Catalogi hujus Bibliothecæ Cap. V. pagg. 24. 25. & inter Anecdota Cap. I. Plutei V. Cod. IV. pagg. 164. 165. adnot. a. Sic etiam in hoc Tom. II. Plut. XII. pag. 74. 75. Vide omnia, quæ de hoc Auctore desiderari possunt, apud celebrem Josephum Antonium Saxium cum in Præfatione ad Historiam Literario-Typographicam Mediolanensem titulo *Franciscus Philelphus Tolentinas* pag. 6., tum ejusdem Historiæ Anno 1481. columnis 219. 220. usque ad 232.

bonor. magnitudo. & magnificentia. virtus. & potestas. regnum. & imperium in sæcula sæculorum. Amen. (*l*)

Codex Sæculo, ut videtur, XIII. est scriptus, eo scilicet æuo, quo scriptor vivebat. Observandum quod initialis littera *P.* rudi quadam Minerva ex lamina aurea elaborata continet spatium, in quo imago cernitur cujusdam Fratris Ordinis Prædicatorum vestibus induti, tonso capite cum corona ipsum Operis Auctorem ostendens. In fine Codicis stemma cujusdam floribus refertum.



(l) Hoc Opus pro illa ætate minime parvipendendum est. In ipsis typographiæ incunabulis lucem vidit Moguntiæ anno 1460., quam Editionem laudat Jacobus Quetif. Tom. I. Bibliothecæ scriptorum Ordinis S. Dominici.

PLUTEUS XXIV.

CODICES IN EO NUM. V.

IN I.

1. PRisciani notissimum Opus Grammaticum in XVIII. Libros distinctum. Præit Index omuium capitum, quæ in singulis iis Libris habentur hoc Lemmate: *Incipiunt Capitula Librorum &c.* Huic Indici succedit Proœmium Auctoris, sive Prologus, qui ab his verbis ducit initium. *Cum omnis eloquentiæ doctrina & omne studiorum genus Sapientiæ luce præfulgens a Græcorum fontibus derivatum.*

His clauditur verbis. *Titulos in Universi Operis per singulos suppofui Libros: quo facile quicquid ex his quæratur discretis possit locis inveniri.*

Sequitur postea primus Operis Liber hac Epigraphe.

Prisciani eloquentissimi Grammatici Cæsariensis Doctoris Urbis Romæ Constantinopolitanæ primus liber de littera incipit, & primo de voce. Rubris characteribus hæc exarata cernuntur, non secus ac tituli omnes aliorum Librorum, qui iisdem verbis concepti sunt; si excipias librum VIII., cujus titulus est. *Artis prisciani viri disertissimi grammatici Cæsariensis Doctoris Urbis Romæ Constantinopolitanæ præceptoris mei.* (*a*)

Nihil in hujus Operis Editionibus extat, quod non item hoc in Codice habeatur. At Scholia pleraque in eo occurrunt non tantum Prologo addita; verum etiam primis tribus libris, quæ in Editionibus haud visuntur. In marginibus etiam parvæ notulæ extant, quæ majorem verbis in textu existentibus conferunt perspicuitatem.

2. Donati Tractatus *de Barbarismo*.

3. Anonymi Carmen ad Senatores, quod editum ne sit, an ineditum non vacat nunc nobis indagare. Illud heic exscribimus; ast non ubivis satis emendatum.

„ Vos quibus alta datur tractare negotia patres
„ Consilii firmate animos, ac solvite diris
„ Pestibus urentes odiorum extinguite flammas.
„ Nullus amicitiæ studium tollat: iraque ardens
„ Livor & ultrices fugiant e pectore curæ.
„ Affectusque cadant alii. stimulosque nocentes
„ Pellite in exilium, ne libera corda fatigent.
„ Cura sit in dubiis examine cuncta salubri
„ Discutere in medium. nihil auricularia prosunt
„ Judicia alterno tacite commissa susuro.

„ Hæc

(a) Observavimus in Prisciani Editione Veneta anni 1527. & Ædibus Aldi, & Andreæ Asulani hæc ad calcem libri VIII. haberi.— In antiquissimo Codice, cujus collatione hic emendatus est, ita scriptum erat. *Artis Prisciani viri disertissimi Grammatici Cæsariensis Doctoris Urbis Romæ Constantinopolitanæ præceptoris mei Liber octavus de Verbo explicit feliciter.* Atquinam iste fuit, qui Priscianum fuisse Præceptorem suum sciri voluit? Id neque ex nostro Codice in quo ea ipsa verba: *præceptoris mei* haberi videmus, nec ex prædicta Editione Veneta assequi ullo modo possumus. Verosimillimum tamen ducimus fuisse *Theodorum illum Memorialem Scrinii Epistolarum* (munus id in aula Imperatoria celebre, a quo Opus hoc Prisciani scriptum fuisse subscriptiones ejus, seu ad calcem totius Operis, seu ad finem singulorum Prisciani Librorum positæ testantur, quas ex variis MSS. Codicibus plures Viri docti sparsim protulerunt, & de quibus, ut item de Memorialibus accurate præ ceteria agit Cl. Zirardinus JCtus Ravennas in Commentario ad Novellas Theodosii, & Valentiniani ex MSS. Ottoboniano editas pag. 215. & seqq. Io iis certe subscriptionibus Theodorus Doctorem suum clare profitetur Priscianum.

„ Hæc decet in multas numerum distinguere Partes,
„ Nec vagus hinc illinc abeat consultor. ad unum
„ State viri variosque animi quos quisque profundo
„ Conceptos sub corde premit. reserate sedentes
„ Ingenio placet ista quies. placuere minervæ
„ Otia. tranquillas & amat sapientia sedes.

In fine minusculo charactere, recentioreque manu hæc leguntur.
Carmen tibi misit scriba communis per Florentiæ Civitatis scribam dictæ Communitatis in tuscis &c. postea subjungitur 1392. 5. *Mensis Martii*.
Codex duabus Columnis, & characteribus quadratis est scriptus. *Est vetustus sæculi, ut apparet XI., vel XII.* Ita Mansius in suis pagellis manuscriptis.

I N I I.

1. L. Junii Moderati Columellæ *de re rustica* Libri XII.
Hujus Operis Præfatio incipit. *Sæpe numero Civitatis nostræ principes audio culpantes modo agrorum infecunditatem, modo cæli per multa jam tempora noxiam frugibus intemperiem &c.*
Desinit. *Cum quidem cunctæ partes ejus destinatis aliquot voluminibus explicandæ sunt, quas ordine suo tunc demum persequar cum præfatus fuero quæ reor ad universam disciplinam maxime pertinere.*
Dein in medio tertiæ paginæ rubris characteribus legitur.

Qui rusticari velint.

Hinc initium primi libri ita se habet. *Qui studium agricolationi dederit: antiquissima hæc sunt sibi advocanda prudentiam rei: facultatem impendi: voluntatem agendi &c.*
Liber XII. his clauditur verbis. *Nam etiam quicumque sunt habiti mortalium sapientissimi multa scivisse dicuntur, non omnia.*
In medio paginæ. *Finis.*

2. M. Catonis *de Re Rustica*. Liber ad Filium suum.
Ejus principium est. *Quomodo agrum emi pararique oporteat. Patris-familiæ officia &c.*
Finis vero. *Tertio die demitto: perungito oleo & aceto comisto: suspendito in carnario: nec tinea, nec vermes tangent. Finis.*
Hujus Libri non extant in Codice Capitum inscriptiones, sicuti reperiuntur in Basileensi Editione anno 1521., & in Coloniensi 1536., aliisque, quamvis optimæ sint notæ. Ast eas non esse ab ipso Auctore suadent MSS. Exemplaria, quæ iis carent, & desunt hæ cum in principe Editione Regii anno 1482., tum in altera Bidensi anno 1499.
3. M. Terentii Varronis. *Rerum rusticarum: de agricoltura liber primus feliciter incipit*, rubris characteribus hæc scripta sunt. Tum vero habetur Prologus ejusdem, cujus initium. *Totus essem confecutus &c.* Finis, *quæ ipse in meis fundis colendo animadverti: & quæ legi, & quæ aspicis: audivi.*
Lemma secundi libri ita se se offert. *M. Terentii Varronis rerum rusticarum de re pecuaria liber secundus incipit feliciter ad Turranium nigrum.* Hæc inscriptio majusculis litteris, & rubris est exarata. (*b*)

Hoc

(b) Clarum est Varronis testimonium sub initium hujus Operis, quo ostendit octoginta annos natum scripsisse tres Libros *de re rustica*. Ait namque, *quod, ut dicitur, si est homo bulla, eo magis senex. Annus enim octogesimus admonet me, ut sarcinas colligam antequam proficiscar e vita.* Non desunt Scriptores, qui produnt hos Libros a Varrone ad Fundaniam Uxorem scriptos. Editiones, quas perlustrare mihi licuit, ne levem quidem mentionem faciunt de homine, ad quem hi Libri diriguntur. Ex secundo libro nostri Codicis aperte dignoscitur eos ad *Turranium Nigrum* fuisse scriptos, vel saltem secundum ipsum Librum fuisse ei nuncupatum.

Hoc in ſecundo libro lacunæ tres reperiuntur.

Lemma tandem libri tertii (tres ſiquidem hujus Operis ſunt Libri) hæc habet: *M. Terentii Varronis rerum ruſticarum de Villaticis Paſtionibus liber tertius feliciter incipit.*

Liber ipſe ita deſinit: *De Paſtione Villatica ſummatim hoc quod expoſui habeto.* In eo lacunæ quinque prope finem.

Poſtea. *M. Terentii Varronis rerum ruſticarum de Villaticis paſtionibus liber tertius explicit. Finis.*

Statim ſequitur. *Incipiunt Rubricæ ejuſdem Operis*, quæ veluti capita continent rerum, de quibus Auctor diſſerit.

Codex optime ſcriptus, & eleganter (c). Quadratum primæ paginæ totum aureum eſt, in quo majuſcula littera egregie multis coloribus conſpicitur delineata. Cum ad extremum hujus paginæ limbum circularis figuræ lamina aurea effulget, præferens Craticulam gentilitium Inſigne Malateſteum, & ſiglas M. N., tum idem ſtemma elegantius viſitur ad calcem paginæ primæ Operis M. Terentii Varronis *rerum ruſticarum*.

IN III.

1. Theophraſti Libri de Hiſtoria Plantarum e græco in latinum verſi a Theodoro Theſſalonicenſi.

Prima pagina Codicis in ſuperiori margine ornamentum perpulchrum variis illuſtratum coloribus monſtrat cum aureis litteris. LIBER PRIMUS.

Sequitur Præfatio Traductoris hoc Lemmate rubris characteribus exarata majuſculis litteris: *Theodori Græci Theſſalonicenſis Præfatio in Libris Theophraſti de Plantis, quos eu græca lingua in latinum traduuit.*

Præfationis initium. *Præfandum illud Heracliti dictum arbitror, quo abiecta cujuſdam domunculæ aditum breviter ſimul, & pulchræ minus aſpernandum aſſeruit &c.*

Finis. *Ergo: tu Dive Nicolae: tu namque & Deus mihi es: adſis obſecro: & fructum nonnullum noſter hic labor pariat hominibus: facias. Explicit Præfatio:* rubris litteris ultima hæc verba exarata.

Tum Theophraſti ipſius Opus, Liberque ejus primus ſequitur. *Theophraſti de Hiſtoria Plantarum liber primus incipit: Plantarum differentias reliquamque naturam ex partibus: affectionibus: generationibus vitamque petere oportet &c.* & ſicuti eſt Libri primi clauſula: *Explicit Theophraſti de Hiſtoria Plantarum liber primus;*

(c) Codex hic oon parvi faciendus eſt. Etſi enim non ſit adeo vetuſtus, tamen exſcriptus fuit (ut quidem non temere creditur) ex vetuſtiſſimn, atque optimo Codice, qui olim Florentiæ io Bibliotheca D. Marci ſervabatur, & quo *Petrus Victorius* in ſua horum *de re ruſtica* Auctorum Editione plurimum ſe uſum iodicat. Itaque celeberrimus hoc ſæculo Vir *Julius Pontedera* plurima *Catonis*, & aliorum ejuſmodi Scriptorum loca, quæ corrupta Editiones exhibent, ſanaturus in Epiſtolis Patavii anno 1740 excuſis, quibus titulum fecit: *Antiquitatum Latinarum, Græcarumque enarrationes &c.*, cum ſubſidium a Florentino illo Codice, quem Victorianum appellat, petere non poſſet, quippe qui, ipſo teſte, evanuerat, opem ſibi ad eam rem cum aliunde. tum etiam ex hoc noſtro Codice petendam duxit, de quo hæc habet in Epiſtola III. pag. 25. *Cum Cæſenæ in Bibliotheca Fratrum*, ut vocant, *Minorum Conventualium cuſtodiri Codicem, qui de Victoriano illo exſcriptus ferebatur, accepiſſem, per amicos curavi, ut eorum præcipue dubia, aut obſcura habebam, exemplum remitterent.* Hæc vir doctus, qui deinde cum in ipſa Epiſtola, tum in ſequentibus non raro lectiones noſtri Codicis laudat, iiſque ad plures Catonis, & Varronis locos emendandos feliciter utitur. Illud heic non omittendum cenſeo. Clariſſimus Herculea Dandinius Cæſenas, de quo multa memoravimus in Catalogo. Scriptorum Cæſenatium pagg. 130. 131., dum io Patria Vacationum tempore otiaretur, pluries, me præſente, noſtram adivit Bibliothecam, hoſque hujus Codicis tres Auctores *de re ruſtica* attente perluſtravit, multaſque diverſas lectiones in Adverſariis ſuis exſcripſit, multumque Codicem laudaos, confitenſque ſe in reditu ſuo Patavium (ubi Interpres fuit Pandect. Cod. autenticor., & Profeſſor.) deferre adnotata, per quæ ibi, vel alibi ſincerior eorundem Auctorum editio curaretur.

mus; ita his verbis ceteri sex Libri clauduntur; additurque aliquibus: *lege feliciter*.

Decimus liber valde admodum mutilus est, cum tredecim tantum lineæ ejus principium dent, & sequantur multæ paginæ sine ulla scriptione.

2. Ejusdem de Causis Plantarum Libri VI.

Primi libri exordium. *Plantarum complures esse generationes & quot & quæ in historiam ante exposuimus &c.*

Ad finem ipsius. *Explicit liber primus Theophrasti de causis Plantarum; liber secundus incipit*: ex ita ad finem singulorum Librorum.

Clausula Libri sexti hæc est. *Quæ autem ex mintione affectioneque mutua & viribus oriuntur hæc seorsim per se explicari dignius est.*

Dein. *Explicit liber sextus & ultimus Theophrasti de causis Plantarum.* *Scriptus est per me Johannem Antonii de Spinallo pro Magnifico, & Potenti Domino Domino Malatesta Novello de Malatestis*. Igitur scriptus Sæculo XV.

IN IV.

1. Aristotelis *de Historia Animalium*.
2. Ejusdem *de progressu Animalium*.
3. *De causa motus Animalium*.
4. *De partibus Animalium*.
5. *De generatione Animalium*.

In fine. *Explicit de Animalibus*

Codex fortasse est Sæculi XIII., & ea continet, quæ exarata sunt aliis in Codicibus existentibus cum in dextra parte, tum in hac sinistra Bibliothecæ nostræ.

Est tamen sine Traductoris nomine; estque, ut videtur, alia versio ab ea, quæ in prædictis Codicibus legitur. Visitur postea in fine Codicis Stemma quoddam, ut censeo, indicans ejus Possessorem. In campo ipsius tres fulgent lucidissimæ stellæ; cetera vero tempore attrita, ad superiorem ejus partem, & ad latera lemnisci pendent colorati.

IN V.

Ca. Plinii secundi de naturali Historia Libri XXXVI.

Hoc in Codice ea omnia continentur (si excipias Opus de Viris illustribus) quæ extant in Codice Plutei XI. num. I. jam a nobis satis descripto. Hac itaque de causa in ipsius descriptione non immoramur. Pro re tamen nata utriusque Codicis perlustravi Caput VII. Libri XXXIV., in quo Plinius noster narrat, Neronem a Gallis Zenodorum peritissimum Sculptorem, famaque celebrem accivisse Romam, ut ipsius Principis Simulacrum Colosseum centum, & decem pedum faceret ex ære (Svetonius in Neronem Cap. XXXI. ait centum viginti) ante Regii Palatii aurei fores collocandum. Quod summa peritia ad miraculum usque præstitit. De hoc simulacro scribit Plinius laudato in loco. *Ea Statua indicavit interiisse fundendi æris scientiam: cum & Nero largiri aurum argentumque paratus esset: & Zenodorus scientia fingendi, cælandique nulli veterum postponeretur*. Deinde memoratis duobus æris poculis ab eodem Zenodoro affabre elaboratis, ita Plinius pergit. *Quantoque major in Zenodoro præstantia fuit; tanto magis deprehendi artis obliteratio potest*. Hæc ibi, quæ obscuritatem, ne dicam pugnantiam olere, nemo non videt. Qua de re sollicitus (inquam) fui, ut deprehenderem, num ullam nostri Codices in his locis varietatem lectionum haberent, ex qua, quæ obscura sunt, & implexa, facilius dicta Plinii Senioris possent enodari, & solam hanc differentiam sum nactus, quod ubi legitur in Editionibus: *deprehendi artis obliteratio potest*; in Codicibus habetur: *deprehenditur artis obliteratio*: Nihilo tamen minus inter aliorum Interpretum animadversiones, si quæ sunt, ea interpretatio arridet,

ridet, quam Carolus Blanconius Bononiensis (d) Vir in Historia, liberalibusque artibus peritissimus exponit in Epistola ad doctum Tiraboschium data his verbis. *Penso, che Plinio voglia dire, che la grandezza di questo Colosso, la difficoltà dell' Opera, ed in conseguenza la eccellenza di Zenodoro è stato l' ultimo termine di perfezione, a cui giunse l' arte di fondere il metallo; poichè essendosi quì congiunte due cose troppo difficili a ritrovarsi; cioè un Imperatore pronto a qualunque spesa, e un artefice di una somma eccellenza, ne era quindi riuscita la più grande Opera, che fosse mai, e che perciò era d' aspettarsi, che quest' arte giunta al sommo ricadesse quindi, come suol avvenire, e tornasse al suo nulla. In somigliante maniera dice il Vasari, che l' eccellenza a cui le arti orano al suo tempo arrivate, erano indicio della vicina lor decadenza. Se egli avesse detto in vece, che il valore di Michelangelo, e di Raffaello mostravano, che l' arte periva, avrebbe parlato più oscuramente, ma avrebbe detto appunto ciò, che sembra intender Plinio colle allegate parole*. Hæc ex Tiraboschio *nella Storia della Letteratura Italiana al lib. 1. pag.* 215. Hanc opinionem mihi præscribo, aliis invitis non obtrudo.

Ad finem Codicis legitur. *Scriptus & completus per me Fratrem Franciscum de Figbino Ordinis Minorum pro egregio ac præstantissimo artium, & medicinæ Doctore Magistro Johanne Marci de Arimino 1451. die 10. Maii*. Hunc Codicem memorat Comes Antonius Josephus a Turre Rezonici in Elencho Codicum MSS., quibus usus est in Opere inscripto. *Disquisitiones Plinianæ. Parmæ an. 1763.* dum scribit. *Cæsenæ* 11. *scriptus a Fratre Francisco Phighino anno 1451. ex Bibliotheca olim Malatestarum Principum, nunc Fratrum Minorum ex Divi Francisci familia. Cæsenæ*.



PLUTEUS

(d) Carolus Blanconius Bononiensis noster hoc ævo floruit, atque eruditis notissimus, cujus Epistolas multas jam in lucem datas habemus. Sed aliorum Operum Respublica Litteraria jacturam passa est, scilicet *Collectionum in Plinii Senioris Historiam Naturalem*; & Vita Ovidii, quam summa omnium expectatione composuit. Ita per Litteras humanissime me monitum fecit Comes Reginaldus Ansidei Perusinus, Vir eruditus, in cujus Ædibus noster Carolus fato cessit: additque. *Sonosi bensì ritrovate le altre intorno ai Circhi, le quali sono state mandate in Milano al detto Fratello dello stesso Sig. Bianconi*.

PLUTEUS XXV.

CODICES IN EO NUM. VI.

IN I.

1. IN Q. Horatii Opera Commentarii fine Auctoris nomine.

Sub initium hujus Codicis nulla alia oculis legentium subjiciuntur, nisi hæc. *Horatius Quintus Flaccus præcone natus patre libertinæ conditionis: oriundus Venusinus fuit: quæ Civitas Apuliæ est: non tamen aut opibus vilis, aut studio. Nam liberalibus litteris eruditus pro ingenii claritate, quod in tantum jam a puero eminebat ut ultra meritum natalium talibus disciplinis faceret aptum videri &c.* Vita hæc est ipsius Horatii Flacci in Codicis principio exarata, cujus finis ita se habet. *Scripsit autem carminum libros quattuor: Carmen Sæculare: Epodon: de arte poetica librum unum: Epistolarum libros duos: Sermonum libros duos.*

Post hanc Vitam statim sequuntur Commentarii. Et primo quidem in quattuor Odarum Libros. En ut incipiunt. *Mœcenas metrum asclepiadum quod constat eu spondeo, & pyrrichio: ita. mœce - nasatavis - editere - gibus. Constat autem eu spondeo: dactylo: cesura, & duobus dactylis: ita. Mœce - nas - ata - vis - edite - regibus: quæ scansio dicitur ex pentimetri heroica & duobus dactylis. Erotice. amatorie. pragmatice. causative. hypotetice. personaliter. pragmatice inter positive prosphonetice exclamatorie. Prosentice deprecatorie. Peon prosentice laudative & deprecatorie. Monocolos quotiens Odæ uno metro sine alterius admixtione est. Dicolos est Odæ quando duobus metris scribitur. Tricolos vel tetracolos, in qua post duos aut tres versus alia incboantur.* Mœcenas atavis edite regibus. -- *Hominum scribit officia pragmatice monocolos. In commemoratione parentum & laudatio invenitur ut Virgilius* -- Per qui te talem genuere parentes -- *& vituperatio, ut Ismarus aut Rodope a. e. g. edite regibus. Quoniam dicitur duxisse originem ab etruscis regibus & contempsisse senatoriam dignitatem: mansisse semper in equestri ordine* -- O & præsidium -- *Quoniam a cæde eum liberavit Bruto a Cæsare superato. Et quia per ipsum liberatus est indulgente sibi Augusto: & multa alia illi donavit.* Mœcenas -- *amicus Cæsaris Augusti.*

Cum quattuor sint Odarum Horatianarum Libri, totidem etiam sunt horum ad eas Commentariorum; sed non aliter inter se distinctos Codex exhibet, quam interposito inter singulos notabili spatio scriptione vacuo. Litteræ etiam, a quibus cujusque Libri verba incipiunt, cum majusculæ sunt, tum coloribus auroque illitæ. Nullum hi ad Odas Commentarii nomen Auctoris in Codice præferunt. (a)

2. Ejusdem Horatii *Epodon* absque inscriptione, & *Epodon* esse certo dignoscitur ex ejus exordio, scilicet: *Ibis Liburnis &c.* ut in Editionibus.

3. *Epodon* libro subjicitur *Carmen sæculare*, pariter sine titulo; quod Horatio

(a) Consulendam mihi proposui veterem Horatii Editionem cum Commentariis *Antonii Mancinelli: Helenii Acronis: Pomponii Porphyrionis: Joannis Britanici*, nec non *Jodoci Badii Ascensii* Parisiis anno 1519. fol., atque in ea facultas mihi data est inveniendi ipsam, quam Codex noster exhibet, Horatii vitam, & Commentarios item, quos in nostro Codice Anonymos haberi dixi. In ea Editione Commentarii hi Helenio Acroni adscribuntur. Singulare tamen quidpiam, & notatione dignum reperi. Mihi namque perspectum est, Eruditos sentire, Commentarios Acronis misere truncatos, & interpolatos ad nos pervenisse, hosque non mentiri plane cognosco ex nostro Codice. Laudata Editio, & aliæ quamplurimæ exordiuntur Commentarios Acronis in primam Odam ab iis verbis *Hominum scribis officia pragmatice monocolos* Quæ autem & ea non pauca in Codice nostro præcedunt, desunt in iis Editionibus. Nonne apertissima est detruncatio?

componendum Augustus commisit Anno U. C. DCCXXXVI. ætatis Horatii XLVII. Incipit hoc Carmen. Phœbe sylvarum &c.

4. Deinde succedunt sermonum Libri II. non eo ordine, quo occurrunt in Editionibus, in quibus præcedit liber de *Arte poetica*.

Exordium Commentarii in hos duos Libros ita se habet. *Sermonum Libri ideo dicti quia vili sermone sunt potius quam tumenti: sive quia ad præsentes scribuntur. Epistolis enim absentibus loquimur: in sermone præsentibus. Quamvis igitur hoc Opus Satyram esse Horatius ipse profitetur cum ait*. Sunt quibus in satyra videar nimis acer, & ultra &c.

Finis Commentarii in secundum librum, est. *Ista pulmenta, quæ attulit nobis Nasidienus suaviter comederemus, nisi causas narrasset quare partes eorum, & non integra attulisset. Intelleximus enim Nasidienum vermes invenisse in ceteris partibus quas non attulit*. Finis.

5. Liber *de arte Poetica*. Humano capiti cervicem &c. Commentarii initium: *De inæqualitate operis loquitur & dat præceptum scribendi poema: & prius præceptum est de dispositione & convenientia carminis. Scribit autem ad Pisones viros nobiles & disertos ad patrem & filios: vel ut alii dicunt ad fratres &c.*

Clauditur his verbis: *Non missura: non dimissura cum comprehenderit corpus. Irudo est sanguisuga: distat autem inter arundinem: hirundinem: & hirudinem. Arundo canna: hirundo avicula: hirudo sanguisuga*. Finis.

6. Libri duo *Epistolarum*. Commentarii initium. *Proposuit Horatius fine sermonis se nihil amplius scribere. Cur autem hoc Opusculum addiderit postulatio Mæcenatis causa extitit, cui negare non audebat. Siquidem Horatius finitis sermonibus: quos rogatu Mæcenatis composuerat: iterum rogabatur ab eodem ut lyrica scriberet &c.*

Finis secundi Libri. *Et postea cum in proprium regressus est alveum reliquit diversa animantia in campis inter quæ remansit & testudo: quæ postmodum aere consumpta cum pellis desuper, & intus nervi remansissent a Mercurio percussa sonum reddidit: ad cujus similitudinem fecit lyram, & tradidit Orpheo qui hac arte maxime delectabatur. Lyra dicta quod varietatem vocum possumus dicere. In lyra enim quot sunt chordæ, tot resonant voces vocales. Unde Poetæ Lyrici dicti qui variis pedibus: variisque carminibus libros componunt. Finis. Deo gratias.* (b)

7. Fine Commentariis imposito tres præter primam, cujus principium dedimus, & finem Horatii Vitæ, in Codice extant, quarum tertia non absimilis est ab ea, quæ hos Commentarios præcedit, estque Acronis: reliquæ nil peculiare produnt, ideoque de iis verba facere supervacaneum duco.

2. *Cornuti Commentum in Persium*.

In primo hujus Operis Folio legitur ipsius Vita, & incipit: *Lucius* (*sic*) *Persius Flaccus natus est pridie nonas Decembris. Fabio Persio. Lucio Vitalioque Consulibus: decessit octavo Kal. Decembris. Rubrio. Mario: Asinio. Gallo Consulibus. Natus in Etruria Volaterris: eques romanus sanguine & affinitate primi Ordinis Viris conjunctus: decessit ad octavum miliarium via Apia in prædiis suis. Pater ejus Flaccus eum pupillum reliquit moriens annorum fere sex. Fulvia Sisena mater ejus nupsit postea Rustio equiti Romano &c.*

Ad

(b) Non tam certo trium horum postremorum Horatii Operum Commentarios, quam primorum judico Helenii Acronis esse. Enim vero in laudata superius Editione ac aliis quibusdam non alii posteriorum librorum Commentarii occurrunt nisi Porphyrionis, Badii, Ascensii, Mancinelli; neque qui Porphyrionis ibi dicuntur quidquam commune habent cum his, qui in nostro Codice extant. Attamen ex methodo, quam tenet Auctor, ex stili ingenio, & animadversionum uniformitate conjicio, omnium ad Horatium Commentariorum, quos Codex noster exhibet, unum esse, eundemque Auctorem, nempe Acronem; dignique essent, quos consuleret, quicumque novam Horatii Editionem cum Veterum commentariis curare vellet.

Ad hujus vitæ finem adduntur quædam, quæ ad eandem haud pertinere possunt, & hæc sunt. *Item Satyra dicta quæ variis rebus continetur scilicet lex apud Romanos lata quæ fucatis verbis fallit audientes: ut aliud dicat, aliud vero significet.*

In eodem folio hæc adnotatiuncula observatur. De Persio scribunt Auctores ipsius Vitæ. *Scriptis tantum ad matrem Codicillis: rogavitque eam ut daret Cornuto sestercia ut quidam centies: ut alii volunt plures & argenti facti (c): pondera viginti & libras circa septingentas Crisippi sive Bibliothecam suam omnem.*

Hæc verba adnotatiunculæ examussim sunt in vitam Persii Svetonio adscriptam, licet alia, quæ ibi leguntur, non accurate conveniant. Signum igitur esse potest hanc vitam in Codice existentem esse ex variis Scriptoribus depromptam.

Commentarii hi *Cornuti*, seu, ut aliis placet, *Phornuti*, jam pridem ex aliis Codicibus excusi typis fuerunt. Non desunt, qui eos omnino Cornuti esse censeant, sed ex variorum Veterum Commentariis conflatos.

Codex in primo Folio exhibet Malatesteum Insigne cum duabus siglis M. N., & ad latera pulchris est refertus ornamentis.

I N I I.

Quinti Horatii Flacci Carmina cum scholiis.

Titulus. *Horatii Flacci Carminum liber I. incipit ad Mœcenatem.*

Mæcenas atavis edite regibus &c.

Tres reliqui Carminum Libri nullo præcipuo Titulo in Codice distinguuntur, sed integri tamen in eo habentur, spatiumque scriptura vacuum inter singulos distinctionis causa relictum cernitur.

Numerus etiam Odarum in Codice non adest, nulla tamen earum deest. Cetera pariter Opera scilicet: *Epodon* liber unus. *Carmen sæculare*: de *Arte poetica. Epistolarum* libri II. *Sermonum* Libri V. in Codice reperiuntur.

De Scholiis quid dicendum? Scholia modo pauca, modo copiosa extant usque ad Odam sextam; ad alias paucissima. Ut tamen eorum sit aliquod specimen.

Ad versum illius Carminis: *Luctautem Icariis fluctibus Africum*. Hæc in margine occurrunt exarata. *Icarus filius fuit Dædali qui cum vellet volare post patrem habens alas ab illo compositas: dum appropinquasset radiis Solis ignarus volandi; liquefactæ sunt ceræ, & cecidit in mare: cui nomen dedit Icarium: quæ res plenissime legitur apud Virgilium. Oydot. Mercator metuens luctantem icareis fluctibus Africum: & dum oppidi laudat rura sua mox reficit rates quassas, ut trabe cypria pavidus nauta secet Myrteum mare.*

Similiter. *Massicus mons: Campaniæ: ubi optima vina nascuntur.*

Ad secundam Odam. *Post mortem Cæsaris in quem Cassius & Brutus aliique conjurationem fecerunt: multa portenta visa sunt. Tiberis ita crevit ut prodigii loco haberetur: Nova monstra: dicitur fuisse diluvium propter hoc sequitur, genus piscium hæsit summa* (sic) *ulmo - - - Hæc autem omnia vult videri in ultionem occisi principis factam ad pœnam eorum, qui bella civilia agere non siuebant.*

Horum Scholiorum Auctores scire quis aveat? Puto ex variis Auctoribus collecta esse. Vigesimæ Epistolæ Scholiola præferunt nomen Jodoci Badii Ascensii nonnulla ex nominum primis litteris, scilicet. *Ac.* dignoscitur esse Acronis; quædam vero aliorum, quæ si dixerim unius, vel alterius esse, male divinabo. Hæc scholia, scito, diversa manu, quam Codex, & recentiore esse scripta.

In fine Codicis rubris characteribus legitur. *Horatii Flacci sermonum liber explicit.*

Ad paginæ finem notantur Eclypses annorum cum solares, tum lunares. *Mense Julii anno* 1460.; *& Mense Decembris*: *Solares: Mense Junii* 1461. *& mense Decembris* 1463. *Lunares.*

X 3 Codex

(c) Non omnia nostrorum Codicum errata contingunt. Heic legitur *fracti*, cum tamen emendare fumimus, quæ Librariorum indiligentia legendum sit *facti*.

Codex fortasse est scriptus Sæculo XII., non item scholia, quæ videntur exarata Sæculo XV.

IN III.

Vitruvii de Architectura Libri X.

Post hanc Epigraphen legitur. *Incipit Prologus Vitruvii de Architectura feliciter*.

Hujus Prologi initium ita se habet. *Cum divina tua mens & numen Imperator o Cæsar imperio potiretur orbis terrarum, invictaque virtute cunctis hostibus stratis &c.*

Finis. *His Voluminibus aperui omnes disciplinæ rationes*.

Titulus primi Capitis (nam undecim Capitibus constat primus liber) incipit: *de architectis instituendis*, & ab his verbis sumit principium: *Architecti est scientia pluribus disciplinis & variis eruditionibus ornata, cujus judicio probantur omnia, quæ ab ceteris artibus perficientur opera &c.*

Error Librarii est *Architecti*, quod legitur in antiquis Editionibus, cum scribendum sit: *Architectura*.

Ad finem primi libri litteris rubris. *Vitruvii de Architectura libri primi finis est: Ejusdem libri secundi principium adest feliciter*. Hæc clausula occurrit ad reliquos alios libros.

Finis decimi, & ultimi libri. *In prioribus vero novem de singulis generibus & partibus comparavi uti totum corpus omnia architecturæ membra in decem voluminibus haberet explicata. Deo gratias. Finis*.

Libro VIII. Vitruvius ipse indicat se singulis libris subjecisse formas, sive tabulas, quæ cum non mediocri Lectorum jactura interciderunt.

Codex est scriptus Sæculo XV. In prima pagina littera majuscula, & ejusdem paginæ latera egregiis ornata coloribus exhibentur: nihilque aliud observatu dignum occurrit, nisi quod Capitum distributiones in eo non sunt ineptissimæ, sicut observantur in multis Editionibus, præcipue cum notent Scriptores *de Vetruvio* perpetua oratione suos scripsisse Libros.

IN IV.

1. M. Tullii Ciceronis *de natura Deorum* Libri III.

In fine. *M. Tullii Ciceronis de natura Deorum liber explicit ad laudem Dei*.

2. M. Tullii Ciceronis *Paradoxorum liber incipit*.

Tam libri *de Natura Deorum*, quam liber *de Paradoxis* extant in Codice primo Plutei XVIII. hujus ingredientium sinistræ partis. Ast antiquior illo est Codex iste, cum appareat Sæculi XIII. Indicatur Codicis Possessor, dum ibi legitur: *Magistri Johannis Marci de Arimino*.

IN V.

1. *M. Manlii Poetæ ad Octavianum Augustum Astronomicon liber primus incipit.* Hæc est Epigraphe, quæ primo nobis se se offert.

Liber primus, sive rectius Procemium ab his versibus sumit exordium.

„ Carmine divinas artes & conscia fati
„ Sidera diversos hominum variantia casus
„ Cælestis rationis opus deducere mundo
„ Aggredior.

Procemii finis.

„ Ut possim rerum tantas emergere moles
„ Magnaque cum parvis simili percurrere cura

Dein *de origine mundi*. Titulus est hic primi Capitis, similesque suos Titulos, & reliqua Capita habent. Ipsum primum Caput ita incipit.

„ Et

„ Et quoniam cœlo carmen descendit ab alto
„ Et venit in terras fatorum conditus ordo &c.

Sub finem libri primi rubris characteribus legitur. *M. Manlii Astronomicon liber primus finit. Incipit secundus.* Similis clausula reperitur ad omnes libros, qui in V. Codice extant. (*d*)
Finis libri quinti.

„ Ipse suas æther flammas sufferre nequibat
„ Totus & accenso mundus flagraret Olympo.

Postea. *Finit liber quintus & ultimus.*

Pro Ill. ac magnifico Principe Domino Malatesta Novello de Malatestis scriptus per manus religiosi Viri Fratris Francisci de Fighino Anno gratiæ MCCCCLVII. die III. Februarii.

2. Sereni Sammonici Opus hoc titulo. *Q. Sereni in morbis a capite ad pedes per versus editio incipit feliciter.*

Notandum heic Prænomen Quinti non reperiri apud Spartianum, Macrobium, aliosque veteres, dum Sereni Sammonici meminerunt.

Initium Operis istiusmodi est.

„ Membrorum series certo deducta tenore
„ Ut stet consimilis medicinæ defluat ordo
„ Principio celsa de corpore arce loquamur &c.
. . . .
. . . .

Finis libri ita se habet

„ Dulcia namque nigra junges fuligine mella
„ Apponisque super pellit medicina dolorem

Q. Sereni de morbis a capite usque ad pedes liber explicit feliciter. (*e*)

Pro Ill. ac Magnifico Principe D. Malatesta Novello de Malatestis scriptus per manus religiosi Viri Fratris Francisci de Fighino Ordinis Minorum Capellani ejusdem Principis anno gratiæ. MCCCCLVII. die VIIII. Februarii.

Codex magnificus sive spectes characteres, & scripturæ accurationem, sive ornamenta, quibus primum Folium est præcipue refertum. Ibi laminæ aureæ, flores; ad margines animalcula, & in fine extat Malatesteum insigne, scilicet Craticula habens ad latera fasciolas, in quibus hæc sunt scripta.

Mal. Novel. Pan. Fil.

I N V I.

Ovidii Libri Metamorphoseon, seu (ut in Codice scriptum extat) *Metamorphoseos.*

Operi ipsi præmissa cernuntur argumenta quædam rerum omnium, quæ in eo continentur alphabetico digesta ordine, huncque habet titulum; *Rubricæ Ovidii Metamorphoseos.* Iis alia argumenta, seu Rubricæ succedunt, quibus hæc inscriptio præmittitur. *Arenge Ovidii incipiunt.*

Primus deinde Operis Liber sequitur hoc titulo *Publii Nasonis Ovidii Metamorphoseos liber primus incipit*; cum reliqui omnes excipiunt.

Inter-

(d) Ad librum V. pag. 34. observat Josephus Scaliger periisse librum secundum spheræ Barbaricæ, aliosque Libros; immo notant Eruditi neque librum V. integrum ad nos pervenisse.

(e) Memoratu dignum est, quod Scriptores tradunt Serenum Sammonicum, qui clarus fuit sub Septimio Severo, & Antonino Caracalla, reliquisse ingentem Bibliothecam voluminum 62000.; quam Filius Gordiano juniori discipulo Sereni Sammonici dedit.

Interlineares toto in hoc Opere visuntur, & frequentes Postillæ, quarum hoc specimen dabimus ex principio libri primi.

„ In nova *fert animus* mutatas *dicere* formas. Interlineares. *Cepit voluntas: describere*
„ Corpora (Dii ceptis) nam vos mutastis & illos.
„ *Aspirate* meis primaque ab *origine* mundi *favete :* creatione
„ Ad mea perpetuum deducite tempora carmen
„ Ante mare, & terras & quod tegit omnia cœlum *stante quod distingueretur*
„ Unus erat toto naturæ vultus in orbe *rerum naturalium acervus voltuatur* (sic)
„ Quem dixere chaos rudis indigestaque moles *inordinata*

Ad utrumque præterea Ovidianorum versuum latus adnotationes occurrunt, quarum sit specimen ex principio libri primi.

Ad dextrum latus. *Per formas intelligit qualitates mutatas circa nova corpora.*

Invocat Auctor : favete : & est tractum a ventis, qui stantes in æstato favent hominibus recreando calorem æstatis.

Facietis quod omnes mutationes : quæ fuerunt a principio mundi usque ad meum tempus reducantur in hoc meo opere &c.

Ad sinistrum vero latus. *Narrat Auctor : & dividitur illud opus per quindecim Libros : Et primo libro plures mutationes continentur & primo de Chao in quasdam species & distinctiones.*

Postea discordiæ fuerunt : Discordia vero quatenus ignis habet contrarias qualitates terræ — & in ceteris aliis : & ante erant simul adunatæ.

Similes ad utrumque latus adnotationes, etsi non ita copiosiores, tamen & reliqui Ovidiani hujus Operis Libri habent. Hæc satis.

In fine primi libri legitur. *Publii Nasonis Ovidii Metamorphoseos liber primus explicit. Incipit secundus.*

In superiori margine ad secundum librum.

Hic est secundus liber in quo permultæ mutationes continentur. Prima autem est de Phetonte mutato in cinerem. Et continuando fabulam Phetontis describit domum Phœbi : ad quam ipse Pheton ivit volens siscitari a patre & experiri utrum esset filius suus : ut mater sua sibi dixerat.

Est enim Phœbus rex planetarum, & stat in medio eorum. Nam habet supra se Saturnum : Jovem : & Martem : infra se Lunam : Mercurium : & Venerem.

„ Regia solis erat sublimibus *alta* columnis : *sustentata.*

Quidam dicunt quod quattuor elementa sunt illæ quattuor columnæ : quæ sustinent domum Phœbi.

Editæne uspiam sint, an ineditæ hæ adnotationes, seu scholia diligentius inquirere non vacat. Editiones, quas consulere potuimus, iis carent; neque eas esse deprehendimus, quæ reperiuntur in Codice V. ejusdem Operis Plutei I. pag. 6. jam descripto hujus sinistræ ingredientium partis nostræ Bibliothecæ.

Codex venerandæ antiquitatis est, & nisi fallor ejusdem Sæculi, ac alius mox memoratus, scilicet Sæculi XII. In hoc tamen non legitur Dissertatio de Ovidii vita, dignitatibus, & Operibus ipsius; & alia non occurrunt scitu digna, quæ extant in Codice V. Plutei I.; quoque, ut item promissis, inter Anecdota dabo.

PLUTEUS

PLUTEUS XXVI.

CODICES IN EO NUM. VI.

IN I.

1. ANitii Manlii Severini Boetii *de Arithmetica Libri II. ad Patricium Symmacum*. Ipsam Codicis lectionem exhibui. Nam alioqui scribendum fuisset *Anicii*, & *Boethii*.

Præcedit Epistola ad Symmacum hac inscriptione: *Domino Patri Symmaco Boetius*.

In hac Epistola Boethius ait se in translatione solitas leges servare, iisque se alligare noluisse (ex Græco quippe N. N. hoc Opus Boethius confecit); sed diffusa moderata brevitate collegisse, & transcursa velocius, quæ angustiorem intelligentiæ præbeant aditum, brevi adjectione ampliasse.

Sequitur statim Index Libri I., qui XXXII. continet Capitula. (a)

Dein *Liber I. Anitii Manlii Severini Boetii de Arithmetica incipit*.

Procemium, in quo divisio Mathematicæ continetur, ab his verbis sumit exordium. *Inter omnes priscæ auctoritatis Viros &c.*

Primo completo Libro succedit Liber II. cum Indice Capitulorum LIV., & postea: *Anitii Manlii Severini Boetii Liber II. incipit*.

In primo Capite agitur. *Quomodo* ad æqualitatem omnis æqualitas reducitur, & hoc ejus initium est: *Superioris libri*.

Post finem postremi Capitis reperiuntur Tabulæ numeris accuratissimis ad propositiones demonstrandas donatæ.

Hisce expletis occurrunt quidam exametri versus de Arithmetica, quos mitto; nec non Gerberti Epigrammata duo de Abaco, quæ subiicio.

„ Non Abacus, non te mathesis Gerberte juvabunt
„ Alteritus Papam mutua nec faciet.
„ Si Silvester eras, si Papæ nomen habebas
„ Succurrant Opera sola beata tibi

E contra quidam retulit

„ Ad meritum Gerberte tui nihil ista nocebunt
„ Sed prodest mathesis, atque Abaci ratio,
„ His aliisque bonis per te, nam splenduit Orbis
„ Hinc comissa Tibi sceptra fuere Petri.

His in versibus multæ mendæ occurrunt; præcipue *Alteritus*, & puto legendum esse *altera res*, sicuti & *mutua* loco *utraque*. Sed omnia emendare non sumo.

Tum vero sequitur *Testamentum Porcelli*, estque exaratum absque comis, & diphtongis. Titulus.

Marcus Grumius Crocotta fecit Testamentum.

„ Quo-

(a) Editiones Librorum *de Arithmetica* visuntur, in quibus Libri I. Capita numero sunt tantum XXVII., & Libri II. sunt XLI. Ex Epistola VIII. Lupi Ferrariensis videtur hos Libros Adalgadus emendasse; sicuti ex ejusdem Epistola V. colligitur, eumque Boethii Libris de Arithmetica usum fuisse in Capita distinctis.

„ Quoniam manu mea scribere non potui scribendum dictavi. Magnus Cocus „ dixit. Veni huc eversor Domi Sermeritiar fugitive Porcelle, quia hodie tibi di- „ rimo vitam. Si qua feci, si qua peccavi, si qua vascella pedibus meis confregi, „ rogo, Domine Coce, vitam peto, & concede roganti. Magnus Cocus dixit, „ transi puer, affer mihi de Coquina cultrum, ut hunc porcellum faciam cruen- „ tum. Porcellus compræhenditur a famulis duenis sub die XVI. Kal. Lucernarias. „ Ubi abundans Cymæ, Clibanato, & Piperato Consulibus; & ut vidit se mori- „ turum esse horæ spatium petiit, & Cocum rogavit, ut Testamentum facere pos- „ set. Clamavlt ad se (nota: verba signata punctulis esse deleta, & microscopio „ sic intellecta) *duos parentes, ut de cibariis suis aliquid dimitteret eis, qui di-* „ *xit patri meo....* Lardino delego dari glandis modios XXX. Et matri meæ Ver- „ rinæ Scrophæ Lalviginis modios XL., & sorori meæ Quirinæ, in cujus Votum „ interesse non potui, delego dari hordei modios XXX. & de visceribus meis da- „ bo sutoribus setas; rixoribus capinas; surdis auriculas; Causidicis, & Verbosis „ linguam. Bubulariis intestina; & Sicariis femora; Cursoribus & Venatoribus ta- „ los; Latronibus ungulas; & nec nominando loco dimitto popiam, & pistillum, „ quem mecum attuleram de Tebeste ad Terreste liget sibi collum de Beste. Et volo mihi fieri monumentum litteris aureis scriptum. Marcus Grunius Crococta Porcellus vixit annos Domini DCCCCXCVIIII., & VI. quod si senis vixisset, mille annos implesset. „ Optimi Amatores mei, & Consules vitæ meæ rogo vos, „ ut cum corpore meo benefaciatis, bene condiatis de bonis condimentis. Nuclei „ piperis, & mellis, ut nomen meum in sempiternum nominetur; mei Domini, „ & Consobrini mei, qui in testamento meo interfuistis, jubete signari. Largio „ signavit. Offelicus signavit. Cumenatus signavit. Lucanicus signavit. Terquillus „ signavit. Celsanus signavit. Nuptialicus signavit.

Explicit *Testamentum Porcelli sub die XVI. Kal. Lucernalias Clibenato, & Piperato Consulibus.*

Deinde legit. *De hoc Testamento fecit mentionem Hieronymus in Proœmio libri XII. super Esajam.* Qua de causa Testamentum hoc in nostro Codice insertum sit, plane ignoro. Quamvis inter legendum moveat risum; attamen salibus ita est aspersum, ut instar Æsopi fabellam contineat, quæ mores multorum depingit, multosque blande carpit, ut suam assequatur moralitatem. Mirum itaque non est, si de eo loquatur Sanctus Hieronymus, laudato in loco, dum ait. *Testamentum autem Grunnii Corocottæ Porcelli decantant in scholis puerorum agmina cachinnantium.* Testamentum hoc editum jam pridem fuit a Brissonio in Opere *de Formulis, & Sollemnibus Pop. R. verbis* Lib. VII. pag. 756. Edit. Nivell. a Lambecio ad Apicii lib. VIII. cap. VII., & ab aliis quibusdam. Ex quorum Editionibus & lacunæ, & vitia, quibus in nostro Codice hoc Testamentum non caret, suppleri, & emendari possunt.

2. Libellus occurrit, in quo descriptio Arithmeticæ habetur. Dein tres Arbores cernuntur, qui mihi videntur elucidationes Porphyrii, cum Philosophiæ divisionibus, Ethicæ indicare. (*b*)

3. Post hæc Inscriptio majusculis litteris nobis se se offert: *Anicii Manlii Severini Boetii Viri Clar: eu Consulum Ordine Patricii de Musica*, idest *de armonica institutione*: Libri V.

Hæc insignis Epigraphe (in qua tamen pro *ex Consolum Ordine* scribendum fuerat

(b) Scripsisse Boethium Dialogos II. in Porphirii Phoenicis Isagogen de Prædicabilibus a Victorino translatam, non dubitant Eruditi; perperam in Editionibus Basileensibus quinque numerantur Libri, quibus Porphyrii Isagogen latine reddiderit. Ex his Dialogis excerpta fuerunt, quæ secundo hoc loco occurrere in Codice judicavimus.

fuerat *Exconſule Ordinario*) legitur ad omnium librorum principium, qui libri in multa ſingulis diſtribuuntur Capita.

In primi Libri Capite primo agitur *de armonicæ inſtitutionis natura*, & ita incipit. *Omnium quidem perceptio, ſenſuumque &c.* Ibi pagina una eſt græco ſermone ſcripta, & in latinum poſtea verſa, quæque in ea continentur reſpiciunt *Timotheum Mileſium*, cui ſpartiatæ ſuccenſuere in edocendis Muſicam pueris, & rationes pariter afferuntur. Poſt lib. I. legitur: *Incipiunt Capitula Libri II.*, quæ ex Indice XXX. deprehenduntur. Liber iſte ſecundus ſuum præfert Procemium — *ſuperius volumen cuncta digeſſit &c.*

Occurrunt poſtea Capitula Libri III., quæ in Indice ſunt XVI., & titulus hujus Libri eſt: *Anicii Manlii &c. de Muſica liber III. Incipit adverſus Ariſtoxenem*. Primo capite demonſtratur: *particularem proportionem in æqua dividi non poſſe, nec tonum &c.* ſicque incipit. *Superiori volumine demonſtratum eſt &c.* In fine Libri: *explicit liber tertius*.

Poſtea ſequitur Liber IIII., inque Capitula XVII., & titulus primi Capitis eſt: *Oſtenditur Vocum differentia in quantitate conſiſtere &c.*

Nota. Semper minutis characteribus rubris numeros deſcribi, nec non indicationes diſcutiendæ materiæ.

Exordium ſumit liber hic IV. ab his verbis. *Etſi omnia, quæ demonſtranda erant &c.* (c)

Subſequitur Index Capitulorum Libri V., inque eo Indice Capitula XXIX. recenſentur. In titulo Liber error Librarii aperte dignoſcitur, dum ſcribit. *Anicii Manlii Severini de Muſica, ideſt armonica inſtitutione liber I. incipit*, cum legi debeat *Liber V.*

Procemii, quod Libro præit, initium eſt: *Poſt monochordi regularis diviſionem &c.*

In fine Libri eodem charactere hæc habentur. *Deſunt Capitula X. hujus quinti libri;*, ideoque ſolum XIX. Capitula habemus.

Mirum quam diligenter deſcriptæ muſicales Figuræ, quæ ſunt copioſiſſimæ, quarum ope inſtituta præcepta ad executionem rediguntur.

4. Opus ſequitur, inſcriptionem hanc præferens. *Incipitur libellus Enchiriadis*

Y *de*

(c) Attendendum diligenter ad Caput III. Libri IV. hujus Operis Inſcriptionem legi. *Muſicarum per Græcas ac Latinas litteras notarum nuncupatio*. Quæ quidem lectio non ſolum noſtri Codicis eſt; verum etiam Editionum veterum, ſicuti eſt illa præcipue, quæ hunc titulum habet: *Opera Severini Boetii* .... Venetiis impreſſum per Johannem, & Gregorium de Gregoriis anno 1492. fol.; & Baſileenſis ex Officina Henriepetrina, fol., in qua Editione hæc notantur. *Præter aliquos doctiſſimos Viros Henricus Loritus, Glareanus aritbmeticam, & muſicam demonſtrationibus, & figuris auctiorem redditam ſuo priſtino nitori reſtitnit: cui exemplar aureum venerandæ vetuſtatis fuit ex Monaſterio Sancti Georgii an. M. D. LXX.* Conſonat his & Verſio Italica horum Librorum ab Equite Hercule Bottigario facta, cujus autographum ſervatur apud Patrem Baptiſtam Martini Ordinis mei in Arte muſica celebrem. Doctus tamen Vir Meibomius de Scriptoribus Græcis Muſicæ Tom. 1. ad hoc caput Boetbii hanc adnotationem ponit: *Capitis inſcriptio recte abeſt a Codice Seldeni. Falſa autem hæc eſt, dum additur, ac latinas. Quippe Græcarum litterarum tantum mentionem facit ipſe Boetbius*. Et revera in decurſu illius Capitis non niſi de ſonis Græcis litteris, numquam de latinis loquitur. Ibi namque hæc habet. *Sane ſi quando diſpoſitionem notarum Græcarum litterarum nuncupatione deſcripſero, Lector nulla novitate turbetur. Græcis enim litteris in quamlibet partem imminutis, nunc etiam inflexis, tota hæc notarum deſcriptio conſtituta eſt. Nos vero cavemus aliquid ab antiquitatis auctoritate tranſvertere*. Tandem Eruditi, & Muſicæ amatores videant animadverſiones factas hanc in rem a Cl. P. Jobanne Baptiſta Martinio in Tom. 1. *Della Storia della Muſica* 393: annotatione 186, & nullus erit dubitandi locus, quin verba, *ac Latinas* expungenda ſint a Titulo prædicto Capitis III. Lib. IV.

de Musica, hoc est Armonica Institutione. Prima Operis verba: *Sicut vocis articulatæ &c,*

Libellus iste, sive Tractatus tres in partes divisus, ut discitur ex aliis Codicibus, quos impressi variarum Europæ Bibliothecarum Catalogi recensent, compositus est ab *Oddone Abbate Cluniacense*, Cujus rei testimonium habemus *Guidi Aretini*, qui in Epistola scripta ad *Michaelem Monacum Pomposianum* hæc habet. *Librum quoque Enchiriadion, quem Reverendissimus Oddo Abbas luculentissime composuit, perlege*. Excellentissimus, & Reverendissimus D. P. Martinus Gecbert Monacus Cassinensis, Princeps S. R. Imperii, & Abbas S. Blasii in Silva Nigra prope Scaphusium, qui dedit in lucem, & etiamnum persequitur Opus inscriptum: *Scriptores veteres de Cantu, & Musica potissimum Ecclesiastica*. Part. I. pag. 247. n. XIII. scribit, *D. Oddonis Abbatis, ut videtur Cluniacensis Tonarius, Monitum. In Monasterii Cassinensis Bibliotheca Codex quidam servatur scriptus circa Sæculum XI. litteris Longobardicis, Rapsodiam ex variis Scriptoribus de re Musica per Capita digesta, & haud raro interpolata continens....... Item Tonora per ordinem cum suis differentiis, quos habemus honorifice emendatos, & patefactos a Domno Oddone Religioso Abbate, qui fuit peritus in arte musica*. Et post pauca addit. *In ejus Procemio agitur de emendatione antiphonæ: O BEATUM PONTIFICEM, quam alter Oddo, qui se Monacum profitetur subjectum communi Patri, seu Abbati, Domino Oddoni tribuit in Dialogo de Musica, quem (unaque prologum ex MS. Biblios. Reg. Paris. N. 7211.) edimus ex Codice San-Blasiano Sæc. XII. collato cum MS. San-Emmeramensi manco, & Admontensi, in quo post Dialogum sic legitur. Explicit Musica Enchiridionis; puto quod alicubi Dialogus iste etiam Enchiridion inscribatur. In MS. Bibliothecæ Cæsar. huic Dialogo imaginem invenimus præfixam cum hac inscriptione OTTONIS MUSICA in dialogo*. Quid plura? In nostro Codice *Enchiriadis* Scholia reperiuntur, quæ instar dialogi rubris signis interrogantem, & respondentem designant. Exempli gratia X. *Musica quid est H. Bene modulandi scientia*. X. *Bene modulandi quid est?* H. *Melos &c.* (*d*)

Una ex Scholiorum paginis in plures partes est scissa, quæ tamen facile conjungi, legique possunt. (*e*)

5. Ubaldi, sive *Hucbaldi*, *Hugbaldi*, & *Hubaldi* ut alii legunt *de Armonica institutione*.

Liber incipit. *Ad Musicæ incitamenta quemlibet ingredientem &c.*

Hic liber perfectissima in pergamena est scriptus, sicuti ceteri Libri hujus Codicis; ast indice destitutus.

Dum maxima animi voluptate ipsum perlegerem, adverti sæpenumero de *Tonis* Incerti occurrere Expositiones, cum legatur. *Item de 3. & 4. Tono cujusdam Expo-*

(d) Clarissimus Ludovicus Antonius Muratorius in suo Opere Antiquit. Medii Ævi Tom. III. pag. 876. judicat vocabulum *Enchiriades* nomen esse Auctoris. Sed pace dixerim tanti Viri, fallitur. Est namque Operis Titulus; voxque *Enchiriades*, & *Enchiriadis* adhibita credi debet pro *Enchiridion*, & *Enchiridii*. Ita & Sanctus Augustinus, & alii Veteres *Enchiridia* inscripserunt breves Libellos, quos composuissent, ut omnibus notum, quasi qui manibus facile gestari possent. Oddo Cluniacensis, qui hujus Operis (ut in contextu demonstravimus.) Auctor fuit, floruit sæculo X., de quo Sigibertus Gemblacensis, Anonymus Mellicensis, Joannes Trithemius, Rubertus Mireus, aliique memorati a Mabillone sæc. V. Benedict. loquuntur.

(e) Oddo Abbas Cluniacensis peculiares quosdam characteres in Musica loco punctorum caudatorum, & septem litterarum Alphabeti ad cantus voces exprimendas invenit. Litteræ Alphabeti sunt A. B. C. D. E. F. G.; idest A-lamire, Bfabemi &c.

Characteres speciatim ab ipso inventi sunt, quorum specimen heic non exhibemus, cum jam Typis sint expressi. Quatuor hæ litteræ D. E. F. G. indicant voces quatuor Tetrachordorum, & ad quemlibet Tetrachordum ex 4. vocibus compositum, figuram mutant. Hæc didicimus ex scriptis ad nos datis a P. Martino supra laudato.

Expositio, & ita *de* 5. *&* 6.; post quas ipse Ubaldus peritissimus Musicus plures ea de re exhibet Expositiones. Hisce completis Caput sequitur, cui Inscriptio: *Sequitur præmissus Expositor*, quibus digestis alia Ubaldi habentur.

Dein se exhibet Argumentatio cujusdam *de Musica*.

Post hanc Ubaldus noster breviter agit *de mensuris organicarum fistularum*, *de Cymbalorum ponderibus &c.*

Omnia autem, quæ theorice docentur, figurarum musicarum ope declarantur, & ad praxim quasi mann ducuntur Musicæ studiosi juvenes. Heic eas exhibere supervacaneum est, cum in Editionibus habeantur. Totus siquidem est & Boethii, & Ubaldi labor copiosissimis hisce figuris, & exemplis insistit, ut quæ difficillima sunt, & ardua, clare percipiantur.

Præsto postea est quoddam Caput Ubaldi librum complens, & incipit: *Beatus Augustinus perbibet, quia pœnaliter peccat, qui in divinis canticis altitudinem vocis, magis quam sensum verborum delectat, quod ideo non voce, sed corde cantandum est. Ad hoc enim usus psallendi constitutus, ut sicut David in Cytbarizando nequam spiritum in Saulle compescebat, ita cantores modulando, vel jubilando quælibet diabolica desideria de cordibus audientium expellant, & cælestibus armomis interesse persuadeant.*

Aureum Monitum animis imbibendum iis, qui Religionls officio, Canticis, laudes Deo persolvunt. *Beatus populus, qui scit jubilationem*, ait Psaltes regius. *(f)*

6. Liber sequitur hac inscriptione. *Incipit liber primus Geometriæ Euclidis a Boetbio in latinum translatæ.*

Exordium est. *Quia vero &c.* Definit. *Illi gloriæ, illi laus, quæ numquam decst timentibus eum.*

Alius deinde liber succedit ita inscriptus. *Anicii Manlii Severini Boetii Geometriæ Artis eu Græco in latinum translatus eu Euclide peritissimo Geometrico feliciter incipit.*

Utrumque librum Indice carere mirum non est, cum & ipsa geometrica Methodus sit Index. Initium hujus Libri est: *Geometria est disciplina magnitudinis immobilis, formarumque descriptio contemplativa.* Duo Libri scilicet primus, & secundus esse videntur; ast eos percurri pro modulo meo, atque adverti tantummodo esse primum Euclidis librum, simulque propositiones vagas ex primis quinque Euclidis Libris decerptas, nomine quinque Librorum donari. Sic enim in fine legitur, ac si revera quinque forent Euclidis. *Anicii Manlii Boetii liber quintus Artis Geometricæ eu Euclide peritissimo Geometra translatus feliciter euplicit.*

Igitur primus Liber Euclidis est, in quo nomina habentur Agrimensorum,

 ubi

(f) Ubaldus, sive Hucbaldus floruit sæculo IX. videsis Sigebertum Cembacensem, Trithemium, Oudinum, Joannem Vossium, sliosque. Cum tamen Codicem nostræ Bibliothecæ memoret Cl. Mstinus Gecbert supra laudatus, multaque tradat sd rem nostrsm, ea recensere operæ pretium ducimus. Eodem in libro Par. I. num. XI. pag. 103. hæc eruditissime scribit: *Ubaldi, seu Hucbaldi Monacbi Elnonensis Opuscula de Musica Sæc. X. Monitum. Ad fidem MSS. varias edimus bujus Auctoris lucubrationes, quæ aut ejus nomen alicubi præferunt, aut cum ejus singulari metbodo conveniunt, aut, quia sine inscriptione contineuter in Codicibus ponuntur, cum veros auctores detegere non licuerit, separanda baud duximus. Primo loco ponimus ejus librum: de barmonica institutione ex MS. papyraceo Bibliotbecæ Casenatensis Ord. M'nor. Convantualinm. Sequitur contineuter in Cod. Argentor. de barmoniaca consideratione Boetius &c. ut in MS. San. Emeramensi sub titulo: Alia Musica, usque: Tonum octavum require ut supra. Sequitur porro in Codice Argentoratensi Musica ἀπὸ τῦ μώταυ &c. quæ sparsim ex Aureliano sunt excerpta. Tum de mensuris organicarum fistularum, de Cymbalorum ponderibus.* Hæc omnia, ut monuimus, in Codics nostro reperiuntur. Ad fidem igitur nostri Codicis edidit variss hujus Auctoris elucubrationes eruditus Martinus Vic certe emunctæ naris...

ubi *de re agraria*, & nomina cum figuris lapidum, hoc est *de limitibus &c.* Alter vero liber Geometricæ Artis incipit: *Anicii Manlii &c.* Sicque secundus, tertius, quartus, & quintus Libri non sunt ex Euclide translati, sed ut notavi, propositinnes ex quinque Euclidis delectæ. Hæc, ut existimamus, emendatione indigent in Tabella huic Pluten affixa. (g)

Inter Opera ejusdem Boethii habemus in hac nostra Bibliotheca ad dextram ingredientium partem Libros V. *de Consolatione philosophiæ* metro simul, & soluta oratione cnmpositos, estque Codex magnificus, & singularis, ut adnotavimus in descriptione illius secundi Codicis in Pluteo XIV. existentis Tom. I. nnstræ Biblinthecæ.

Codex hic elegans est, egregiusque, atque in prima pagina Malatestæ Novelli Stemmate est dnnatus; scriptusque characteribus, ut ajunt, Gotticis, accuratis, & intelligibilibus. Litterarum ejus initialium aliæ ceruleæ sunt, aliæ aurea lamina exculptæ, & penicilli arte affabre elaboratæ, quæ Voluminì decorem, inspicientibus voluptatem adferunt.

IN II.

Laurentii *Rucci de morbis equorum*.

Codex duabus cnlumnis est exaratus, atque in primi fnlii columna Index occurrit 183. Capitum, quæ tamen brevia sunt; in altera vern ad initium legitur. *Incipit liber Marescalceæ Equorum compositus per Laurentium dictum de Ruccis de Urbe Marescalcum Equorum.*

Ejus exordium est. *Reverendo in Christo Patri, & Domino suo D. N. Sancti Adriani Diacono Cardinali Laurentius dictus Rucius Marescaldus de Urbe familiarium vestrorum minimus &c.*

Hæc est Operis dedicatio, cui subiicitur Procemium, quod ab his verbis sumit principium. *Inter cetera Animalia, quæ ad dignitatis humanæ solatium ille Fabricator excelsus Opifex omnium procreavit, Equos cujusdam singularis decoris &c.*

Codex, qui unn tantum libro constat, sed in plurima, ut ex his, quæ præmisimus, patet, Capita distinctus est, scriptus videtur sub initinm Sæculi XIV. In prima pagina ad secundam cnlumnam Quadratum extat, in quo hæc conspiciuntur. Equus albus rubro cnntextus stragulo, in qun Principis Malatestæ adest Stemma; sinister Equi pes elevatur a puero; qui nempe velut arti veterinariæ nperam dans ibi pictus cernitur. Tota pagina flnribus penicilli arte elaboratis elegans apparet.

IN III.

Facii de Ubertis *Carmina italica de Cosmographia, & Historia*.

Hoc npus 154. Capitula exhibet, & ad primum legitur. *Comincia il libro fatto, e compilato per l' Eccellente Facio di Uberti da Firenze.*

Caput primum incipit.

Non per trattar gli affanni che Io sofferst &c.

Capitulis numeris omnibus absnlutis index invenitur, qui omnia argumenta exhibet singulorum Capitulorum. Sit exemplum Capituli III. *Entrati nel suo povero*

(g) Duos Geometriæ Libros ad Symmacum Patricium (quem Boethius noster vocat Geometrarum exercitatissimum, utrarumque linguarum peritissimum) recenset Nic. Judecus Venetus. Ast ex nostro Codice, ipsiusque fide didicimus, hoc opus continere propositiones ex quinque Euclidis libris a Boethio selectas, & latine versas. Desunt in nostra Bibliotheca alia ejusdem Boethii Opera Eruditis notissima; alia vero ejusdem scripta periisse dolendum est, de quibus fuse Bertius. Quantæ virtutis, & doctrinæ esset Boethius, vide Cassiodorum lib. I. variarum Epist. 45. ad Boethium.

vero abitacolo: come alberga, e da Lui ammaestrato della Fede gl' insegna il cammino, nel quale scontrò una fiera molto strana, e terribile. (h)

Codex primas Capitulorum litteras habet minio delineatas, & nisi fallimur, Sæculo XIV. est scriptus.

I N I V.

1. *Gallieni* (hoc est Galeni) *Opera* per varios traducta.

Incipit liber de rigore, tremore &c., deque aliis curandis humani Corporis morbis.

Heic non immoramur, cum Codex ea contineat, quæ in Codicibus III. Plutei XXIV., & II. Plutei XXV. primi Tomi nostræ Bibliothecæ exposuimus.

2. Commentarius in Aristotelis Opera, qui distribuitur in multos Libros, atque Libri ipsi in varias partes. Primus namque Liber in partes 83. hoc est Aristotelis textus has habet partes, & una simul Commentarios ad singulos ejusdem Auctoris textus. Similiter secundus Liber in partes 92.; tertius Liber in 75.; quartus in 134.; eodemque modo & Commentarius.

Ne autem plura prosequar, hanc servat Methodum Anonymus Commentator, ut modo in plures, modo in pauciores partes Libros dividat usque ad octavum inclusive librum; hique Libri non nisi numeris arithmeticis, hisque ad margines sejunguntur.

Codex characteribus haud mediocriter implicatis est exaratus, & ut videtur Sæculi est XIII.

I N V.

1. Lucii Annei Senecæ Epistolarum *ad Lucilium* Libri XXII.

Hic Codex alteri jam a nobis descripto existenti in Primo Codice Plutei XX. secundæ hujus partis conformatur, si spectemus Epistolarum ad Lucilium Libros; & Epistolas Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum, & proverbia; secus tamen de aliis Operibus, quæ hoc in Codice desunt.

2. Liber occurrit inscriptus *de Copia verborum*, quo caret Codex Plutei XX. modo memoratus.

Totus Codex ejusdem Sæculi est, ac alter ille Plutei XX. scilicet Sæculi, nisi fallimur, XIII., ad finem vergentis.

I N V I.

1. Anonymi Tractatus *de Arithmetica* Idiomate gallico scriptus.

Tractatus iste in quinque partes est distinctus. Prima pars versatur circa numeros integros; Secunda circa fractos; Tertia modum edocet ad eos uniendos; Quarta regulas exhibet, modumque præstat, ut res ad praxim reducatur in Mercatura; Quinta tota consistit circa fœnora, publicasque permutationes, ac etiam circa


(h) Fatius, sive Bonifatius de Ubertis Florentinus per id tempus, quo scripsit, sæculo nempe XIV. ab Eruditis egregius Poeta habitus est. Multa versibus italicis elucubravit; quædam adhuc inedita sunt, quædam lucem adspexerunt, inter quæ hoc Opus rectius in Codice nostro inscriptum, *de Cosmographia, & Historia*; minus recte *Dicta Mundi*, & corrupte *Dittamondo*. Hujus Operis duas habemus Editiones, quarum altera antiquior, anno scilicet 1474. Vicentiæ in Fol.; altera vero anno 1501. Venetiis in 4. Istæ ex Cl. Quadrii Vol. IV. *Storia e Ragione d'ogni Poesia* judicio, & Tiraboschii Tom. V. lib. III. pagg. 405. 406. &c. erroribus plenæ sunt. Quod si nova curanda esset Editio, & castigatior, non mediocriter, ut ex lectione constat ad accuratam obtinendam noster Codex posset conferre. De hoc Scriptore vide præter laudatos Scriptores, C. Mazzuchelium in Notis *ad Villanum*, & Lamium Novel. Litterariis 1748.

circa monetarum valorem, pondera, & menſuras.

Quælibet harum partium ad majorem intelligentiam rerum, de quibus agitur, exemplis oſtendit, qua ratione regulæ datæ in uſum perduci poſſint.

2. Tractatus alius ejuſdem, ut videtur, Auctoris *de Geometria Practica*, qua traditur modus ad commenſurandam quamlibet diſtantiam, etſi inacceſſam idoneus. Tractatus etiam iſte in multas partes eſt diviſus, figuraſque exhibet ad res clarius intelligendas.

Codex in 4. eſt ſcriptus, & multa occurrunt indicia, per quæ, eſſe Sæculi XIII. exiſtimatur.



PLUTEUS

PLUTEUS XXVII.

CODICES IN EO NUM. V.

IN I.

1. CAji Ptolemæi *Magnæ Compoſitionis*, *ſeu Aſtronomiæ Libri XII.* Hi Libri per Capita diviſi ſunt, & promittuntur Tabularum delineationes. Aſt unam tantum inceptam reperio, atque abſolutam in Capite X. Libri XII.; eſtque Tabula maximarum a Sole diſtantiarum Veneris, atque Mercurii; ceteris caret Codex.

2. Incerti Auctoris Expoſitio non adeo prolixa ſuper Præſcientiam futurorum ex Aſtris, de qua vaniſſimi ingenii, & ipſe Ptolemæus egit; atque hæc expoſitio gotticis, difficilioribuſque characteribus eſt exarata.

Codex initiales Librorum litteras non ubivis exhibet; ſed ſpatium vacuum non ſemel habet ad eas efformandas. Si autem characterum formam, modumque ſcribendi attenderis, fortaſſe Codicem eſſe Sæculi XI., vel tardius Sæculi XII. dices.

IN II.

Geber *Aſtronomia* per columnas in ſubtili membrana gottica, ut ajunt, conſcripta.

Ad Codicis initium minuſculo rubro charactere legitur. *Incipiunt verba Geber Filii Affa yſpalenſis.*

In fine hæc verba obſervantur. *Completus eſt Tractatus nonus, & ultimus.*

Dein initio paginæ, quæ ſequitur, hæc leguntur. *Hunc Librum Geber tranſtulit in Toleto Magiſter Gerardus Cremonenſis de Arabico in Latinum.* (a)

Hoc Volumen ſuas exhibet figuras Aſtronomicas, & in Codicis tegumento occurrit, *Magiſtri Geber Ducat.* 12. En Codicis prætium. Aſt hæc poſtrema verba alterius ſunt ætatis, quam Codex, quem eſſe Sæculi undecimi nonnulla faciunt, ut credibile exiſtimamus.

IN III.

1. Albumazaris *Introductorium Majus.*

Epigraphe ad hoc Opus ita ſe habet. *Incipit liber Introductorii Majoris in Magiſterio Scientiæ Aſtrorum Editione Albumazar. Interpretatione quoque Joannis yſpalenſis in Arabico in Latinum.*

Ejus initium eſt. *Laus Deo, qui creavit Cœlum, & Terram, quæ in eis ſunt mirabilibus ſuis. Poſuit Stellas &c.*

Ad finem. *Expliciunt Capitula differentiarum* 107. *Libri Introductorii Albumazar in Magiſterio ſcientiæ Aſtrorum qui alio nomine Gonſar vocatur.*

Continet Tractatus octo, omneſque ſuper Stellas, Planetas, & Aſtra. Ad finem octavi Tractatus rubris characteribus ſcriptum obſervatur. *Finitus eſt liber Introductorii majoris a Magiſtro Scientiæ Aſtrorum Editione Albumazar a Joanne yſpano interpretatus.*

Adno-

(a) De Magiſtro Gerardo Cremonenſi vide, quæ diximus in Tomo I. noſtræ Bibliothecæ Plut. XXIII. pag. 85. adnot. f.; & Plut. XXV. pag. 83. ubi memorantur aliæ ipſius Auctoris verſiones ex Arabico in Latinum.

Adnotanda præcipue quæ sequuntur. *Completus est Domini nostri Jesu Christi anno* 1117. *primo Mense Aprilis anno arabico* 446. (*b*)

2. Postea sequitur Caput *de Projectione radiorum* incerti Auctoris, quod Caput vix unam paginæ columnam replet, atque in fine occurrit rerum eo in Capite contentarum brevissima interpretatio, quæ sic completur. *Et hoc est quod dicit*.

3. Subjiciuntur characteribus etiam gotticis ejusdem Librarii Almansoris Aphorismata *de Astrologia Judiciaria*, (de Arte scilicet illa futilissima, quæ nondum penitus desiit a stultis plerisque coli): sub initium hæc minoribus characteribus rubris leguntur. *Capitula Stellarum oblata Regi Magno Saracenorum Albacam Almansor Astrologo Filio Abialle Jud.*, *a Platone Tiburtino translata*.

Deinde. *Incipit primum Capitulum*; postea *Signorum dispositio est*.

Hæc autem signa per Columnas sunt exarata. Capitula quoque initialem literam habent grandiusculam, eamque modo rubram, modo cæruleam. Singulis Capitulis magis magisque distinguendis barbari numeri additi, ipsa vero Capitula adeo brevia sunt, ut centum quinquaginta ex illis descripta in solis duabus paginis reperiantur.

In fine. *Expliciunt Capitula Almansor cum Dei auxilio*. (*c*)

Post hæc incipiunt significationes, quas vana hæc ars Planetis pro diversis domibus, in quibus hæc dicuntur, affingit: habent initium. *Incipiunt significationes Planetarum &c.* ibique agitur *de horis*, sive de *significatione horarum ordinatarum Planetis*, quæ in Tabella huic Pluteo affixa tribuitur *Allij*, sed incerti Auctoris dixerim, eo quod nihil ibi indicatur, neque in quodam vetusto Indiculo in Codicis dextera Operculi parte conscripto invenitur.

4. Ptolemæi *de judiciaria Astrologia*. Siquidem rubris characteribus hæc primo veniunt. *Incipit liber quattuor Tractatuum Ptolemæi Alphilalbi in scientia Judiciorum Astrorum*. Volumen hoc continens prædictos Tractatus eos exhibet in diversa Capitula sejunctos, ita ut primus habeat 249., secundus 13., tertius 14., quartus 9. Capitulum primi Tractatus in collectione intellectus scientiæ *Judiciorum Astrorum Quadripartiti* nomen habet, sive *Alarba*. Materiæ, de qua agitur, respondent Expositiones, atque non solum ad columnarum principia positæ, sed sunt etiam inter lineas. Unam ejusmodi Expositionem afferre juvat. *Tetrastin græce: arabice Alarba: Latine Quadripartitus*.

In fine. *Explicit liber quattuor Tractatuum Ptolemæi in judiciaria discretione per stellas de futuris, & in hoc mundo constitutionis, & destructionis continentibus. Amen*.

Expositoris heic nomen non reperitur, bene vero in hacce expositione hæc frequenter invenitur Phrasis: *dicit Halij*, adeo ut simul cum judiciaria Astrologia Ptolemæi posita mihi videatur Halij Expositio. Ast quantumvis attente perscrutatus sim significationem juxta vanam hanc artem Planetarum in domibus nec non horarum ipsis planetis respondentem, Auctorem Halij nactus non sum. Viro illi studioso mihi noto properanter nimis Codices

præ-

(b) Librarius hujus Codicis vel ab alio principio Epochæ Arabicæ sumpsit exordium, vel si juxta receptam Arabicam Epocham supputationem congessit, non video, quomodo res possit consonare. Constituamus Arabum, & Saracenorum Epocham, quam *Agiram* vocant in anno Christi 622.; & die sextadecima Julii ineunte feria sexta initium habuisse, uti Arabes ponunt; si postea addamus annos 446. Epochæ Arabicæ habebimus annum 1068.; non vero annum 1117. vel igitur Librarius sumpsit ab alio principio Epocham Arabicam, vel si ab eodem principio in supputatione erravit.

(c) Almansoris extant Opera de Anotomia, de morbis hominum, deque aliis ad Medicinam pertinentibus in Codice V. Plutei XXIV. pag. 86. dextræ partis.

præcipue hujus Plutei adnotanti, & in Tabella Pluteo affixa scribenti, ut ipse oretenus fatebatur, error facile obrepere heic potuit.

5. Eadem Librarii manu gothice per columnas liber alius conscriptus, & minusculo charactere exaratus. In principio occurrit: *Incipit liber de Pronosticatione Temporis, & Aeris*, qui continet Capitula 24. Capitulum primum est de his, quæ necessaria a vanissimis hujus Artis Professoribus putantur ad futura prænoscenda de dispositionibus temporis, & aeris. Pervolvente me Codicem reperi Caput 17. non completum, & ulterius septem deesse ex Capitulis, quæ deberent numerum jam designatum constituere 24. Quia vero in paginarum summitate arabici numeri extant, adverti septem paginas a Codice fuisse excisas. Ad Codicis vetustum Indicem me converti, & sic legi. *Quadripartitus Ptolemei de Pronosticationibus Temporis, & Aeris .... de receptione*. En igitur præter Capitula indicata deficere etiam Tractatum *de receptione*.

6. Postremo liber, cujus titulus est. *Incipit liber judiciorum Zebel Israelitæ de Astrologia judiciaria, & ejus Aphorismata*. Hæc non rubro, sed nigro charactere sunt exarata.

Hunc librum excipiunt Tabulæ *ortus, & occasus fixarum*, & etiam duæ Tabulæ *Proportionum*.

Codex per columnas scriptus litteras habet initiales vel rubras, vel cæruleas. Punctationes exhibet, caret diphthongis. Cujus sit Sæculi superius indicavimus.

IN IV.

1. Galieni (hoc est Galeni) *de passione cujuscumque particulæ humani Corporis*. Titulus, sive rectius Procemium hoc est libri. *Ecce gloriosissimo Jerusalem, & Siciliæ Regi Roberto librum Galieni de passione cujuscumque particulæ Corporis, & quia desideratis habere Libros Galieni in ipsa scientia, qui nondum habentur in latina lingua, pro quodam speciali munere Vestræ Serenitati transmisi Ego Nicolaus de Regio Medicus fidelis, & subditus vester implens mandatum vestrum de græco idiomate in latinum transtuli nihil addens, vel minuens, vel permutans &c.*

Primi libri initium hæc præfert. *Incipit liber Galieni de passionibus cujuscumque particulæ Corporis &c.*

Ad finem legitur. *Explicit liber Galieni de decem Tractatibus translatus a Nicolao de Regio anno Domini 1236. Mense Octobris, & scriptus per me Phebum de Pergula, & completus anno Domini 1383. die 17. Mensis Aprilis.*

2. Sequitur libellus *de Tyriaca* (seu Theriaca), cujus Procemium etsi gothicis characteribus pene oculo imperviis, hæc tamen continet. *Quidam Mausperrus phisicali, & medicinali scientia redemptus scribit omnibus iis, qui sunt Engymnasii Marcolini de Mantua, ipsisque significat, se a Nicolao de Regio Calabriæ Viro ad studia pronissimo, ipsiusque amico obtinuisse, quod Medici illius laudati Engymnasii efflagitabant, Galieni de Tyriaca ex græco idiomate traductionem in latinum, quæ non aderat, Viroque perillustri maximas ipsos debere rependere grates &c.*

Post Procemiolum hæc habentur. *Galieni Tractatus ad Panphilinum Principem.*

Hujus Epistolæ exordium est. *Quia multoties petisti potentissime Panphiline methodum Tyriacæ antidoti, & usum audire a me: eorum quædam, quæ prompte a me dicta sunt, non puto a te memorari &c.*

Jam Diphthongi, & Commata, aliisque in Codicibus desiderantur, atque abs me pluries suppleta sunt.

Quattuor Foliis cum dimidio totus continetur Tractatus, in cujus fine agi-

tur *de tempore*, *numero*, *& quantitate Tyriacæ dandæ*, *& de quodam infirmo veneno decumbente*. *Explicit Tractatus*. (d)

3. Quamplurimæ subjiciuntur medicæ Dissertationes traditæ super Avicennæ sententias dictas: *Canon Medicorum*: ita supra eas legitur.

1. Dein *super sententiam secundam* 34. *Canonis*: *Amen*: In hac agitur *de nervis*, *& Paralisi*. Hacce completa sequitur.

2. *Super decimam tertiam sententiam* 3. *Canonis*: *Amen*. Heic disputatur *de passionibus Animæ*, quibus remediis naturaliter potest occurri.

In fine: *& hic completur Expositio sententiæ decimæ tertiæ* 3. *Canonis*. *Amen*.

3. Sequitur tertia, quæ initio caret, inque ea fermo habetur *de Ictericis*.

4. Alia Dissertatio occurrit, quæ & ipsa imperfecta est, agiturque *de Renibus*, & initio habetur: *Supra sextam decimam sententiam* 3. *Canonis*: *Amen*.

5. Subnectitur alia: *super decimam nonam sententiam* 3. *Canonis*: *Amen*, & differitur *de Vesica*.

Ad finem hæc leguntur. *Edicta a Magistro Bertuccio Bononiensi anno* 1334., *& finita Mense Octobris duobus diebus ante Festum B. Lucæ Evangelistæ*. *Deo gratias*.

6. *Super sententiam vigesimam*: agiturque in ea *de dispositionibus membrorum ad generationem*, *de coitu*, *& spermate*.

7. *Super sententiam vigesimam primam* 34. *Canonis*, & fermo est: *de dispositionibus membrorum ad generationem in Mulieribus*, *de Embrionibus*, *de Vasibus menstruis*. Lacunis hiat hæc Dissertatio.

8. Dissertatio hæc ita inscribitur. *Incipit Expositio vigesimæ secundæ sententiæ Canonis* 34. *secundum Bertuccium Bononiensem Medicinæ Doctorem peritissimum*. In ejus fine. *En completur vigesima secunda sententia Can.* 34. . . . . *edita a Bertuccio Bononiensi anno* 1333., *& completæ fuerunt* 27. *die Augusti*. *Amen*. (e)

9. Multa congeruntur *de Canonibus naturalibus*: fermo protrahitur *de Spermate*, *de Embrionibus*, deque aliis: & ad eorum calcem (cum illorum Capitulorum clausula fit *de Generatione Embrionis* 3. *Canonis*) *recollecta a me Valentino de Forolivio extraordinarie sub Magistro Perono* (in margine legitur *Pezzonius*) *Bononiensi* 1344. (*f*).

4. Post

(d) In Pluteis XXIII. Cod. num. I., & XXV. Cod. pariter num. I. dexteræ partis multa Opera ibi descripta occurruot Galeni cum Auctoribus, qui ea io latinum transtulerunt fermonem. Hæc, quæ in descriptiooe hujus Codicis indicavimus, iia io Codieibus non reperiuntur, ex quo & latinam habemus primam illius Operis, aliorumque Versionem, & earum Auctorem.

(e) Nullum quidem verbum de Bertuccio Bononieosi Medicinæ Doctore, & Professore invenire licuit in præclaro Opere P. Ab. Mauri Sartii Camalduleosis *de Cl. Archigymnasii Bonon. Professoribus*, quamquam ob eximium doctrinæ meritum haud dubium fit Bononiæ summis hooribus auctum. Scribit oamque Joannes Nicolaus Alydosius in Libro inscripto: *I Dottori Bolognesi di Teologia*, *Filosofia*, *Medicina*, *ed Arti liberali* pag. 26. *Bertolino detto Bertuzzo*, *o Buzzo di Rolando Speziale di Capeti*, 1312. *era Dottore di Medicina*. *Fu delli Signori Anziani*, *e Consuli di Decembre* 1312. *di Ottobre* 1321. *e di Luglio* 1337. *lesse Medicina*, *e Pratica di Medicina fino al*. 1342. Aotequam Lectoris munere fungeretur, doctrioæ suæ haud levia Scriptis monimenta præbuerat, ut vel ipse hic Codex noster non obscure subindicat.

(f) Præter Galeni Opera hoc in Codice nooonullarum Dissertationum, ut constat, occurrit Collectio, in qua duo spectanda esse ducimua. Primum singulis Dissertationibua vel ad earum initium, vel ad finem earundem Auctorum nomioa apponi, quos & Bonooienses, & laurea donatos iodubium est, nec tamen de illis ullam mentionem ingerunt Scriptores de illustribus Archigymnasii Bononiensis Professoribua, aut certe, si nomen recitant, Scripta non memorant. Alterum est, hasce Dissertationes super eas Avicennæ sententias versari, quæ *Canon Medicorum* dicuntur, quin & in illis Menses, ac dies designari, quod clare ostendit ioter Professores percelebris illius Uoiversitatis cooptatos fuisse. Demom non immerito credi posse, eas nondum lucem publicam aspexisse.

4. Post hæc omnia characteribus rubris minutioribus legitur. *Scriptum Dini de Florentia super librum primum de natura fœtuum*.

Ad ejus initium hæc exarata occurrunt:

Adsit principio Virgo Beata meo.

Exordium hujus Operis est: *Incipit autem: si Sperma &c.* Hic liber ex paginis in fol. constat semper characteribus minutis exaratus.

Ad calcem: *Et nos cum imponamus finem huic Scripto in laudem, & gloriam omnipotentis Dei, qui est Benedictus in Sæcula Sæculorum: Amen.*

Deinde: *Expliciunt recollectiones de natura fœtuum sub Eccellentissimo Doctore Artium, & Scientiæ Medicinæ Magistro Dino De Florentia per Magistrum Galiatium Bononiensem de Prebuntis sub anno Domini* 1310. *Mensis Octobris: Deo gratias: Amen. Amen.* (g)

5. Ut omnia, quæ hoc in Codice reperiuntur, prodam, hæc postea esse scripta attendas velim.

1. *Scriptum super librum* 2. *Galieni de simplicibus farmaciis.*
2. *Scriptum super* 2. *librum de viribus naturalibus Galieni.*
3. *Scriptum super lib.* 2. *de diebus criticis.*
4. *Scriptum super lib.* 3. *de virtutibus naturalibus Galieni.*
5. *Scriptum super librum de regimine Sanitatis.*
6. Tandem *de speciebus Febrium Ethicarum.*

Codex ex vulgari est pergamena, ubi hæc omnia per columellas sunt exarata. Hæc a nullo, vel a paucis perlecta censeo. Ipse ego multum temporis, laborisque in iis legendis impendi, etiamsi accuratis crystallinis fuerim usus quattuor, & amplius unciarum lentibus. Profecto si Dissertationes hæ, & scripta (quorum quædam fortasse inedita sunt, ne dicam omnia) parum, vel nihil prodesse possunt, existimo abs re non esse, sic fuisse exarata. Cum enim de rebus quibusdam, quæ Animæ detrimentum Viro absque necessitate eas legenti, pudoremque possint afferre, agatur, minutissima ea Scriptura satis cavetur, ne legi possint. Non opus est, Sæculum, in quo Codex est scriptus, notare, satis, ut reor, ex nuper commemoratis perspectum est. Temporis injurias non parum est passus; unam habet paginam laceratam filo consutam; litteræ deficiunt initiales, nihilque habet, quod oculos legentis alliciat.

I N V.

Supresso nomine Auctoris Codex incipit.

Christus alme veni, duc pennam tramite longo.

1. Agitur heic *de fluidis*; *de structura humani Corporis*; *de digestione*; omniaque binis columnis cum breviaturis copiosioribus sunt exarata.

Deinde *Expositio Galieni* (hoc est, ut sæpe dixi *Galeni*) *de utilitate partium*. Hæc expositio ab his verbis sumit initium. *Quantis sit laudibus perferenda, quantis extollenda præconiis, & mirandis insignis scientia &c.*

2. *Incipiunt expositiones Galieni Magistri Mundini de Pronosticis, de morbis acutis &c.*

 Tracta-

(g) Dinus de Garbo Florentinus Bononiæ primum Artem Medicam professus est, deque ejus Scriptis, & præcipue *de Summa Medicinæ* loquitur Trithemius cap. *619*. Vide etiam Julium Nigrum pag. *146*. seq.

Tractationem hæc verba sequuntur: *In hoc completæ sunt reportationes super librum Pronosticorum per Magistrum Mundinum Doctorem eximium in Arte Medica. Deo gratias.*

3. Dein liber primus *de regimine morborum acutorum*: & in fine: *Expliciunt reportationes super librum* (heic habetur verbum deletum) *pronosticorum: & I. II. & III. Liber Regiminis acutorum morborum perceptæ sub egregio Doctore Magistro Mundino per Bertuccium de Bononia anno Domini* 1337. *Mensis Augusti.* (*h*)

Aliquæ paginæ temporum injuria pertusæ, aliæ laceratæ, quæ vix leguntur. Codex sæculum non excedit XIV.



(h) Confer ea, quæ in Tomo primo Catalogi nostri, Plut. XXIV. pag. 86. adnot. *d* diximus, quibus si hæc addantur, non leve tibi erit argumentum ad cognoscendum, tres extitisse Mundini nomine Auctores; Mundinum nempe de Lentiis Florentinum, Mundinum Bononiensem, & Mundinum de Forojulio.

BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ CATALOGUS

PARS III.

In qua de Pluteis agitur Hebraica Exemplaria continentibus, qui sunt duo reliqui hujus Bibliothecæ.

PLUTEUS XXVIII.

CODICES IN EO NUM. IV.

Præter unum Anonymi latine scriptum, de quo in fine.

IN I.

1. MEdicinæ Canon, qui hunc præfert Titulum.

חלק ראשון
מן הספר הנקרא אלקאנון ברפואות
מלאכת המעולה אבו עלי בן סינה
בענינים הכלליים מחכמת הרפואות
העתקת זרחיה בן יצחק הספרדי :

videlicet: *Pars prima libri, cujus titulus est: Canon Medicinæ, Opus Excellentis Abù Alì Bin Sina de rebus universalibus ex Scientia Medica.* (*a*)

Hoc Opus, quod in quinque Libros, sive partes Arabice *ab Abù Alì Bin Sina* est divisum, in Hebraicum sermonem versum heic habetur a *Zerachià Ben Isaac Hassephardi*, idest *Hispano*. (*b*)

Is

(a) Clarissimus Bartoloccius Cisterciensis in Tom. I. suæ Bibliothecæ Rabbinicæ Tit. *Abu Alì* hæc scribit. *Abu Ali Alchasin Ben Abdalla Bin Sina Arabs nobis est Avicenna Medicorum Princeps inter Israelitas, quem alii Hispalensem, alii Cordubensem faciunt.* Ast ipse Bartoloccius in Hebraica descriptione, quam præmisit latine, existimat *Abu Alì* fuisse Civitatia dictæ *Bakara* in Imperio Magni Mogolis prope Gangem, & vita decessisse in Civitate Cardaminæ in Arabiæ Insula sitæ anno 4810. a Mundi creatione, & anno Æræ Christianæ 1050. Inter Opera hujus Auctoris, quæ recensentur a laudato Bartoloccio, istud numeratur. *Canon Medicinæ, quo universa medendi Scientia pulcherrime, & brevi methodo explicatur, & in quinque Libros dividitur.*

(b) R. Zerachià Ben Isaac licet communiter Hispanus appelletur, vel quia longam moram traxerat in Hispania, vel quia Occitaniæ Provincia tunc temporis Hispaniæ Regnis unita ad Hispanos pertineret; nihilominus & a citato P. Bartoloccio, & ab Auctore Salscelet, & a R. Abraam Zachut in libro inscripto *Juchasim* dicitur *de Lunelio Oppido Occitaniæ in Gallia*. Quanam autem ætate vixerit, præcitati Auctores, simul & David Ganz in sua Chronica, Anno Mundi 4910., Æræ Christianæ 1150. ipsum floruisse affirmant.

Is Auctor Verſionis primo Dei opem poſtulat, ut in ſuæ Verſionis ſtudio præſto ſit, additque Prooemiolo, quo operæ ſuæ pretium noo modicum pollicetur iis, qui legerent. Sequitur deinde inſcriptio ſuperius commemorata.

Poſt hanc inſcriptionem Præfatio occurrit ipſius *Abu Alì*, quæ cum jam lucem adſpexerit, inque latinum ſermonem verſa typis excuſa fuerit, ab ipſius verſiooe animum abſtinemus. Paucis, quæ cootinet, expeodemus. Primum Amici ſui prece excitatum fuiſſe ad hoc Volumen elucubrandum profitetur. Deio 1. *de rebus univerſalibus Scientiæ Medicæ: 2. de Medicinis ſimplicibus: 3. de ægritudinibus particularibus manifeſtis, & occultis: 4. de ægritudinibus particularibus, quæ ſunt uni membro propriæ: 5. de componendis Medicinis*, ſe hiſce io Libris tractaturum promittit.

Ejuſmodi Præfatio variis eſt inſtructa Commentariolis cum ad calcem ipſius, tum ad margines, & quæ ad fioem extant, tam ibi, quam in Præfationis textu, indicaotur ootula circulari, ut litterula o: immo ut indicio Lector ſecurius inhæreat ad margioem binæ initiales ponuntur *Daleth & Caph*, quæ ſignificant: *adverte hic*.

2. Ad margines vero animadverſiooes quædam criticæ veniunt, oſtendentes aliorum Exemplarium varias Lectiones: quod ex eo etiam conjicimus, quia Poſtillæ hæ ſupra exhibeot binas litteras initiales *Nun, & Aleph*, quæ ſignificant: *Exemplar aliud*. His Poſtillis inſeruntur notulæ quædam explicaotes oonnullorum vocabulorum obſcuritatem, & ut ab aliis ſecernantur, ope abbreviaturarum ſcilicet *Reſc*, & *Nun*, aut *He Reſc Nun* oſtenduntur. Notatu dignæ ſuot abbreviaturæ hæ, cum, niſi fallimur, exprimant Auctoris earum Notularum oomeo, ideſt *Rabbi*, ſeu *Harabbi Nathan*. De eo hæc doctiſſimus P. Bartoloccius Tom. IV. Bibliothecæ tit. *R. Nathan Ben Joel* ſcribit: *R. Nathan Ben Joel Palchijera ſcripſit de Medicina ſententias compilatas ex Operibus Hyppocratis, Galeni, Averrois, Avicennæ, & Moyſis Ægyptii &c.* Obſervandum eſt etiam, Poſtillas has ſcriptas charactere Rabbinico minutiſſimo, & eas, quas diximus ſupra occurrere, ad longum quoque Operis tractum extendi, nempe ad illud Caput, quod Cranii deſcribit Anatomen, ibique deficere omnino.

Poſt hæc in Tabula analytica Summarium legitur earum rerum, quas Abu Alì tractat, cumque Opus in quinque partes, ſeu Libros diſtribuatur, hic primus liber dividitur in quattuor Rotas, quas appellant *Ophanim*. I. *agit de definitione Medicinæ & ſubiectis ejus*. II. *de diviſione ægritudinum, & cauſarum, & accidentium univerſalium*. III. *de conſervatione ſanitatis*. IV. *de diviſione Modorum Medicationum ſecundum ægritudines univerſales*. Hi quattuor *Ophanim* ſubdividuntur in 14. Doctrinas, quas Hebraice dicunt *Limmudim*. Sex Doctrioæ inſunt primo *Ophan*; & primo fit ſermo *de Definitione Medicinæ, & ſubjectis ejus: 2. de Elementis: 3. de Complexionibus: 4. de Humoribus: 5. de membris, & eorum Anatome: 6. de Virtutibus, & operationibus*.

Ophan ſecundus tres continet *Limmudim*, & ſunt primo, *de ægritudinibus: 2. de cauſis earundem: 3. de ſignificationibus*.

Ophan tertius quinque exhibet *Limmudim*, & primo pertractat *de nutritiono: 2. de regimine communi ætati inter pueritiam, & ſenectutem: 3. de regimine Senum: 4. de regimine cujuslibet corporis, cujus complexio eſt bona: 5. de mutationibus*. Quattuordecim itaque ſunt Doctrinæ.

Altera in Codice obſervatur ſubdiviſio *Doctrinarum*, ideſt in duodecim ſummas, quas vocant *Chelalim*. Hinc Doctrioæ quintæ primi *Ophan* aſſignantur quinque Summæ: prima *de Oſſibus: 2. de Muſculis: 3. de Nervis: 4. de Arteriis: 5. de Venis*.

Ne plura perſequamur, Doctrinæ reliqoorum *Ophanim* & ipſæ ſubdividuntur modo in plures, modo in pauciores *Summas*. Et quooiam cum Præfatio, tum Argu-

Argumentorum diſtributio conformantur, ſi pauca excipiamus, Latinæ Editioni, quam vidimus in eximia Bibliotheca Monachorum Benedict. S. Vitalis Ravennæ, Veneriis anno 1608., quæque præfert Titulum *Avicennæ &c. ex Gerardi Cremonenſis Verſione, & Andreæ Alpagi Bellunenſis caſtigatione &c.* ab aliis deſcribendis abſtinemus.

Attendendum eſt tamen, in prima Codicis pagina, quæ loco cuſtodiæ ipſius poſita invenitur, charactere quadrato oſtendi, quis fuerit Codicis Poſſeſſor, cum legatur Hebraice, quod heic Latine redditum ſonat. *Mei Judæ Medici Filii Beniamin Zeeb, quem Deus conſervet, ex Familia Somi.*

Finis hujus Operis ſic ſe habet: *Et hæc brevis menſura ſermonum noſtrorum de Fundamentis univerſalibus Artis Medicæ ſufficiat: inſtituturi dein erimus ſermonem de Medicinis ſimplicibus, Deo adjuvante.* [c]

Codex exaratus in fol. maj., & pergamenis levigatiſſimis, characteres Rabbinicos aliquantulum minutos exhibet, ſed nitidos, & intelligibiles. Ad principium omnium Partium, & Capitulorum 263. occurrunt characteres quadrati. Codex ex aliorum Scriptorum fide fortaſſis non excedit ſæculum XIII.

I N I I.

Titulus Operis eſt ex initio ſuæ Præfationis deſumtus:

מצרף לכסף התבונה וכור לזהב האמונה
להכמת הדבר היא למנה ;

et latine redditus ſic ſe habet. *Conflatorium Argenti Intelligentiæ, & Auri Veritatis Caminus Probatorius, Peculiaris Dialecticæ Pars.*

Hujus Voluminis in ſua Verſione ex Arabica in Hebraicam Linguam Auctor primum Deum ſibi adjutorem expoſtulat, ut patet ex initialibus litteris: *Ain*, *Mem*, *Iod*, *Ain*, *Scin*, *Vau*, quæ tres primæ ad angulum dextrum, aliæ ad ſiniſtrum locatæ inveniuntur, & ſignificant: *Adjutorium meum a Domino, qui fecit Cælum, & Terram*: atque huic Invocationi addit Verſus nonnullos metro ferme non abſimiles noſtris latinis Jambicis, qui Latio donati hæc ſibi volunt.

„ Argenti ad inſtar Quæritans Prudentiam,
„ Mea, repoſcit, quo levabor ſæcula?
„ Verbum rependet Differens Scientia:
„ Ditor Camino jamdiu ad Solertiam:
„ Argento ab ipſo tolle ſic rubigines;
„ Fietque Vas aurarium puriſſimum.

Proverb. 25. 4. juxta Vulgatam.

Ante accuratam Præfationem Auctor hujus Verſionis, de qua jam jam diximus, exponit & titulum hujus Operis, & quæ hiſce in Verſibus denotantur: *Argenti ſiquidem Conflatorium* Symbolum eſt *Intelligentiæ: Caminus*, in quo aurum purgatur, *Veritatis* eſt figura, atque hæc duo peculiares Logicæ Scientiæ ſunt partes, quoniam per ipſas, quod arduum eſt, quod obſcurum, & difficile, intelligere, & aſſequi quiſque poteſt.

Veniamus modo ad majora, ſcilicet ad dignoſcendum, quis ſit hujus Operis Auctor; quiſnam is ſit, qui illud Hebraice tranſtulit; quæque in eo pertractentur.

Auctor

(c) Noſtra hæc Bibliotheca non tantummodo ſervat laudata Opera ex Arabico in Hebraicum ſermonem verſa, ſed etiam in Latinum ex Arabica lingua per Magiſtrum Gerardum Cremonenſem. Videſis in Cod. V. Plutei XXV. pag. 88. 89., aliiſque Codicibus Tom. I.

Auctor *Aben Rèsced*, vel *Ràsced*, vel etiam *Rasciad*. (*d*) Versionis vero ex Arabico Idiomate in Hebraicum Auctor est *Jacob Bar Scimsòn Bar Antolio Philosophiæ, nec non Astronomiæ Professor*. Nam præter Patris Bartoloccii judicium, & MSS. in Principum Bibliothecis servata cum nomine hujus Traductoris, ipsemet in Præfatione sua, de qua jam jam verba faciemus, se se appellat *Jacobum Bar Scimsòn Bar Antolio*. (*e*) Volumen hoc Institutiones Logicales secundum Aristotelem declaratas exhibet.

Quæ autem ea in Præfatione non sine doctrina, & studio sunt scripta, recensere licet.

In primis ostendit Categorias Entium existentiam habere in intellectu humano, earumque notionem præbere, ut inde intellectus de rebus extra se positis, ope *Attributi*, sive *Prædicati* secum efformet judicium. Hæc eorum existentia clare suadet, Deum Creatorem existere, qui ea in lucem produxit, eisque existentiam contulit, & perenniter conservat. Qua de re quisquis nititur ad Deum quærendum, qui Veritas est, proculdubio Logica Arte indiget: non quod dicamus, eam Scientiam esse, sed quia magno ipsa est adiumento, ut ad examen ceteras alias Scientias vocare possimus, & latentes veritates, & obscuras detegere, ac declarare.

Neque id Auctorem affirmare respectu tantum Scientiarum speculativarum existimet, qui legerit; verum etiam cum difficultates occurrant in Sacræ Scripturæ, in Talmud, atque in Jurisprudentiæ lectionibus, per Logicalem Artem ad hoc assequendum via paratur, immo per eam, si optime adolescentes instituantur, acuetur ingenium, excitabiturque, non secus ac cibus aromatibus permixtus nauseantibus appetitum ingereret.

Secundo demonstrat, Concertationes, Sophismata penitus posthabenda, cum Majores sui sæpenumero monuerint, solertes esse oportere tantummodo ad controversias enodandas, atque ad explodenda, quæ Veritati, & Fidei non respondeat; additque neminem fugere, homines sine logicæ studio non posse viriliter adversus infensos tot hostes aliarum Nationum pugnare. Et quia comperit, insanos hos homines, malignosque gloriari de victoria (quod falso credebat) in Hebrai-

(d) Is *Aben Rasciad* seu *Averroes* (ita scribit laudatus P. Bartoloccius in sua Bibliotheca tit. *Aben Rasciad*) Cordubensis fuit, Medicus, & Philosophus insignis, qui, ut ait eruditissimus Caserrius in Chronolog. Compendio *ab anno 1131. ad annum usque 1216. Corduba floruit, & annis 20. ante reductionem sub ditione Christianorum obiit*. Historicis compertum est, hanc Civitatem captam fuisse a Rege Christianorum Ferdinando cognomento *el Santo; die 29. Junii anno Domini 1236. Hic celeberrimus Actor*, ait Bartoloccius: *Arabice in omnia Aristotelis Opera scripsit eruditissimos Commentarios, qui postea in Hebraicam Linguam translati MSS. in diversorum Principum Bibliothecis reperiuntur*. Enumerat inter alios, quos ipse vidit, hujus Operis Codicem hisce verbis num. VII. *Ejusdem Commentarii in Organum Aristotelis, Isagogen Porphirii, Categorias, de Interpretatione, in Priora, & Posteriora Analytica, translati in Hebraicum a R. Jacobo Antoli, extant MSS. in Bibliotheca Cæsarea ex Spizellio, & impressi reperiuntur Ripæ Tridenti anno Mundi 5320. Christi 1560. sub ditione Christophori Madrutii*:

(e) Dissentiunt Scriptores de tempore, quo vixit *Jacob Bar Scimson*. Pater Bartoloccius scribit tit. *Abunasar Alpharabi: Libri de Sillogismo, de demonstratione, & de Elenchis translati ex Arabico in Hebr. a R. Jacob Antoli sub Imperatore Friderico* II. &c. Jam vero Baronius, Pagius, aliique narrant, Fridericum electum fuisse Imperatorem anno 1210; atque post Ottonis mortem pacifice regno potitum anno 1218., & supremum clausisse diem anno 1250. Pater vero Ricciolius in libro inscripto: *Almagestum Novum Astronomiam Veterem, Novamque complectens* in parte II. *Chronici Astronomorum* verbo *Alfraganus* ait: *Scripsit autem Elementa Astronomica, & Astrologica ex Ptolemæo potissimum compilata, quæ elementa R. Jacob Antoli in Hebraicum Idioma, Joannes autem Hispalensis in Latinum ex Arabico anno 1142. transtulere*. Opinionum diversitas est aperta. Annorum supputatio, si fiat, Ricciolìana opinio haud vero similis ostenditur. Aliorum tamen esto judicium. His addere lubet: Idem P. Bartoloccius tit. *R. Jacob &c.* ait *R. Jacob Bar Scimson Antoli Hispanus gener R. Samuelis Aben Tibon Traductoris libri Morè scripsit* &c. &c. *Item vertit ex Arabico in Hebraicum Librum Alfragani de Motibus Cælorum Anno Mundi 5040. Christi 1280.*

Hebraicam nationem reportata, iccirco zelo commotus, inquit, & æmulatione actus: *Ego Jacob* (en nomen Traductoris) *Bar Abbamari Bar Scimson Bar Antolio operam dedi traductioni in nostrum Idioma hujus Scientiæ Logicalis. Equidem mihi constitueram studium, & laborem Astronomicæ Scientiæ, quam præ manibus habebam, relinquere, ut pro virili possem ad studia Logicalia incumbere; sed fratrum, amicorum, hominumque Sapientium, & intelligentium, qui in Narbonensi sunt Civitate, hortatu, adductus sum, mane de Scientia Astronomica multa scribere, vespere autem de Logica differere sum aggressus*: & hinc in scriptis suis fidelitatem, & veritatem esse exoptat.

Tertio suadere contendit, immerito cautum esse Hebræorum Magistris, ne Adolescentes in Arte Logica instituantur, immo autem arcendos, si quando illi operam dederint. Tandem licet imparem se dicat ad hanc arduam provinciam suscipiendam ob minus perfectam Arabicæ Linguæ peritiam; nihilo tamen minus, quod speraret, rerum Investigatores, ac hujus Scientiæ Amatores non parum utilitatis in hoc Opere percepturos, & si quæ sint inconcinna, aut minus nitide exposita, declaraturos, fatetur ultimam ei imposuisse manum; additque: Deus, qui cordis est explorator, virtutemque habet me ipsum purgandi, auxilium præbeat, ut ejus faciam voluntatem, sicque errores videam, & corrigam; qui vero latentes sunt, condonentur. Sint interea voces oris mei Deo gratæ. Et sciant velim Lectores, sensum heic totius Præfationis in compendium desinere, non litteralem versionem præseferre.

Hujus Operis distributio ejusmodi est, ut quattuor illico sequantur Libri. Primus inscribitur. *Liber Introductionis*, atque in ejus exordio mentem suam aperit Auctor, quæ in eo tota est, ut *Porphirii Isagogen* expendat, atque eorum se se methodo accommodet, qui initium Scientiæ Logicalis ducunt a *Genere*, *Specie*, *Differentia*, *Proprio*, & *Accidente*. Hoc Opus instar Porphyrianæ Isagoges in tot Capitula distribuitur, quot sunt Prædicabilia. Ipse dividit in quinque *Maamarim*, *Sermones* nempe; clauditque his verbis primum Librum: *Explicitus est liber Introductionis Aben Rasced. Laus soli Deo.*

Secundus Liber suam habet Inscriptionem Hebraicam, sicuti & primus, & ceteri alii proprias exhibent, a quibus afferendis abstinemus, cum Characterum Hebraicorum multiplicitas Typographo desit. Titulus tamen latine versus est *de Prædicamentis*, cui præmittit Versionis Auctor suam Præfatiunculam, qua significat rerum, de quibus agit, distributionem secundum Aristotelem de Arte Logicali; huncque morem servaturum se, ait, pro modulo suo usque ad Operis perfectionem; ideoque dividitur Liber in tres *Sciaarim*, idest *Portas*, sive *Tractatus*, sicuti nominantur in Codicibus Latinis. Primus Tractatus quinque continet *Perakim*, idest *Capitula*. I. *de significatione Dictionum*, seu *Terminorum*. II. *de Substantia*, & *Accidente quoad esse tam genericum, quam specificum*. III. *de Prædicatis essentialibus*. IV. *Quænam genera easdem habere possint differentias, & quænam minime*. V. *de Entium abstractorum divisione in decem Prædicamenta*.

Secundus in sex dividitur partes, hæque in varia sejunguntur Capitula. Pars prima est *de Substantia*; secunda *de Quantitate*; tertia *de Relatione, sive de his, quæ ad aliquid referuntur*; quarta *de Qualitate*; quinta *de Agere, & Pati*; sexta *de Statu*, *de Quando*, *de Situ*, *de Ubi*, *de Adhæsione*, seu *de Habitu*.

Tertius Tractatus in duas sectus est partes. Prima *de Oppositis* agit, atque undecim continet Capitula. Secunda tres habet Sermones; primus *de Priori*, & *Posteriori*; secundus *de Simul*; tertius *de Motu*: & in fine legitur: *Explicit declaratio Aben Rásced in librum de Prædicamentis auxiliante Deo, qui creavit Mundum decem Maamaróth* idest *locutionibus*, (f) *postea erit sermo de libro In-*

(f) Auctor hujus Versionis ad numerum denarium alludit illius vocis hebraicæ *Vaiomer* idest *dixit*, vel *ait*, quæ juxta Vulgatam nostram decies in Capite de *Creatione* legitur vers. 3. 6. 9. 11. 14. 20. 24. 26. 28. 29.

terpretationis Beermenias (pro Periherminias) ideſt *de Interpretatione*, *quod explicatur de Dictionibus compoſitis*.

Tertius ſequitur liber, qui inſcribitur *de Interpretatione*, in quo Auctor ſecundum Ariſtotelem *de Nomine*, *Verbo*, *Oratione*, *Enuntiatione*, *Affirmatione*, *&* *Negatione*, *&* *de Contradictione* differit, quæ omnia in varia Capitula ſunt diſtributa.

Obſervandum, hæc omnia in hoc Volumine uno ſolo Libro contineri, cum e contra in duos Libros diſtributa in Latina Ariſtotelis Verſione videamus. Audiendus igitur Auctor Cenſuræ de Ariſtotelis Operibus præmiſſæ Tomo Ariſtotelis *de Re Logicali*, qui ſcribit: *Unus eſt Liber Peribermenias*, *non duo*.

Finis imponitur tertio libro hiſce verbis: *En explicit declaratio earum rerum, quas comprehendit bic liber Aben Râſced*; *Laus ſoli Deo*.

Liber quartus hunc habet Titulum: *Initium Libri Analuticæ* (*g*), ideſt *Analyticorum*, *cujus expoſitio docet modum opinandi per modum ratiocinationis*. Hic ultimus Liber ab Auctore dividitur in Analyticam primam, & ſecundam. Prima, cui Præfatiunculam præmittit, in tres partes diſtribuitur; quarum prima agit *de Diviſione Propoſitionum*, *&* *earum Converſione*; *de Syllogiſmis conſtruendis*; *de Syllogiſmis neceſſariis*; *de contingentibus*; *de compoſitis*, *ſive mixtis &c.* Secunda differit *de Syllogiſmis converſivis*, *&* *Circulari oſtenſione*; *de Syllogiſmo converſivo in qualibet figura*. Tertia ſequitur *de Ratiocinatione contrarietatis, ſeu ex Oppoſitis*; *de variis Argumentationum ſpeciebus*; *de Syllogiſmo Phyſiogeomico*, *ſive de cognoſcenda natura*, eſtque materia, de qua pertractat Ariſtoteles in Codice latino, cum hoc tamen diſcrimine, quod ea pars, ſeu illud Caput noſtro in Codice inſcribitur *de cognoſcenda facie*, *&* *de membris dignoſcendis*.

In fine Analyticæ primæ hæc ſunt verba. *Et ecce explicita eſt Declaratio rerum*, *quas comprehendit bic liber*. *Explicitus eſt liber de Syllogiſmo*, *qui eſt Analytica prima*; *&* *poſt quam veniet Liber de Demoſtratione*, *qui eſt Analytica ſecunda*. *Benedictus Deus*, *qui dat laſſo virtutem*, *&* *bis*, *qui non ſunt*, *fortitudinem*, *&* *robur multiplicat*. Benedictio hæc ex Iſaia deſumpta eſt Cap. 40. verſ. 29., atque exarata tot initialibus Hebraicis litteris, ſcilicet novem, quot in Hebraico ſermone dictiones componunt.

Analytica ſecunda cum ſua Præfatione duos Sermones complectitur aliquanto longiores, quorum alter *de Demoſtratione* pertractat; alter vero *de Qualitate Demonſtrationis faciendæ*. His demum verbis abſolvitur. *Analyticorum Poſteriorum Librum*: *Et ecce explicita Declaratio hujus Tractatus ſecundi de rebus contentis in libro Ariſtotelis de Demonſtratione*. *Laus ſoli Deo*.

Codex Rabbinicis characteribus eſt exaratus, tituloſque Libris præſcriptos exhibet characteribus quadratis, accuratis, & craſſitie quadam donatis. Nulla invenitur in Codice temporis indicatio, quo fuerit ſcriptus. Nonnulli docti Hebræi, quos conſului, affirmare non dubitant, Sæculum non excedere XIV.

I N I I I.

Libri duo Regum veluti in unum congeſti hoc in Codice hebraice reperiuntur

(*g*) In hoc quarto Libro multæ res continentur, de quibus Ariſtoteles agit; ſed non omnes, & ſingulæ, quæ in Codice latino Ariſtotelis *Analysicorum Priorum* reperiuntur. Eſtne igitur mancus hac in parte Codex? Illud forſitan verum eſt, quod ſcribit Auctor Cenſuræ in paragrapho de Libris Ariſtotelis prope finem: *Ac ut non omnia Ariſtotelis habemus*, *ita quædam ſub nomine illius aliena circumferuntur*, *quod eſt Ariſtoteli cum omnibus fere magni nominis Scriptoribus commune*.

Titulus hujus quarti libri, ut ſupra innuimus, eſt: *Initium libri Analuticæ*. Nota, quod *Analuticæ* pro *Analyticæ* Scriptoris inſcitiæ haud tribuendum. Nam cum in Alphabeto Hebraico deſit littera, quæ litteræ *y* Græcæ reſpondeat, opportunius duxit, ne litteras græcas hebraicis miſceret, ex ſuo Alphabeto litteram adhibere, quæ latinæ noſtræ *u* ſonum habet. Eodem modo Latinos vetuſtiores litteram *u* pro græca *y* uti ſolitos conſtat, cum ſcriberent *Phruges*, pro *Phryges*: *Suria* pro *Syria*; & *Purrus* pro *Pyrrus*.

tur exarati, qui juxta Canonem veterem, & recentiorem Hebræorum primi, & ſecundi Libri Regum omnia continent, & juxta Vulgatam noſtram tertium, & quartum conſtituunt. Primus namque, & ſecundus Regum, uti numerat Vulgata noſtra, ab Hebræis Liber *Samuelis* inſcribitur.

Initium Liber Regum ab his verbis ſumit: *Rex autem David ſenuerat, habebatque ætatis plurimos dies &c.* & definit in hæc verba: *Per ſingulos dies omnibus vitæ ſuæ*.

Textus Biblicus hujus Codicis ſic adornatur, ut litteræ punctis ſint refertæ vocales litteras indicantibus; & inſuper correſpondentes habeat accentus cum ſua ad characterum formam proportione. In marginibus poſtea lateralibus minore *Maſorà*, ut vocitant; & in ſupremis, poſtremiſque majore *Maſorà* eſt ornatus. (*h*) Hujus majoris *Maſorà* munus eſt, contextus omnes Biblicos adferre, aliaſque ſummarie cognitiones, quæ viſuntur indicatæ in *Maſorà* minore.

Hujus Codicis mentionem fecit Kennicottus in ſua Collectione *Variarum Lectionum*, ſicuti ex Litteris humaniſſimis D. Bernardi de-Roſſi didicimus, atque in eo varietas Lectionum occurrit, quas ipſe Kennicottus ex fide Brunſii in laudata Collectione exhibet.

Codex in Fol. majore, inque duas columnas diſtributus, characteribus duarum partium unius pollicis in tres æquas partes diviſi, eſt egregie ſcriptus. Pretioſus ſane, atque optimæ notæ, & rarus, cum adeo grandiuſculis characteribus ſit exaratus, ut in variis Europæ Bibliothecis, & in Vaticana etiam ex fide multorum ſimilis Codex non reperiatur. Kennicottus ſcribit, Brunſium ex litteris Hiſpanicis maximis, quibus hic Codex eſt ſcriptus, conjectaſſe, eum ſub initium Sæculi XII. fuiſſe ſcriptum.

Obſervandum eſt etiam diligenter, quod character hujus Codicis quadratus, & continenter uniformis non ſervat craſſitiem illam eandem in ſingulis litteris, quæ proportionem habeat cum eorum magnitudine, ſicuti ſcribendi genius eſt apud Recentiores Hebraicos Scriptores. Quamobrem ſpecimen characteris exhibeo.

וְהַמֶּלֶךְ דָּוִד זָקֵן

IN IV.

Auctoris anonymi eſt Opus, quod hoc in Codice continetur; characteribus, ut ajunt, Gothicis exaratum. Quia vero non hebraicus eſt, ſed latinus, ab ipſius nunc deſcriptione abſtinemus, de ipſo dicturi poſt reliquorum MSS. Hebraicorum accuratam indicationem.

(h) Quid ſit Maſorà, quænam ipſius origo, quanti fuerit, & ſit apud Hebræos, confer Joannem Benedictum Carpzovium Doctorem, & Profeſſorem Theologiæ in Academia Lypſienſi ſua Præfatione in Theologiam Judaicam. Liceat heic exſcribere, quæ habet Chambers Auctor Dictionarii &c. *Egli ſi deve oſſervare, che il Teſto de' Sacri Libri fu originalmente ſcritto ſenza interrompimenti, o diviſioni in Capitoli, e verſi, e fin ſenza diviſioni delle parole; coſicchè un libro intero alla maniera antica non era ſe non una parola continuata, della quale ſpezie abbiamo tutt' ora diverſi MSS. antichi sì Greci, che Latini. Or perchè li Sacri Scritti aveano ſofferte un numero infinito di alterazioni, d' onde ſono nate varie Lezioni, e l' Originale era divenuto molto tronco, e ſtravisato, gli Ebrei ricorſero ad un Canone giudicato da eſſi infallibile per fiſſare, ed accertare la lettura del Teſto Ebraico, e queſta regola la chiamano Maſorà, o tradizione, come ſe queſta critica non foſſe altro, che una tradizione, che ricevuta aveano da loro Maggiori.*

PLUTEUS XXIX.

CODICES IN EO NUM. IV.

IN I.

QUattuor & viginti Libri Veteris Teſtamenti *Legis* ſcilicet, *Prophetarum*, *& Agiographorum* ſcripti reperiuntur. Codex ipſe titulo caret.

Hi Libri in Capitula non ſejunguntur, ſed ſolummodo Pentateuchus in tot *Paraſcioth*, ideſt *Sectiones Legales* (*a*) majores, & minores, apertas, & clauſas, cum uſitatis litteris ipſas indicantibus in marginibus locatas, diviſus cernitur, & ad ſupremos, infimoſque paginarum limbos obſervatur *Maſorà* major, quoad latera, & ſpatia intermedia extat *Maſorà* minor.

Obſervanda horum Maſorarum ornamenta curioſe a Librario elaborata minutiſſimis characteribus. Non tantummodo earum lineæ orizontales viſuntur, ſed aliquando in figuras deductæ, modo Notas, & Arabicos ornatus exhibent; modo planras, flores, eorumque ſtipites; modo animalcula, ut dracones, ſerpentes, capita caprina, & potiſſimum loco, ubi Libri ſumunt exordium. Quod autem notatu dignum eſt; *Maſorà* major breves Scripturæ contextus continet ad eorum contextuum confirmationem, qui compendioſe in *Maſorà* minore colliguntur, indicanturque.

In hujus Codicis exordio Catalogus exhibetur diverſarum Lectionum *Legis*, & *Prophetarum*, ſeu rectius *collectio* omnium Textnum Biblicorum juxta variam Lectionem celeberrimarum Scholarum penes Hebræos, ſcilicet *Ben Aſcèr*, & *Ben Nephtali*. Appoſite heic, quæ ſcribit Zanolinus laudato in loco: *Ben Aſcèr idem eſt, ac Filius Aſcèr. Cum Rabbinus hic dictiones nonnullas Biblicas diverſo modo ab aliis legerit, ejus Lectionem Judæi Occidentales ſequuntur, h. e. in terra Iſrael habitantes. Ben Nephtali idem eſt ac Filius Nephtali. Inter Criticos Hebræorum principes recenſetur, ejuſque lectionem in certis vocabulis Biblicis Judæi Orientales in Babilonia Orientem verſus habitantes ſecuti ſunt. Integro nomine vocatur Jacob filius Nephtali.* (*b*) *Filium autem Aſcèr Occidentales Judæi ſequebantur, ſicut dictum eſt. In Bibliorum Venetorum calce reperiuntur voces, in quibus invicem differunt, & in Opuſculis Grammaticis Jo: Bruſii ſeorſim ſunt cuſæ.* Idem Zanolinus pag. *63*.

Collectio Textuum Biblicorum, a Rabbinis facta ſupra memoratis, legitur noſtro in Codice ad ipſius initium, cum tamen magis recte ad ejuſdem calcem fuiſſet collocanda. Hæc autem ſic diſtribuitur, ut duabus columnis ſit exarata, impleatque ferme quinque paginas, & quamvis earum Circulos ad initium præferat, qui nihil aliud continent, niſi quædam ad Textus ſpectantia; in primo tamen

(*a*) De *Paraſcioth*, ſive Sectionibus tam apertis, quam clauſis loquens Zanolinus Linguarum Orientalium Profeſſor Patavii in Lexico-Chaldaico-Rabbinico, eas biſariam dividit. *Aliæ enim ſunt ſolemnes, & illuſtres, & magnæ, a quibus Lectio Sabbatina initium trabit; aliæ minus inſignes, ſeu parvæ, quæ in ſingulis Pentateuchi Sectionibus locum obtinent, quæque ſi apertæ ſint, minori littera Pe; ſi vero clauſæ, minori littera Samech indicantur.* Confer, quæ ſequuntur ejuſdem eruditi Zanolini loco laudato, in quo oſtenditur, apud Hebræos Sectiones iſtas non juxta Capita ſemper, ſed plerumque ſecundum unam, vel duas vocea illuſtriores, quæ argumentum totius Sectionis ſuppeditant, inchoari; ubi etiam demonſtratur, quiſnam fuerit harum Sectionum Inſtaurator.

(*b*) Jacob Ben Nephtali Rabbinus apud Hebræos celebris fuit Sæculo Chriſtiano V., vixitque cum Ben Aſcèr, atque ambo inſignes Doctores habiti ſunt in Gymnaſio Tyberiadis Paleſtinæ. Hia inventio adjudicatur punctorum Hebraicorum circa annum Chriſti CCCCLXXVI.

ramen Circulo ad dextrum legentis latus posito titulus indigitatur hujus Catalogi, cujus Hebraica lectio in latinum versa significat, *varietatem*, sive *differentiam Legendæ Legis inter Ben Ascèr*, & *Ben Nephtali*.

Tandem Librorum Canon hoc in Codice sequens est.

Pentateuchus Libri	5.	Torà, seu Lex.
Josue Liber	1.	Neviim Riscionìm Prophetæ Priores
Judicum	1.	
Samuelis Liber indivisus, ut monuimus	1.	
Regum pariter indivisus	1.	Neviim Acharonìm Prophetæ Posteriores
Isaiæ Liber	1.	
Hieremiæ Liber	1.	
Ezechielis Liber	1.	
Oseæ, Joelis, Amos, Abdiæ, Jonæ, Micheæ, Nahum, Habakuk, Sophoniæ, Aggæi, Zachariæ, Malachiæ Prophetarum Liber	1.	
Ruth Liber	1.	Agiographa. numero sunt XXIV.
Psalmorum Liber	1.	
Proverbiorum Liber	1.	
Job Liber	1.	
Threni Jeremiæ Liber	1.	
Cantica Canticorum Liber	1.	
Ecclesiastes Liber	1.	
Ester Liber	1.	
Daniel Liber	1.	
Esdræ Liber indivisus	1.	
Paralipomenon Liber indivisus	1.	

Canon iste in Agiographorum serie aliquam subjit quoad ordinem mutationem Librorum, qui ex parte ab eo est diversus, quem Scriptores indicant, & ab eo, qui in Bibliis editis invenitur.

Codex, ut ceteri, membranaceus in 4., duabus Columnis, & charactere quadrato Hispanico cum punctis exaratus. In Epigraphe, quæ sub finem Codicis conspicitur, hæc leguntur e sermone Hebraico accurate traducta, & ad me missa a Cl., & eruditissimo D. Joanne Bernardo de-Rossi Linguarum Orientalium in Academia Parmensi Professore eximio, cujus præclarissimum nomen multa commendant, quæ typis edidit; sed immortalitati sacrabit Opus equidem laboriosum, ac Cedro dignum, quod de Variantibus Lectionibus Scripturarum e Regio Parmensi Prælo in dies evasurum speramus. *Ego Samuel Coèn filius R. Abrahami Coèn (memoria justi sit in benedictione) Castilione degens scripsi hos viginti quattuor Libros in gratiam magnifici N. N. anno centesimo, & octavo minoris supputationis Sexti Millenarii, & absolvi mense Nisan, die Mensis vigesima sexta hic Castilione Empurias. Videat semen, & prolonget dies, dignusque fiat meditandi in eo, & Semen ejus, & Semen Seminis ejus. FIAT, FIAT, sicut scriptum est: Et meditaberis in eo diu noctuque, ut custodias, & facias juxta omne quod scriptum est in illo, quia tunc prosperabis viam tuam, & tunc intelliges.* (c)

Versio-

(c) In allata Epigraphe legitur *Castilion de Ampurias*; *Castillio Emporiæ*. Ampurias vetus est Civitas, sic & Portus Maris Hispaniæ in Catalaunia, quæ nomen dedit *all' Ampurdan* latine *Emporiensis tractus*. Observandum, quod characteribus quadratis Hispanicis hæc Biblia Hebraica, ut sentiunt Scriptores, aliis præstant; meliorisque notæ sunt, quam Germanica. Æquant siquidem Biblia Hebraica Bombergii, Stephani, & Plantini.

Versionem hanc adamussim huic consimilem paulo ante, quam adlata ad manus meas pervenerit, obtinui a docto P. Basilio Ordinis Cappucinorum, in qua ipse hoc diligenter observat, Abrahamum Coèn Patrem Samuelis dictum ibi esse *de Cabestain*, idest ex parva Galliæ Civitate latine appellata *Caput Stagni in Occitania* Diœcesis Narbonensis prope flumen Atax. Codex igitur scriptus anno Creationis 5108., & Æræ vulgaris anno 1348., nullis lituris, nullaque macula infectus, sicque servatus, ut perfectior non dicam inveniri, sed neque concipi possit. Tegumenta ipsius lignea corio circumdata (ut & aliorum sunt Codicum hujus Bibliothecæ) variis corii fasciolis, cum metallicis fibulis instructa sunt, ad Codicem ipsum diligentius custodiendum.

IN II.

תורה והפטרות וחמש מגלות׃

idest *Lex*, *Lectiones Propheticæ*, *&* *quinque Volumina*. Ipse Codex Epigraphen non habet, sed quam hic dedimus, ei certe convenit. Vetustatis suæ caussa, atque usus hoc passus est detrimentum is Codex, ut binæ paginæ ad initium, & quattuor ad calcem desint. Hæ tamen recentiore manu utrobique scriptæ, & additæ inveniuntur; cum hoc tantum discrimine, quod binæ ad initium characteribus quadratis exaratæ sint, sed configuratione non Germanica, ut est totus Codex, & absque punctis vocalibus, & quattuor extremæ charactere Rabbinico majusculo, crassitie donato, & intelligibili. (*d*)

Ex inscriptione allata colligitur, tribus partibus hunc Codicem componi. Prima *Pentateuchum* non in Capitula, sed in 53. *Parasciotb* (idest Sectiones) distinctum, continet, quot sunt illæ, quæ quolibet Sabbato in Sinagogis leguntur juxta Germanicum Ritum, quia secundum alium Ritum 54. esse deberent. De hac Rituum diversitate eruditus Zanolinus loquitur locis supra laudatis.

Secunda pars primum complectitur omnes, ut dicunt Judæi, *Aphtaroth*, (idest *Dimissiones*) sic dictas a dimittendo Cœtu, vel a dimittenda Lectione. Hæ respondent suis *Parasciotb*, quæ numero sunt, sicut indicavimus, 53. cum sua indicatione respectiva ad Lectionem legalem. Unde non solum in numero, sed etiam in distributione sua firmum faciunt argumentum esse secundum Ritum Germanicum

(d) Cl. Joannes de-Rossi in suis ad me humanissimis Litteris hæc de hisce Codicibus. *Biblia Hebr. cum Masorà Cod. MSS. membranaceus in 4. duabus columnis, & charactere quadrato Hispanico cum punctis exaratus. In Epigraphe, quæ sub finem Codicis conspicitur, dicitur scriptus a quodam Samuele filio Abrami Coen anno* 108. *minoris Judæorum supputationis; Christi* 1348., *& absolutus die XXVI. Mensis Nisan Castilione Emporiarum in Hispania. Masorà formas exhibet ornatuum, florum, & Animalium. Psalmi, Proverbia, & Job metrice distribuuntur, & ex nonnullis locis, quæ hic illic contuli, Codex variis lectionibus, ac critico usu non destituitur. Est Cod. I. Plutei XXIX.*

Pentateuchus Hebr. cum Aphtaroth, seu Propheticis Sectionibus, ac V. Meghilloth, seu Canticorum, Ruth, Ecclesiaste, Threnis, & Esterre, Codex MS. membr. in fol. minori duobus Columnis charactere quadrato germanico cum punctis, antiquissimus, & ad XI. Sæculi finem, vel initium XII. referendus. Kennicottus ex fide Brunsii, qui Codicem habuit præ manibus in Dissert. Generali, quæ extat ad calcem suorum Bibliorum Hebræorum tribuit & ipso Sæc. XI. exeunti. Codex pretiosus, & optimæ notæ ad cujus marginem producuntur variæ Lectiones nonnullorum aliorum Codicum remotioris antiquitatis. Est Codex II. ejusdem Plutei. Kennicottus memorat & alium Codicem Hebræo-Biblicum in Bibliotheca Malatestiana extantem in fol. qui complectitur Libros Regum, & scriptus est litteris Hispanicis Maximis, sub initium, ut conjectatus est Brunsius, XII. Sæculi; (quem Codicem num. III. positum in Pluteo XXVIII. descripsimus) *sed ego non vidi, nisi duos priores. Horum trium Codicum selectas Varias Lectiones in sua Collatione profert Kennicottus sub num.* 535. 536. 537., *quæ in nova mea Var. Lectionum Collatione ex Kennicotti, & Brunsii fide repetentur.* Hactenus ipse Vir doctissimus.

manicum ordinatas. Secundo Legendas Biblicas continet, quæ solemnioribus diebus Judæorum in Synagogis locum habent. Et tandem alias exhibet Legendas in Idiomate Chaldaico, vulgo *Targumico*, estque inter illas Oratio *Abakuk*, & nunnullæ aliæ occurrunt, quæ in die Paschatis, ejusque Octavæ apud Hebræos usuvenerant, & adhuc perstant.

Tertia pars quinque habet *Meghiloth*, hoc est Libros quinque selectos, qui statis diebus festive in Synagogis legendi sunt. Hi Libri distribuuntur, scilicet *Cantica Canticorum*, *Ruth*, *Threni Jeremiæ*, *Ecclesiastes*, *Ester*: Primus juxta Judaicam Rubricam legitur *in Paschate*: Secundus *in Festo Hebdomadarum* (Pentecostes): Tertius die 9. Augusti; Quartus *in Festo Tabernaculorum*: Et quintus *in Festo sortium*.

In ultima facie postremæ paginæ illarum quattuor, quas supra memoravimus, hæc mutila testatio, seu fides legitur hebraice in latinum versa. *Ego testor Elias Vezer filius D. Sabbethai, quem Deus conservet, Filii D. Beniamin, qui sit salvus, de Pruseia, quod primo die Hebdomadæ, die 26. Mensis Elul*, Anno 5130. . . . . . Cetera corrosa sunt, ut nihil quidquam deprehendi possit. Igitur ejusmodi testimonium datum fuit Anno Æræ *Christi* 1370. (*e*).

Codex, ut in adnotatione (*d*) judicio Bernardi de-Rossi, & Kennicotti, aliorumque est sub finem Sæculi XI.

I N. I I I.

Duo extant Volumina ad invicem distincta etiam per tres paginas sine ulla Scriptione, & continent tantummodo Tertium, & Quartum Librum ex iis quattuordecim, qui totum Opus constituunt, *de Lege Judaica*. Sine Auctoris nomine hi Libri in Codice reperiuntur, nec Titulum præferunt. Sed nullus dubitandi cuipiam locus superesse potest, si legantur, eorum Auctorem esse Doctorem *Moysen Majemonidem*, cujus Opus hanc Epigraphen aliis in Codicibus habet *Jad Chazakà*, idest *Manus Fortis*, ac etiam *Misnè Torà* idest *Legis Repetitio*. (*f*)

Liber, qui primo venit in Codice, ante suum Titulum veluti characteristicam Notam Textum Scripturæ exhibet Psalmi 118. vers. 111. *Hæreditate aquisivi testimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei sunt*: hæcque verba pulchro

chro

(e) In duobus Codicibus hujus ultimi Plutei, scilicet I. & II. occurrunt procul dubio Accentus, qui ab Hebræis ipsis Notæ musicales existimantur. Ast de his hæc recensere placet, quæ io Historia sua Musicæ scribit Cl. P. Joannes Baptista Martinus Ordinis mei: Hæc habet Dissert. CII. pag. 424. *Non neghiamo, che dagli Ebrei nelle loro Sinagoghe non si usi anche presentemente il canto de' Salmi; ma affermiamo cotesto lor canto non esser quello, che fu instituito dal Re Davidde, e che tra essi perseverò fino all' ultimo eccidio del Tempio. Infatti basta soltanto osservare le cantilene, che nelle Spagne, alloraquando ivi erano tollerati, adoprarono, e quelle altresì, che praticano ancor oggi nella Germania, e nell' Italia, e veggendo quelle di una Nazione discordi, e diverse da quelle dell' altra, ognuno di leggieri sarà persuaso non poter esse vantare per Autore il Divino Spirito disceso nella mente, e nella lingua del Santo Salmista, ma solamente l' umano, e rabbinico: che se fossero le medesime del Tempio di Gerosolima, le medesime pure in ciascuna Sinagoga per tutto il Mondo sarebbero, e non diverse. Un Saggio ne diamo nella Tavola VI. affinchè si rilevi, se a fronte dello Ecclesiastiche non meritino piuttosto il nome di Nenie, che di modulazioni degne del culto divino.* Dum hæc scribebam, proh dolor! nuntiato ejus obitu, qui die 3. Augusti hujus Anni contigit, quantopere dolui, non satis verbis exprimere valeo. Religiosus Deo carus, dilectus Principibus, ac omnibus, Ordinis mei ornamentum, si vitam cum morte commutavit, vivunt doctrinæ suæ eximia monumenta nulli fato obnoxia, ejusque memoriam excipiet immortalitas.

(f) De hoc tnto Opere hæc scribit Bartoloccius. *Opus quod dicitur Hajiad*, & alio nomine appellatur: *Misnè Torà*, idest *Repetitio Legis, est magnum Volumen, & apud Judæos magnæ existimationis, complectitur omnes caremonias, & jura Hebræorum, collecta ex universo Talmud methodo, & ordine aptissimo digesta, ita ut summa Talmudica merito nuncupari possit. Dividitur in quattuordicim Libros, idcirco eam appellant Hajiad secundum numerum resultantem a vocula Jad.*

chro, & majuſculo charactere ſunt exarata, indeque eiſdem characteribus Titulus ſequitur.

ספר שלישי והוא ספר זמנים :

ideſt *Liber tertius*, *eſtque Sepher Zemanim*, videlicet *Liber* de *Temporibus ſtatutis pro Feſtivitatibus celebrandis*.

Decem continet Conſtitutiones ſecundum hunc Ordinem: Prima *de Sabbato:* Secunda *de Miutionibus rerum faciendis in Sabbato:* Tertia *de feriando ab Operibus*, *& jejunio decimo die Menſis ſeptimi*, hoc eſt *die expiationum:* Quarta *de ceſſatione in die Feſto:* Quinta *de Fermentato expurgando*, *& Infermentato comedendo tempore Paſchatis*: Sexta *de Cornu Arietino in principio Anni inflando*, item *de Feſto Tabernaculorum*, *& de Ramis Palmarum:* Septima *de Siclis* annuatim a populo ſolvendis: Octava *de Sanctificatione novi Menſis*: Nona *de Jejunio:* Decima *de Feſto Lectionis Hiſtoriæ Eſter*, *& de Feſto Dedicationis Templi*.

Hæc omnia pertractantur in 97. *Perakim* (five Capitulis): 30. ſunt *de Sabbato:* 8. *de Mixtionibus:* 3. *de feriando ab operibus:* 8. *de ceſſatione in die Feſto:* 8. *de Fermentato*, *& Infermentato:* 8. *de Cornu*, *& Feſto Tabernaculorum:* 4. *de Siclis:* 19. *de Sanctificatione Menſis:* 5. *de Jejuniis:* 4. *de Hiſtoria Eſter &c.* (g)

His in Capitulis Præcepta oſtenduntur, quæ affirmativa, & negativa dicuntur, ita ut quinque contineantur in Cap. *de Sabbato*; unum in Cap. *de Mixtionibus*; quattuor *de feriando ab operibus &c.* Hæc Præcepta comprehenduntur 97. *Perakim*, ſeu Capitulis; decem & novem in his affirmativa ſunt; decem & ſex negativa, quibus ſi addantur tria Præcepta a Doctoribus Hebræis conſtituta, uti extant in Codice, numerum 38. componunt.

Liber quartus ſimiliter majuſculis characteribus veluti ſigno diſtinctivo hæc præfert verba Proverbiorum 13. 14. *Lex Sapientis fons vitæ, ut declinet a ruina mortis*.

Iiſdem characteribus Titulus ſequitur.

ספר רביעי והוא ספר נשים :

ideſt *Liber quartus eſtque Sepher Naſcim*, ſcilicet liber de Mulieribus, & differit de rebus ad Matrimonium ſpectantibus.

Quinque complectitur Conſtitutiones, quarum ordo eſt. Prima *de Matrimonio ineundo:* Secunda *de Repudiis:* (h) Tertia *de jure Leviratus*, *& ſolutione Calcei Cognati*, *ſi quis renuerit Cognatam ſibi in uxorem recipere fratre defuncto abſque liberis:* Quarta *de puella virgine:* Quinta *de Muliere ſuſpecta de adulterio*, *ſeu de Muliere declinante*.

Præcepta, quæ hoc in quarto extant Libro, numero ſunt 17., quorum novem affirmativa ſunt, & octo negativa. Qua de re omnis Judaica Lex Præcepta continet 613., quæ juris Divini ab Hebræis reputantur, & 7. juris Eccleſiaſt. Judaici a Doctoribus eorum invecta, ita ut omnia ſimul ſint numero 620. In duobus Libris hactenus deſcriptis explicatio reperitur Præceptorum quinquaginta quinque. Supereſt igitur Præcepta 565., quæ remanent, explicari a Moyſe Ma-

jemo-

(g) Diſtincte hæc a nobis obſervata ſunt, & notata, quia Pater Bartoloccius ſæpe laudatus tantummodo 85. Capitula enumerat. Hoc fortaſſe ideo, quia reſpexit hoc Opus Venetiis editum, quod in decurſu ſuæ Deſcriptionis ait expurgatum a variis ineptiis, & fabulis Judaicis.

(h) Librarius in primo rerum Summario Conſtitutionem de *Repudiis* prætermittit. Ne quis Codicem legendo putet, hanc in Codice deeſſe, ſciat velim, in Summario, quod immediate ſequitur de Capitulis, & Præceptis eam Conſtitutionem reperiri, perfectumque quartum Librum in Codice extare.

jemonide in aliis duodecim Libris, qui una cum duobus in Codice nostro contentis integrum efficiunt Opus appellatum *Jad Chazakà* idest *Manus Fortis*.

Heic sedulo attendendum Antonium, Possevinum in nostræ Bibliothecæ Catalogo MSS., quem in Appendice hujus Tomi sumus traditur, Tom. III. *Apparatus Sacri* hæc scribere. *Omisimus autem Tractatum quemdam nescio cujus Moysis circa Talmud.* Ast verti in dubium non potest Auctorem esse Moysen Majemonidem, qui tanti est apud Hebræos, ut vanissimnm sit eorum Proverbium. *A Mose usque ad Mosem non fuit sicut iste Moses.* Addit postea laudatus Possevinus: *& incerti Auctoris librum alterum Hebraice scriptum, eas ob causas, quas in Apparatu nostro Sacro in verbo Talmud attulimus.* Conferenda itaque ea sunt, quæ ibi leguntur, ut sciatur quid sentiendum sit de hac Operis parte nostro in Codice contenta. Quæ postea de hoc Hebræorum Auctore narrantur, vide P. Bartoloccium Tom. IV. *Bibliothecæ Rabbinicæ*. Nonnulli Cordubæ natum putant anno 1139., secundum tamen Abram Zachut libro Juchasin anno a Creatione 4891., & Æræ Christianæ anno 1131.

His omnibus addere juvat, quod Rabbi Asse composuit Talmud Babylonicum in terra Babylonis centum circiter annis post perfectum a R. Jochanàn Talmud Jerosolymitanum. Utrumqne Talmud nihil aliud est, quam expositio locorum difficiliorum *Misne* (*idest Deuterosis*) seu legis secundæ, & eorum, quæ in unoquoque Synedrio sunt renovatæ. Totum Opus R. Moysis Majemonidis, quod, ut diximus, ex quattuordecim Libris constituitur, quorum duo tantum tertius, & quartus in Codice nostro extant, non est nisi expositio, sive Tractatus eorum jurium, quæ in utroque Talmude continentur.

Codex ad finem primi Libri, qui, ut innuimus, tertius est, hæc habet: *Explicitus est Liber tertius, qui est Liber Zemanim, idest de Temporibus statutis die sexta, decima nona Mensis Adar, anno quinquies millesimo centesimo septimo a Creatione Mundi Toletelæ: (i) Utinam sit proxima Salus, & Redemptio.* Heic illud Evangelii Lucæ quadrat. *O stulti, & tardi corde ad credendum.* Utinam effulgeat Lux vera in eorum cordibus, mentisque oculos aperiat, & cæci videant Salutem, & Redemptionem divinitus esse peractam. Cum itaque legatur in Codice, eum Anno Creationis 5107. scriptum fuisse, hoc contigisse intelligimus Æræ Christianæ 1347. Licet vero hæc Annorum Epocha ad calcem tantummodo Libri tertii habeatur, non quarti; nihilo tamen minus cum eadem sit characterum pulchritudo, & configuratio quadrata litterarum sive majuscularum, sive minutarum, conjectari jure, & merito potest ab eodem Librario, & successive totum Codicem fuisse exaratum.

I N I V.

In sui exordio Codex sermonem veluti Proœmiolum præfert ita corruptum, & corrosum, ut quantumvis hujus Linguæ Periti illud legere tentaverint, se operam perdere sassi sunt. Hoc non obstante in medio clare, distincteque verba Hebraica observantur, quæ hoc significant: *Tabulæ Hannasì*, idest Principis (l).

(i) *Toletela*, ubi Codex exaratus fuit, est Hispaniæ locus, cujus pluries in Libro *Juchasin* fit mentio pag. 127. & seqq. Edit. Cracov., dum Auctor sive de eventibus, sive de aliis, quæ eo in Regno acciderunt, loquitur. Ea Civitas est, quam modo appellant *Toletum*. Siquidem usuveoerat apud Hebræos Scriptores, quæ propria aliæ Linguæ habent, tam hominum, quam locorum nomina corrumpere.

(l) Si huic Titulo est credendum, Auctor harum Tabularum deprehenditur, estque *Rab. Abram Hannasì*, idest *Princeps* antonomastice ita dictus. Nam ex fide *Davidis Ganz* in Chronica sua pag. 38. Vir fuit sapientissimus, Astronomus, & Libri inscripti *De Anno Embolismali* Auctor, vixitque 4865. Creationis, & Christi 1105. Pater Bartoloccius Part. I. Bibliothecæ Rabbin. pag. 48. hæc scribit. *Abraham Hannasì, idest Princeps: ita inter Judæos vocabatur Astronomus non vulgaris: scripsit Librum Intercalationis, quo de Anna Embolismica dilucida pertractat.* Vide David Ganz, & Ra: Azaria in Meor Enàim cap. 23. pag. 94.

Continet hic Codex Tabulas Aſtronomicas circiter 200., & ad Aſtronomiam ſpectantes.

Omnes harum Tabnlarum Titulos exſcribere nimis longum eſſet, & ferme inutile. Nonnullos tantummodo indicamus, facta eorum Verſione ab Hebraico in Latinum ſermonem.

1. Ad Annos a Cyclis, & Cyclos ab Annis diſtinguendos.

2. Dies Lunaris Anni ſimplicis, & Anni, ut vocant, Emboliſmici.

3. Notæ Annorum, qui comprehenduntur in Cyclis, directe Tabula progrediente ad Cyclum quemlibet, qui ſucceſſione ingreditur.

4. Anni Creationis ad Ægyptiorum Annos redacti.

5. Anni Arabici ad Annos Ægyptiorum traducti.

6. Alexandri Regni Anni pariter ad Ægyptiacos deducti.

7. Signa Annorum, & Menſium ſecundum Epocham Imperii Turcarum.

8. Signa Menſium Solarium.

9. Anni Alexandrini ad Creationis Annos reducti.

10. Graduum, eorumque Minutorum duplicatio ſecundum longitudinem, & latitudinem: & etiam eorum diſtributio.

Non effuſe, & late, ſed ſtrictim, curſimque principaliora, quæ in Tabulis cernuntur, perſequar. Arcus, & funicula diviſoria: Arcus declinationis Zodiacum inter & Æquatorem: Umbra permanens ante Solem ſecundum gradus ſuos ex primo ad nonageſimum: Motus progreſſivus Conſtellationum: Regula differentiarum dies inter, & noctes, dierumque, ac noctium augmentum in locis Mundi, qui incoluntur per quamcumque latitudinem. Tandem inter Solis, Lunæ, Saturni, Jovis, Martis, Veneris, Mercurii, Stellarum fixarum, & errantium altitudo: Luminarium Eclypſis, Solis ſcilicet, & Lunæ &c. &c.

Ad ultimæ paginæ faciem ſecundam in ſupremo margine hæc Teſtatio mutila hebraice ſcripta reperitur, quæ latine ita ſonat: *Ego infraſcriptus fateor Teſtatione firma, & conſtanti cum plena voluntate mea, qualiter vendidi has Tabulas Excelſo Domino . . . . . . & numeratam pecuniam ab ipſius manu in meam ſuſcepi, idque ad meam ſecuritatem, nec non ad tollendam omnem contradictionis vim, quæ contra improbare vellet hanc meam venditionem, & quidquid feci . . . . . . Ut autem hæc Teſtatio in ipſius ſit poteſtate, veluti teſtimonium verum, ego ſubſcripſi nomen meum in Menſe Tevèth, die 26. Anno* 103. *ſexto Milenio Creat.* Hactenus Teſtatio. Annus Creationis 5103., eſt Annus Æræ Chriſtianæ 1343.

Hæc de ſeptem hebraice exaratis MSS. Codicibus. Ingenue tamen, & plane fateor me multa ex his, quæ expoſui, ſtudio, & labore eruditi, ac docti Patris Baſilii Ordinis Cappucinorum Sacræ Theologiæ Lectoris, Linguæ Hebraicæ, & Chaldaicæ periti, qui mecum hos Codices per dies aliquot in Bibliotheca Malateſtiana perluſtravit, aſſecutum eſſe, unde ita ipſi debeo, ut nihil ſupra; eo vel magis, quod aditum mihi paravit ad eoſdem Codices animadverſionibus, quantum per me licuit, illuſtrandos.

Nunc, ut ſtem promiſſis, de Codice latine ſcripto exiſtente num. IV. in Pluteo XXVIII.

Sine Auctoris nomine eſt. Ex prævio Indice clare dignoſcitur, de Theolocis doctrinis ſermonem in eo inſtitui. Enumerantur ibi variæ ſpeculativæ, morales, criticæ, dogmaticæ Quæſtiones: exempli gratia. *Utrum Scientia Legis ſit ſpeculativa, vel practica.. Utrum voluntas faciat ſemper ſuum velle. Utrum Angelus poſt peccatum poſſit facere malum. Utrum Angeli ſint corporei. An promotus ad Sacerdotium ante legitimam ætatem teneatur ad Cælibatum. Utrum Nabuchodonoſor, quando fuit vivus homo mutatus, mutatus fuerit in aliam ſpeciem mutatione, de qua legitur in divinis Scripturis.*

Quæ-

Quæstiones dein habentur *de Prædestinatione*; *de efficacia Passionis Christi*; *de Felicitate Beatorum &c.*; & omnes, ut ex Indice constat, ad numerum 121. perveniunt.

Ad calcem incertus idem Auctor de Beatitudine loquens ita finem imponit: *in qua est formaliter delectatio, ad quam nos perducat ille, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.*

Codex in 4. characteribus, ut ajunt, gothicis est scriptus satis imperviis, & minutis; & ut ex variis circumstantiis colligi posse videtur, sæculum non excedit XII.

Plutei omnes nostræ Bibliothecæ num. LVIII., præter tabulam exteriorem instar plani orizontalis inclinati ad Codices commode legendos cum suis repagulis arte elaboratis, habent alteram interiorem, ubi Codices cum suis fasciolis Corii, & metallicis fibulis adstricti asservantur, & custodiuntur, ne ab humiditate, & pulvere detrimentum patiantur.

Pluteus hic XXIX., & ultimus hujus sinistræ ingredientium partis tantummodo capsulam habet ad secundæ tabulæ inferiorem aspectum, in qua certe Codex in fol. majori, & non exiguæ molis (ut conjicitur ex capsulæ longitudine, latitudine, & profunditate) continebatur, qui forsitan alio translatus fuit. Quia tamen certo mihi constat, nonnullos nuperrime Codices in ea locatos fuisse, de his heic verba faciemus.

I N I.

Parabolæ Salomonis. Earum tres sunt Prologi. Primus hoc habet initium: *Jungat Epistola, quæ jungit Sacerdotium &c.* hisce postea clauditur verbis: *suum servaverunt saporem*. Secundus ab his verbis sumit exordium: *Tribus nominibus vocatum fuisse Salomonem &c.* & desinit: *nescit esse se Regem*. Tertius tandem incipit: *Tres libros Salomonis, idest Proverbia, Ecclesiastes, & Canticum Canticorum &c.* finem habet: *& idcirco legis Peregrini mementote*. (a)

Post hos Prologos, seu Præfationes Index sequitur, qui quinquaginta octo exhibet Capita; & post hæc occurrunt prædictæ Parabolæ Salomonis, adque earundem finem hæc leguntur. *Expliciunt proverbia Salomonis. Deo gratias. Amen.*

Codex membranaceus in 4., Sæculi, ut ibi notatum est, XIV. Tituli, & nonnulla alia rubris characteribus sunt exarata.

I N II.

Sancti Bonaventuræ Opera quædam duas in partes distributa, quarum altera sermones quinquagintanovem breves continet Dominicales, initiumque desumunt a prima Adventus Dominica usque ad ultimam post Pentecosten. Altera vero Theologicum opusculum ejusdem S. Seraphici Doctoris exhibet super quattuor Sententiarum, atque ad hujus Opusculi initium legitur: *Incipit ut puto opusculum Theologicum S. Bonaventuræ super 4. Sententiarum*; quæ tamen aliena manu, quam totus Codex, scripta sunt. Sermo, qui primæ partis principem tenet locum ita incipit. *Abjiciamus ergo opera tenebrarum* Roman. 13. *Venientibus obviam Salvator &c.* Sermo vero ultimus, idest quinquagesimus nonus ab his verbis habet exordium. *Cujus est imago hæc, & subscriptio &c.* & clauditur. *Hæc est imago, quam tu mirabiliter creasti & mirabilius recreasti*. Theologici opusculi hæc prima sunt verba: *Flecto genua mea ad preces Domini nostri Jesu*

B b 2 *Christi*

(a) Præfationem primam, quæ incipit *Jungat Epistola &c.* sine Auctoris nomine in Codice existentem Hieronymi esse, nemo erit, qui plane non videat, cum non solum principium, & finis, sed & reliqua ejus verba sint omnino eadem, ac quæ leguntur in Præfatione S. Doctoris ad hunc Parabolarum librum. De binis aliis Præfationibus heic differere non est opus. Videsis, quæ protulimus in descriptione Codicis primi Plut. VII. pag. 30. 31. 32. Tom. I.

Christi &c. ultima vero sunt: *donec intrem in gaudium Dei mei, qui est trinus & unus Deus in sæcula sæculorum. Amen.* Dein. *Finito Libro referemus gratias Deo.*

Codex in 8. & ipse membranaceus, &, nisi fallimur, Sæculo XIII. conscriptus, eo scilicet tempore, quo S. Bonaventura floruit. Hic codex non existens in Pluteis, nec ferreis catenulis alligatus, immo impressis Libris olim permixtus, qui tunc in Bibliotheca nostra inveniebantur, Clarissimis Viris Religiosis Reformatis, qui Editionem omnium Operum S. Bonaventuræ diligentissime curarunt, quique alios ejusdem S. Doctoris Codices perlustrarunt, fuit invisus; certe ab iis non memoratur, qui, ut opinamur, si sub oculis illum habuissent, sive de numero Sermonum, sive de aliqua variante lectione, nec non de opusculo illo super 4. Sententiarum, nonnulla haud parvi pretii animadvertissent.

IN III.

Tractatus de virtute, & peccato. Italica Lingua, & peculiari quadam Dialecto scriptus est, distinguiturque in duas partes. Earum prima sex paginis caret, quas forficibus, vel quovis alio instrumento recisas patet. In fine tamen hujus primæ partis hæc leguntur. *Compito è el Libro, che ha nome Fior novello a bonore e laude de Meser Jesu Christo. Amen.* Dein: *Zulian di Bajocchi fiolo che fo de Majstro Francescho Barbero Citadino di Verona della Contrada de San Pero in Carnalo scrissi adì* 30. *di zenaro* 1455. Sequitur secunda pars, quæ hunc exhibet Prologum. *Questo è lo Prologo in lo Libro el quale ha nome spina e roxa a laude di Gesuchristo. Spina e Roxa ha nome questo libro peroche lui tratta del peccato e della virtu zoe del bene e del male. Siccome la spina ponze e morde: cosi lo peccato ponze lo core e morde la conscienza e occide l' anima. E siccome la Roxa sana lo corpo ed allegra e delecta lo vedere e lo odorare e tutti gli altri sentimenti del corpo. cosi la virtu sana l' anima e delecta lo core e allegra la conscienza e li Angioli e lo nostro Creatore.*

Codex cartaceus viginti Capitula continet ad virtutem, & peccata pertinentia. In fine inveniebatur Codicis Possessor, sed atramento nomen ita deletum, ut haudquaquam legi possit (*b*).

IN IV.

Epigrammata centum ad Varios scripta sine ulla Epigraphe, & Auctoris nomine. Sub ejus initium legitur. *Ad librum suum.* Statimque sequitur primum Epigramma, quod ita incipit.

„ I pede parve liber solido licet ipse podagra
„ Excrucier: Romam qua via ducit iter &c.

Aliud Epigramma Itidem ad Librum suum

„ Quo sine me properas? Romam sine me liber ibis:
„ Væ soli dictum jam fuit: ergo cave &c.

Auctor hunc Librum suum Paulo II. Pontifici Maximo nuncupat, ut ostendit Epigramma duobus, quæ præmisimus, subjunctum.

AD

(b) Qui diligenter hoc opusculum legerit, animadvertere facile poterit, Auctorem ejus multa sumpsisse ex Operibus S. Bonaventuræ, & præcipue ex ejus Summa de *Vitiis Capitalibus*. Eædem frequentissime in hoc opusculo sententiæ occurrunt, quæ in Sancti ejus Doctoris Operibus, immo & eadem pene verba, nisi quod in vernaculam linguam conversa, heic exhibentur.

AD PAULUM II. PONTIFICEM MAX.

„ Dulci Pieridum jam pridem captus amore
„ Quæro viam quæ me tollere possit humo.
„ Assequar hanc forsan si Tu qui tendis ad astra
„ Virtute & meritis des mihi Paule manum.
„ Porrige Paule manus decus ævi & gloria nostri
„ Affer opem servo Paule secunde tuo.
„ Esuriens quoniam refero Tibi carmine laudes
„ Sit cibus oro tuus: sit mihi potus amor.
„ Atque Tuum volitans secum super ethera nomen
„ Me ferat: id vivus post ciner esque canam.

Quamvis tamen Codex nullam præferat Inscriptionem, neque Auctoris nomen, nihilosecius quis Auctor fuerit horum Epigrammatum, quam clarissime constat Epigrammate

Ad Alexandrum Sfortiam.

„ Nunc precor extollas *Montagna*, & laudibus ornes
„ Talia Reginæ verba fuere meæ. (c)

Epigrammate

Ad Leonardum Caballum Anconitanum.

„ Quippe *Leonardus* grates *Montagna* Caballo
„ Inde Leonardo, quod sit amatus, agit.

Ita in altero. „ Ast ego crudeles patior Montagna podagras.

Et tandem

Ad Calistum Filium.

„ Montagnæque domus efficiere decus.

Multis in Epigrammatis de se ipso loquens ait, se Poetam esse; immo Epigramma unum adest in Codice cum hac inscriptione.

In sua Coronatione Laureæ.

„ Me pater Augustus vatem suadente creavit
„ Principe cujus amor vita secunda mihi est
„ Sed tu Cæsareo jussu pater Auximos alme
„ Hæc viridi lauro tempora singe precor.
„ Ipse mei Cæsar primus Laurentius alter
„ Tertius in causa Gaspar honoris erit.

Se esse Doctorem, Equitem, & Comitem Palatinum canit in Epigrammate:

Ad Marium Philelphum.

„ Cur palatinum Comitem cupis atque Poetam
„ Me non inscribam scire Poeta Mari

„ Vates,

(c) De Regina Bosniæ ibi canit, cui Alexander Sfortia munera misit, quamque ipse Leonardus Montagna, horum Epigrammatum Auctor, alloquitur.

- -

- -

„ Vates, doctor, eqnes, natusque & ipse Philelpho
„ Sis numerosa Cohors rumpitur invidia.

In Piceno solo fuisse hunc Librum a Leonardo compositum ostendit in Epigrammate

Ad mittentes ad Urbem munera.

„ Hic liber apricis piceni in collibus ortus
„ Est de piceni fructibus unus agri
„ Dulce cadis oleum plenis tu mittis ad Urbem &c.

Centum contineri Epigrammata hoc in Codice non solum enumeratione fit manifestum, sed in postremo Epigrammate ipse Poeta testatur.

Ad Librum suum.

„ Hoc liber adjuncto defers epigrammata centum
„ Ne tibi suberescant carmina plura cave.
„ Ergo iter accelera: Liber incipit alter oriri
„ Ad Vicentinum qui cupit ire patrem.
„ Quos dedit Aspalati patri mea musa libelli
„ Hujus non possunt ordinis esse duo.
„ Illic namque nimis sunt longa poemata. carmen
„ Quod nimis est longum ferre Epigramma nequit.

In fine italicum Carmen extat *Ad Paulum II. Pontificem Maximum* quod heic in lucem typis dandum non immerito duximus.

„ Quand' io penso Signor la gran pietade
„ Che te ristringi e il core
„ E che te ha posto in tanta dignitade
„ Entro in speranza, del tuo sancto amore
„ Me porga qualche caldo,
„ Onde mia debelta prenda valore:
„ In cotal speme tutto me rescaldo
„ Per questo mio pensiero
„ Che ogni hora piu se fa costante e saldo.
„ Dunque o Rettore del Romano impero
„ E de la Chiesa sancta
„ Noto dal' uno e dal' altro hemispero
„ Soccorri a chi te honora, loda, e canta,
„ E a chi in te sol spera
„ Megliorar stato in l' anno del settanta (d)
„ Se fia per toa bontà, che piena, e vera
„ Se faccia la mia spene
„ Parrammi entrare nella terza spera

„ Io

(d) Paulus Secundus Venetus primo Comitiorum die maxima omnium admiratione ad Summi Pontificatus fastigium anno 1464. Kalend. Septemb. est evectus; & anno 1471. ultimum obiit diem. Hoc igitur Carmen compositum, dicatumque eidem fuit anno ante ipsius mortem, quam apoplexia contigisse plures, certioresque tradunt.

„ Io tanto ſpero in te che indi me viene
„ Una dolcezza al core
„ Che lieto e conſolato mi mantiene.
„ Fede. Speranza. Reverentia. Amore
„ Tale non ſo giamai
„ Quale ho ver Te del mondo o gran Signore
„ Non men di quel che poi Tu intendi e ſai
„ Come per ſignoria
„ Cosi per ſenno ſopra ogni altro vai
„ Tua liberalitade e corteſia
„ Hanno occhi de Cerviero
„ Che veggion ciò che viene e va per via
„ Tu vedi e ſai ſel mio biſogno e vero
„ E degno di pietade.
„ E dove ſe deriga il mio penſiero
„ Spandi Signor in me la tua bontade
„ E riſcaldami un pocho
„ Col focho ardente di tua caritade.
„ S'io provo mai queſto pietoſo focho
„ Il qual tanto desìo
„ Non parero ſempre homo vile, e ſciocho
„ Ne il nome mio ſtara poſto in oblìo
„ Se queſto fuoco luce
„ E da ſplendore ſopra al capo mio
„ Toa fama immenſa de pieta m'induce
„ A ſperar bene aſſai
„ Da Te divina grazia guida e duce
„ Ed io non me vedro ſtanco gia mai
„ Con lingua ne con penna
„ Tuo nome predicar come udirai.

Auctor iſte in pangendis carminibus facilitatem prodit: aſt Epigrammata, ſi pauca excipias nec gravitatem, nec felicitatem ſervant; præcipue in eorum fine. Multa Epigrammata occurrunt in Pauli II. laudem; unum ad Marium Philelphum, in quo illum Veronæ ſecum fuiſſe prædicat.

„ Tu noſti quantum, dum nos Verona tenebat
„ Tutata eſt nomen noſtra Camena tuum.

Aliud ad Julium Pomponium.

„ Quod fuit ingenium ſemper tibi creſcit in horas
„ Pomponi poſtquam clauſus in arce manes

Aliud item

De Beata Virgine Lauretana.

„ Qui cupit, accedat miſere ſolamina vite
„ Ad Lauretane Virginis ora dee.
„ Hec conſolatrix hominum requieſque laborum
„ Hujus res noſtra eſt tuta patrocinio:
„ Qui minus hæc credunt: videant pia vota ſacello
„ Reddita Virgineo. teſtis & orbis erit.

Mitto

Mitto alia plura. Codex membranaceus in 4. minore, ligneo operculo munitus, hocque super ornatum est Holoserico: constat paginis 24. bene levigatis. Prima pagina margines exhibet variis coloribus, auro illitos, & affabre elaboratos. Ad supremos duos angulos imagines æterni Patris, & Salvatoris visuntur, & ad extremos duo Angeli, atque in medio Stemma Pauli II. a duobus ad latera Angelis sustentatum. Codex sane est Sæculi XV. In pagina operculo adglutinata hæc leguntur. *Liber Johannis Bevergerii quondam donatus illi per Reverendum Dominum Martinum Lupi preceptorem suum. Anno Incarnationis Domini* 1540. *Quinta Decembris.*

I N V.

Diurnum Romanum. Primo Index venit Psalmorum hac inscriptione rubris characteribus exarata. *Isti sunt Psalmi pertinentes communi Sanctorum* cum indicatione numerica, ut facilius queant inveniri.

Rubris dein litteris sub initium hæc occurrunt. *Sequens hymnus dicitur in Dominicis diebus a prima Dominica post octavam Epiphaniæ usque ad primam Dominicam Quadragesimæ: & a Kalendis Octobris usque ad Adventum.*

H Y M N U S.

„ Primo dierum omnium
„ Quo mundus extat conditus
„ Vel quo resurgens conditor
„ Nos morte victa liberat.
„ Pulsis procul torporibus
„ Surgamus omnes ocyus
„ Et nocte queramus pium
„ Sicut Prophetam novimus

Tertia, & quarta hujus Hymni pars cum Editionibus convenit.

„ Jam nunc paterna claritas
„ Te postulamus affatim
;, Absit libido sordidans
„ Omnisque actus noxius
„ Ne feda sit vel lubrica
„ Compago nostri corporis
„ Per quam averni ignibus
„; Ipsi cremamur acrius.
„ Ob hoc redemptor quesumus
„ Ut probra nostra diluas
„ Vitæ perhennis commoda
„ Nobis benigne conferas
„ Quo carnis actu exules
„ Effecti ipsi celibes
„ Ut persolvamur cernui
„ Melos canamus gloriæ.
„ Præsta Pater piissime; ut in Editionibus.

In Hymno ad Nocturnum, qui *dicitur ab Octava pentecostes usque ad Kalendas Octobris, qui incipit: Nocte surgentes:* loco *voce concordi* ut in Editionibus; in nostro Codice *viribus totis*: & in fine *pro cujus resonat per omnem gloria mundum:* Codex habet*: cujus reboat in omni gloria mundo.*

Dein sequuntur Psalmi, & Codex initium sumit a Psalmo *Beatus vir qui non abiit &c.* Et ipsos hic illic perlustrando, deprehendi a Vulgata minime discrepare, sicuti & Antiphonæ.

Hymnus

Hymnus *Eterne rerum Conditor*, *qui dicitur in Dominicis diebus ab octava Epiphaniæ usque ad Dominicam primam Quadragesimæ ; & a Kalen. Octobris usque ad Adventum ad laudes ;* in his solum ab Editionibus discrepat, quod, dum Editiones legunt : *Jubarque solis evocat* : & *si respicis labes cadunt ;* in Codice hæc sunt: *Noctis profunde pervigil:* & *si respicis lapsi cadunt*. Io ceteris perfecta est coovenientia.

In Hymno Laudum Feriæ secundæ, cujus initium est : *Splendor paternæ gloriæ* Codex habet : *dies dierum illuminant : - - - - Patrem patentis gratiæ - - - Informat actus strenuos - - - - donet gerendi gratiam - - - - Casto fideli corpore - - - Ebrietatem spiritus - - - - - Aurora cursu prevehit - - - Aurora totus - - - - - ;* Diurnum vero Romanum *diem dies illuminans - - - - Patrem potentis gratiæ - - Confirmet actus strenuos - - Agenda recte dirigat - - Sit pura nobis castitas - - - Profusionem Spiritus - - - Aurora lucem provehit - - - Cum luce nobis prodeat*.

Variantes nobis se se exhibent aliorum Hymnorum Lectiones, præcipue eorum, qui pertioent ad Vesperas, & Laudes de Communi Sanctorum, & de Dedicatione Ecclesiæ. Sed cum Hymni omnes in Diurno existentes Romano jam editi Sancti Spiritus unctionem, majoremque ad cantum facilitatem, sanctitatemque secum deferant, eas omittendas ducimus.

Postea sequuntur Sanctorum Litaniæ enumeratis primo Psalmis Pœniteotialibus, & in illis, ubi Sanctorum Monachorum, & Eremitarum contingit invocatio, res ita dispooitur : *Sancte Benedicte : Sancte Bernarde* : *Sancte Francisce* : *Sancte Antoni : Sancte Dominice* : In ceteris Codex adamussim cum iis convenit, quæ habentur io laudato Breviario.

Dein: *Officium Mortuorum: Ordo ad communicandum Infirmum :* similiter *Ordo ad ungendum Infirmum: Ordo commendationis Animæ*; & quæ sint servanda in Missa præsente Cadavere; & tandem *Ordo ad Cathecumenum faciendum*.

Attente observandum, in toto Codice ritus sacros, quibus Ministri uti debeant juxta Ecclesiæ Romanæ præscriptionem, rubris Characteribus exhiberi.

Codex in 8. majore : Eum varii colores minio permixti ornant : scriptumque Sæculo XIV. affirmare liquido possumus.

I N V I.

Nulla est hujus Codicis Inscriptio, ac suppresso Auctoris nomine ab his verbis sumit initium.

„ Ano Monsterio nel quale avenne quel bel miracolo del leone el quale
„ servi piu tempo a Frati Cap. p. (e)

„ Il Beato Messer Santo Jerolimo secondo che dice inela fine d' uno suo
„ libro intitulato de Viris illustribus, fu Fiolo duno Nobile Homo ch' ebbe no-
„ me Eusebio duna Terra chiamata Strido inel Vescovado di tenestri della Pro-
„ vincia Anchria ed essendo Jerolimo ancora fanciullo partissi dalla terra sua &
„ andoe a Roma, & qui ricevette la vesta di Xtõ, cioe il Sancto Battesimo,
„ & qui sotto certi Doctori imparoe la lingua greca, ebrea, & latina. Et sot-
„ to i ditti Doctori coo molto studio e fatiga apparoe le scienze mondane. Dis-
„ si a seguitare i costumi, e la vita dei provatissimi Monaci. Et exercitandosi

(e) Quæ in hujus primi Capitis titulo solummodo indicantur *de Leone*, fuse enarrata exhibet Vita ejusdem Sancti Doctoris edita Lugduni Anno 1508. per Jacobum Sacco. Ea si vera sunt, nil mirum, si S. Hieronymi Imagines secum delineatum leonem passim habeant.

„ il dì & la notte nello studio delle divine Scritture attinse quindi con avidità „ quello che poi sparse con grande abbondance. Ora avenne poiche dopo certo tem- „ po secondo che Egli nara inella pistola, che mando ad Heustochia Nobilissi- „ ma Vergine Romana, che avendo egli rinunciato al tutto alla casa soa, & a pa- „ renti suoi, & alla consuetudine de' cibi delicati per desiderio del Regno cele- „ stiale, niente meno legiva, e studiava i libri de Savj mondani, cioè di Tu- „ lio, e di Platone spesse volte. Et avendo di cio rimordimento di coscienzia, „ e spesse volte per questo, & per memoria de suoi peccati passati spargeva gran- „ de abbondancia di lagrime. Et pendendo a legere i libri de Profeti ispiacevali „ i loro rozzo sermone. Unde secondo che dice inella ditta epistola. Io come „ cieco, e non intendendo il vero lume, e non cognoscendo esser in me la ce- „ citade, ma incolpandone il rozzo stile della divina Scrittura essendo cosi in- „ ganado dal antico inimico piacque alla divina Misericordia di coreggerlo del- „ la sua ignorancia, onde avenne che intorno al mezzo della quaresima lo as- „ sali una grossissima febre, & consumolo si che non li rimase se non la bucia, „ & l' ossa. Sicche venendo egli allo stremo della vita sua apparecchiavasi li cosi „ della sua sepultura. Et non essendoli rimaso se non uno poco di calore nel pe- „ cto subitamente fu rapito lo spirito, e menato dinanzi ad una gran sedia d' „ uno Giudice terribile &c.

Capitis primi finis ita se habet.

„ Et cosi tornarono con allegrezza alle case loro nel nome di Dio, e con „ la benedicione del venerabile Messer Santo Jerolimo.

„ Delle altissime laude; & commendazione, che Sancto Agustino scriven- „ do a Cirillo dice di Lui. Cap. 2.

Incipit. „ Ora a voler vedere la eccelencia, & merito del Beato Jeronimo „ Sancto Agustino il el mostra in una soa epistola la quale scrive a Cirillo Ve- „ scovo di Jerusalem a comendacione del Beato Jeronimo, e dice così. O ve- „ nerabile Padre Cirillo non pensare &c.

„ De molte comendazione che Eusepio scrive de lui ad amascho Papa. „ Cap. 3.

„ D' una bella visione che ebbe Cirillo del Beato Jeronimo nel ora del „ transito suo. Cap. 4.

„ D' una bella e magnifica visione ch' ebbe Sancto Agustino del Beato „ Jeronimo, e de molte interogacione che Sancto Agustino gli fece, e delle sue „ risposte. Cap. 5.

„ D' una bella visione ch' ebbe Severo con tre Compagni del Beato Jero- „ nimo il dì del transito suo, e come Agustino illauda altamente. Cap. 6.

„ D' una bella Visione che ebbe Sancto Agustino del Beato Jeronimo, & „ come egli il lauda altamente. Cap. 7.

„ Come Eusebio Discipulo del detto Jeronimo si duole pietosamente della „ morte sua. Cap. 8.

„ Di certi miracoli che narra di Lui Eusebio di dopo la morte nella se- „ conda parte. Cap. 9.

„ Di miracoli, che venero poiche fu sepelito, come & prima della sua „ translazione in Betleem, & come furono translate sue Reliquie a Roma. Cap. 10.

„ Di tre morti resuscitati, che distrussero una grande eresia. Et poi mo- „ rendo un altra volta in quel ora mori el venerabile Eusebio. Cap. 11.

„ Della morte del Ven. Eusebio, e di quelli tre resuscitati dicti di sopra. „ Cap. 12.

„ Delle molte cose che narrarono a Cirillo quelli tre resuscitati diti di so- „ pra delle cose dell' altra vita. Cap. 13.

„ Come

„ Come per divino miraculo fu tagliata la testa a Sabimano Eretico, e „ l' Arcivescovo Silvano fu liberato. Cap. 14.

„ Della sozza infamia chel Demonio fece avere a Silvano, e di tre omini „ che volendolo occidere, occisero loro medesimi. Et come il demonio lo scuso „ poi a tutto il popolo. Cap. 15.

„ De due Alexandrie infedeli liberati da Saracini per li meriti del Beato „ Jeronimo, e come poi se batezzarono e convertirono ben ccc. di quelli La„ troni. Cap. 16.

„ Di due Romani ch' andavano in pelegrinazo al corpo del B. Jeronimo, „ e furono liberati da morte. Cap. 17.

„ D' uno Monastero diben a cc. Donne come per divina sentencia rovinoe, „ e le uccise pronunciando loro cio dinanci il B. Jeronimo Cap. 18.

„ Di due Heretici, che desprefciando el B. Jeronimo di parole l' uno di „ loro perde la parola, e l' altro la vita. Cap. 19.

„ D' un Heretico, che percuotendo d' un coltello nella imagine del B. Je„ ronimo fu morto dal Popolo. Et duno Cardinale, che desprefciando il B. Je„ ronimo, & andando alla latrine morivi miserabilmente. Cap. 20.

„ Duno giovane nepote de Cirillo, come Sancto Jeronimo del libro di „ p'grõe. Cap. 21.

„ Duna monacha divota di sancto Jeronimo come la liberoae di grande „ pericolo. Cap. 22.

„ Duno, che biastemando il beato Jeronimo subitamente fu morto d' una „ saeta e di tre giugatori, che dicendo dispesio del Santo subito sapse la terra „ e trangiotilli. Cap. 23.

„ Duno garzone di 12. anni il quale spregiando il beato Jeronymo subito „ fu portato via dalo Demonio. Cap. 24.

„ Duno prete di mala vita, il quale infino che non fue disoterato del „ sacrato non cessava d' esservi grande tempesta. Cap. 25.

„ Duno giovano devoto di S. Jeronimo, il quale piliando mala via, e „ non lasciando pero la devocione del Stõ finalmente tornò a penitencia. Cap. 26.

„ Duno monaco devoto de Stõ Jeronimo come cade miserabelmente, e poi „ torno al monasterio, e fece asprissima penitentia. Cap. 27.

„ Duno maistro jacopo liberato da morte per li meriti del beato Jeroni„ mo, e duno maestro barbaro resuscitato da morte. Cap. 28.

„ Laude dite generalmente, e finalmente del beato Jeronimo per autorita „ di molti santi. Cap. 29.

„ Finito il libro dela legenda, e de miracoli di miss. Stõ Jeronimo docto„ re eximio, e glorioso. Amen. Amen. Ad laude de Dio.

„ Delo fine e testamento che fece Sancto Jeronimo.

„ Avendo Santo Jeronimo compito novantasei anni, e avendo grandissime Fe„ bre, e per la grande infirmita essendo za aprossimato al ora della morte sua „ fece chiamare asi li soy disipoli, e fioli li qualli aviva nutricati infin della lo„ ro zoventude in le cose de Dio, e reguardando i loro volti pieni di lagrime „ per lo doloro dela sua morte alora esso come pietoso e misericordioso lacremo „ vedendo noi pianzyre, e aprendo la sua bocca in verso de mi Eusebio disse „ con una repusata voce Eusebio perche spandi questi lacrime disutilmente. Ma „ non e cosa vana gitar lacrime sopra uno omo morto. Ma chi e colui, che „ viva e non se vedera morire, nessuno e che ardisca contradire a quello, che „ Dio ha ordenato, e stabilito. Or non sai che nesun puo contradire alla sua „ voluntate. Ormai fiol mio pregote che non vadi secondo la sensoalita, e resta „ di

„ di pianzire peroche le arme dela nostra bataglia non sono corporali ne carnali &c. –

Finis „ o como singolare onore e gloria meraveliosa e quella de santo Jeronimo la quale quasi eccedi lonore e la gloria deli altri Santi poiche quella „ santissima anima non solamente fu accompagnata dali spiriti celestiali, ma presentialmente li fu esso salvatore, e non solamente quella beata anima resplendente in Celo de meravigliosa degnita ma eziandio el suo corpo in terra non „ cessa de resplender de miraculi alla narazione de quili e convenevole de tornare.

„ Come sepelirono quello glorioso corpo de Stō
„ Jeronimo, e miracoli

„ Separata, che fu l'anima de quelo corpo santissimo sicomo e dito a hora de completa de quelo corpo usciva tanto odore, che paria che tutte le „ specie odorifere gli fussero. Nui tutta quela note vegliamo piangendo per lo „ grando dano recevuto benche pur alcuno avessemo sperando dela sua gloria la „ quale za vedessemo, che elo avea reciuta; e fatto di ordenassimo sicomo se „ conveniva li minestri per fare lo obsequio con debita reverencia, e devocione, e poi sepilissimo quelo santo corpo in Betalem a lato al presepio ove nague messer Gesu Xto coprendo quel santissimo corpo solamente de una tila de „ saco, e cosi intera lo misemo.

Finis „ Uno heretico biastemando sancto Jeronimo e dicendo chel suo corpo „ era degno d'esser arso per divina vendetta a dare paura agli altri heretici „ fu mutato in specie de legno, e subito vedendolo tutti quilli che erano li „ presenti vene foco dal Cielo, & in tal modo lo miracolo molti Heretici considerando tanta esperiencia della sua santità furono tirati alla verita della santa fede catolica che piu dero conto in generacione, e generacione apena enunciarti quele cose che Iddio ha voluto demostrare per lui, accio chel magnificasse e a tutti gli omeni il facesse onorare. Amen. Deo grās Amen.

„ Finito e el testamento del devotissimo doctore misser Stō Jeronimo al „ quale sia sempre gloria e honore in secula seculorum Amen. (f)

Codex cartaceus in 4. minori; titulos, litterasque initiales Capitulorum rubro colore scriptas exhibet. Sub initium Sæculi XV. est scriptus.

Ut fidem servem eorum, quæ alibi promisi, de tribus Editionibus, quæ in hac secunda parte ad introeuntium lævam reperiuntur, est differendum.

Hoc in Pluteo I. Codicum jam descriptorum Opus occurrit num. 1. & inscribitur. *De Pietate Aristotelis circa Deum, & homines*. Continet Libros duos

Fortu-

(f) Videsis Editionem Epistolarum S. Hieronymi supra laudatam. In ea ad finem Epistolæ extant S. Augustini ad Cyrillum *de munificentiis Beati Hieronymi*; Beati Eusebii Cremonensis Discipuli S. Doctoris *ad Damasum*; & pariter Cyrilli *ad Augustinum*, e quibus excerpta ea sunt, quæ in singulis Capitulis nostri Codicis exarata reperiuntur. Visum est itaque satis præstitisse cum sola indicatione Capitulorum, aliorumque spectantium ad primum Capitulum, & ad partem Testamenti, ipsiusque finem. Qua de re adnotare juvat, Versionem Epistolarum S. Hieronymi in Lingua vernacula per id tempus usitata, a Matthæo Ferrariensi Fratre Jesuato elucubratam, typis editam fuisse Ferrariæ anno 1497. Quamvis perraræ sint hæ Editiones; attamen in Regia Bibliotheca Parmensi, in Casanaten. Romæ, & in ea Pertusati Mediolanensi, quod sciamus, asservantur, in quibus præter earum Epistolarum Versionem eadem Dialecto vita ejusdem S. Doctoris, & testamentum reperiuntur; his duobus postremis opusculis caret Editio illa, quam servat Bibliotheca Conventus nostri S. Francisci Ferrariæ. Jam vero Auctorem supra laudatum in eam linguam reddidisse S. Hieronymi Epistolas pro certo est exploratum; num vero is idem & Vitam, & Testamentum conscripserit, aliquantulum potest dubitari. Ast cum, ut innuimus supra, e laudatis Epistolis ea excerpserit, quæ in Codice nostro extant de Vita, & Testamento S. Doctoris, haud leve nobis est argumentum, ut sentiamus, ipsum horum opusculorum Auctorem esse posse.

Fortunii Liceti Genuensis ex L. Com. in Archigymnasio Bononiensi Philosophi Eminentis

S. D. N.

Innocentio X. Pontifici Maximo

D. D.

Utini typis Nicolai Schirotti MDCXLV.

Liber secundus *in quo solvuntur objecta contradicentium propositis dogmatibus.*

Duobus his Libris adjectum est aliud opusculum ejusdem Auctoris cum hac Inscriptione. *De annulis antiquis. Liber singularis, in quo diligenter explicantur eorum nomina multa, primæva origo, materia multiplex, figuræ complures, caussa efficiens, fines, usufque plurimi &c.*

Dein. *Auctor Fortunius Licetus ex L. Com. in Archigymnasio Bononiensi Philosophus eminens. Eminentissimo Principi Jo: Baptistæ Cardinali Palotto dedicat.*

Utini typis Nicolai Schirotti MDCXLV.

Prope finem hujus Libri Inscriptio, & carmen legitur ab ipso Liceto elaboratum in obitum Filii sui Joan. Friderici Liceti, qui Patavii diem obiit extremum, vixitque annos XIV. Menses III.

Extant postea Tabulæ eorum Annulorum varietatem commonstrantes, hæque perbelle impressæ visuntur.

In Pluteo XV. num. VI. Opus occurrit *Ptolemæi Alexandrini* Cosmographiam latine versam exhibens. Ad finem octavi, & ultimi Libri hæc habentur. *Claudii Ptolemæi Alexandrini Cosmographiæ octavi, & ultimi Libri finis.*

Præcedit hos libros Epistola dedicatoria hac Epigraphe

Beatissimo Patri Alexandro Quinto Pon. Max. Angelus. (*a*)

Jam itaque ipsa dedicatio confecta erat multo ante hanc Editionem, cum Alexander Quintus anno 1409. in Pontificale fastigium provectus fuerit, & Bononiam se conferens morbo correptus anno 1410. IV. Nonas Maii ibi ultimum clauserit diem. Editio hæc vero non paucis post medium Sæculum XV. annis, ut mox patebit, curata fuit.

Post Librum octavum hæc leguntur. *Hic finit Cosmographia Ptolemæi impressa opera Dominici de Lapis Civis Bononiensis anno MCCCCLXII. Mensis Junii XXII. Bononiæ.* (*b*)

In primo hujus Operis Libro visuntur figuræ rerum, de quibus ibi agitur. Dein ad Operis complementum succedunt XXVI. Tabulæ æneæ, quarum tres ex parte laceratæ sunt; licet id non impediat, quominus legi, & observari queant. Tum vero in prima ultimæ paginæ facie hæc inter cetera iisdem characteribus, quibus totus Liber est impressus, leguntur. *Accedit*

(a) Angelus Decembrius patria Viglanensis latinarum litterarum, & ingenii laude celebris merito Auctor hujus Litteræ dedicatoriæ censeri potest.

(b) *Codicem hunc licet impressum in pretio habendum censeo, cum sit inter vetustissimos in Italia excusos: prodiit enim Bononiæ anno* 1462. *per Dominicum de Lapis. Legenda sunt, quæ adnotantur in fine, ubi homines quidam docti, qui operam suam in ea Editione adornanda posuerunt, commemorantur.* Hæc Mansius in pagellis suis manuscriptis.

Accedit mirifica imprimendi tales Tabulas ratio. Cujus Inventoris laus nihil illorum laude inferior, qui primi litterarum imprimendarum artem pepererunt in admirationem sui studiosissimum quemquam facile convertere potest. Opus utrumque summa adbibita diligentia duo Astrologiæ peritissimi castigaverunt Hieronymus Manfredus, & Petrus Bonus, nec minus correxerunt summa eruditione præditi Galleottus Marsius, & Colla Montanus. Extremam emendationis manum imposuit Philippus Beroaldus, qui Plinii, Strabonis reliquorumque id genus Scriptorum Geographiam cum Ptolemæo conferens, ut essetque emendatissima elaboravit. (c)

In Pluteo XXI. num. I. Opus habetur, in quo majusculis litteris sub initium Epigraphe legitur. *Joannis Tortelli Aretini Commentariorum Grammaticorum de Ortographia Dictionum e Græcis tractarum.*

Anteit Procemium. *Ad Sanctissimum Patrem Nicolaum Quintum Pontificem Maximum.* Atque initium sumit ab iis verbis. *Cæperat olim &c.*

Ad ipsius finem majusculis pariter characteribus habetur. *Joannis Tortelli Aretini Commentariorum de Ortographia Dictionum e Græcis tractarum opus finit. MCCCCLXXI. per Nicolaum Jenson Gallicum Venetiis feliciter impressum. Deo gratias.* (d)

Codex ex eo rarus, quod in membrana excusus est; rarior, quod in membranis candidis, & utraque parte levigatis, subtilissimis; rarissimus, quod characteribus perspicuis, rotundis, lineisque semper paralellis, intermedio vacuo spatio uniformi, & notabili cum amplis ubique marginibus, quæ omnia pulchritudinem, raritatemque Codicis declarant, legentesque summa afficiunt delectatione.

Accedit ad primi Folii faciem ornamentum venustum, quod ob multarum rerum significationem non inutiliter heic describemus.

In supremo Quadrato, ubi prima majuscula littera Præfationis deest, visitur penicillo efformatus Elephas turritus, & ad Turris supercilium in uno latere (cum quattuor angulis, & lateribus sit constructa) legitur *Arx*, estque Militum præsidio munita. Supra Elephantis collum stat puer arcum in manibus tenens tensum, & paratus ad inimicorum audaciam repellendam. Supra Elephantis dorsum sedens humeris ad ipsum conversis Vir, qui inflatis buccis buccina ad auras Malatestianæ Familiæ gloriam spargit, atque milites pedites cum hastis galeati Elephantem quasi percurrunt, & superiori angulo legentis dextro conspicitur littera C, quæ primi verbi initium est: *Cæperam*. Margines omnes auro, coloribus, figuris, stemmatibus, annulisque mutuo insertis penicillo sunt illustrati. Ad extre-

(c) Non inconsulto hæc damus, cum ex iis merito suboriatur suspicio, haud ita vetustam Bononiæ extitisse Typographicam artem, ut annus huic Editioni appositus, (quemadmodum supra vidimus) indicare videtur. Ut multa omittamus, illud unum, quod asseritur, mente recogitemus, scilicet Philippum Beroaldum ultimam dedisse manum ad hujus Operis emendationem. Jam vero vitæ hujus doctissimi Viri Scriptores unanimi consensu affirmant, eum Bononiæ natum Anno 1450. 13. Novemb., ac proinde a natali ipsius die ad annum 1462. & diem 23. Junii, quos hæc Editio ostendit, solum Anni duodecim effluxerunt. Ea autem ætate potuisse illum difficilem hujus Auctoris emendationem aggredi, incredibile est. Ad aliud igitur tempus Editio illa est transferenda, & Bibliopolæ error fuit. Confer Typographicæ artis Scriptores, & ipsum Orlandum Bononiensem, & quod suspicamur non alienum a vero, fiet compertum.

(d) Multos egit annos in Græcia, quo profectus fuit Joannes Tortellius Arretinus Litterarum Græcarum addiscendarum caussa, unde ipsius multas habemus Versiones Scriptorum e græco in latinum sermonem, & hoc Opus præclarissimum de *Ortographia Dictionum e Græcis tractarum* inscriptum Nicolao Quinto, cui erat acceptissimus, diemque suum obiit Romæ anno 1460. Fabritius Tom. IV. Bibliothecæ mediæ & inf. latinitatis lib. IX. pag. 153. tres numerat Editiones hujus Operis Romæ 1471. Vincentiæ 1479. Venetiis 1495. An prior illa Romæ sit adornata, nescio; mihi, omnibusque obvia sit hæc Malatestianæ Biblioth. Veneta editio eodem excusa anno per Nicolaum Jenson. Illud tamen certum erit antiquiorem, Venetiis curatam fuisse Editionem illam anno 1495.

extremum marginem peregrinum in modum insigne Malatestarum Stemma auro illitum, multisque coloribus vividis ornatum erigitur, atque ad ipsius latera duo visuntur Camelopardales (c) vulgo *Giraffa*, Animal quadrupes ad equitandum, ipsique insident duo Juvenes eleganter delineati. Hæc, magnificum esse Codicem, perbelle ostendunt.

Illud tandem animadvertendum est, Editionem hanc non tempore, quo Malatesta Novellus nostræ Bibliothecæ Exædificator extitit, in ea locatam fuisse, cum extremum clausisset diem Anno 1465., & Editio in lucem prodierit Anno 1471. Sigismundo Arimini Principi oblata fuit, additoque postea ornamento jam descripto cum Elefante turrito ad multa significanda, ipse Princeps Museum Litterarum Fratris sui Malatestæ Novelli ea locupletavit.



ANECDO-

(c) Camelopardalis partim ex Panthera, partim ex Camelo est efformata, quo respicit Horatius Lib. II. Epistolarum. Epist. I.

Si foret in terris rideret Democritus, seu
Diversum confusa genus Panthera Camelo.

Et ab eodem Poetic. Epistola ad Augustum veluti symbolum humanarum rerum non cohærentium proponitur. De Camelopardali mentionem faciunt Varro de Lingua latina ad Ciceronem; Eliodorus Æthiopic. lib. 10. Dion. Hist. Rom. lib. 43. & Angelus Politianus Miscellan. Cen. prima, cap. 3.

ANECDOTA

MSS. CODICUM HACTENUS DESCRIPTORUM,

ET ALIA QUÆDAM, QUÆ IN ERUDITORUM

CUJUSVIS GENERIS USUM

VENIRE POSSUNT.

BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ
ANECDOTA, ET ALIA
PLUTEI I. IN CODICE NUMERO I. POSITO.

MONITUM.

EDiturum me sequentem Tractatum de vita, & morte Religiosi Viri Galeotti Roberti de Malatestis, pollicitus fueram in descriptione primi Codicis, Plutei I. pag. 4. adnot. (b). Propemodum postea id consilium dimiseram, quod Clarus Vir Garampius Nuntius Apostolicus apud S. M. C. litteras ad me dedisset, quibus nunciabat, inspectam a se esse Vitam quandam hujus ipsius Religiosi Viri Editam *Muriani* sine anni, & Typographi indicatione, quæ hoc principium haberet: *a te glorioso Dio per molti modi conforta nui, & sue creature ingratissime, che sforzando nui di cognoscere li inganni del Mondo, e de la carne, e del Demonio &c.* Eademque his verbis clauditur: *invocando adjutorio ad esso Beato, per li meriti del quale fu mondata, e sanata. La Festa sua si fa e di dece di Ottobrio.* Ex his enim intelligebam, Vitam, de qua a se visa Vir ille doctissimus me monuit, Versionem esse Veneta dialecto factam Tractatus, quem velut ineditum in lucem edere meditatus fueram. Memoratur a Cl. Mittarellio in Catalogo Librorum Editorum sub annis 1488., & 1493. Una nostri hujus Galeotti Italico sermone scripta, quæ Vincentiæ impressa fuerat sine anni nota ab Henrico a S. Urso; eademque forsitan est hæc Vita, atque illa, de qua a Cl. Garampio acceperam, etsi ab alio Typographo, vel certe alio tempore, ac loco excusa. Denique & anno 1610. Arimini (a P. Christopharo Ordinis Cappucinorum Veruculensi exaratam·) editam comperi Religiosi, de quo agimus, Viri Vitam omnino persimilem ei, quam noster Codex habet, nisi quod illa Italico idiomate (neque tamen Veneta dialecto) scripta est; Codex vero noster latine exaratam exhibeat. Hæc tamen non tanti esse tandem constituit, ut me ab edendo Tractatu, qui in nostro Codice occurit, deterrere deberent. Certe enim, quas modo memoravi, puræ Versiones funr ex Originali Latino Tractatu, quem noster Codex servat, quique, nisi valde fallimur, ineditus ad hanc diem remansit, nemoque est, qui non potius Originalia Opera, quam Versiones, quæ minus fide dignæ interdum sunt, legere malit. Cum igitur Tractatum heic damus; eique Monumenta quædam ad ipsum Religiosum Malatestam spectantia, aliunde quam ex Codicibus nostræ Bibliothecæ hausta, subjungemus.

JESUS

Tractatus de vita, & morte Religiosi Viri Galeoti Roberti de Malatestis Tertii Ordinis S. Francisci Principis Arimani·

„ Gloriosus Deus qnum multifariam, multisqne modis nobis ingratissimis „ creaturis suis suadeat, ut decipulis Mundi hujus & carnis, & Diaboli cogni„ tis, & laqueolis vitatis, ad ipsum fragilis vitæ nostræ terminum fixum tenda„ mus:

„ mus: Qui recte mirabilia, quæ cotidie in servis suis operatur inspexerit, re-
„ cte noscet. Clare constat, quod providentia illa gratiosa summi Opificis, ho-
„ mines preceteris creaturis suis hoc uno ditavit munere, ut computes rationis,
„ & libertatis arbitrii possint, atque sciant ejus supernam gratiam consequi;
„ eamque si voluerint demereri. Nullus enim tantæ temeritatis existat, qui se
„ excusando dicat, non posse propter negociorum mundialium impedimenta, quæ-
„ que Altissimo placita sunt operari; possimus enim satisfacere, si volumus, &
„ sedulo congruentes, & Spiritui. Clare colligi potest ex inspectione beatæ &
„ benemeritæ felicis memoriæ *Galeoti Ruberti de Malatestis Principis ARIMA-*
„ *NI*. Hinc prelati, hinc regulares, hinc Reges, & principes, hinc plebei di-
„ scere possunt, quali via, quo cale procedere possunt, ut & sæculi negotiis
„ implicati valeant cannnice vivere sæculo, & æternam consequi vitam in fine.
„ Quis enim hominum periculosior, quam principum & dominorum status, &
„ præsertim in viro hoc? Hic enim juvenis, hic formosus, hic potens dominus,
„ hic populo dilectus; Quæ omnia maxime suadent ad vicia lapsum. Quæ enim
„ de ejus splendida vita manifesta sunt, attestatione non indigent, ideo taceo
„ quantæ, & qualis animi constantiæ fuerit vir ille tam prospera, quam adver-
„ sa equanimiter tollerando. Adeo quod nemo hominum attestari potest ejus
„ spectabilem faciem quantumcumque maximus & vitæ, & status periculis ali-
„ quali fore dimutatam formidine; in quibusdam etiam & prosperis & placitis
„ vix ejus fore gravem indolem in plausum, aut risum prorumpisse; quam ju-
„ stus, quam misericors extiterit quantuscumque caritate ardenti piam dextram
„ pauperibus (deest porrexerit); Clamor populi, ac multivox ululatus docent
„ clamantis VE VE nobis.

„ Nam patrem pauperum, refugium orphanorum, protector viduarum no-
„ bis abstulit hec atra dies; hic se felicem reputans quod humiles pedes *illos*
„ ex devotione tangere posset. Sed quia vir ille Dei tam prudenter, & occul-
„ te spiritualem ritum ducebat quod multa de ipso notabilia paucis pandita sunt,
„ ne talia dona Dei sopita, & incognita remaneant, expedit, ut aliqua de ejus
„ stupenda, ac mirabili vita dicantur. Et licet id tam eximii & cœlo & mun-
„ do viri facta recensenda HIERONIMI tuba deberetur, tamen urentis carita-
„ tis punctus acculeo, hoc balbucienti incongruo ac desormi calamo aliqua in-
„ feram, quæ certe oris relata veridici narrari possint.

De puerili ejus etate. Rubrica.

„ Vir ille electus ab ALTISSIMO, dum foret ætatis quinque annorum,
„ vel circa, dua (sic) quadam vice Magnus dominus KAROLUS DE MA-
„ LATESTIS princeps ARIMANI ejus patruus, post multorum nobilium A-
„ stantium placita colloquia, peteret dicens. & tu ROBERTE quid velles tibi
„ dari, aut quali velles dignitate frui; verecundus obticuit; tunc replicans pa-
„ truus, dicas audacter, quid velles; Dei nutu dixit, vellem esse pauperem; id
„ ter interrogatus affirmando; & dum Astantes pueriliter eum deriderent, quod
„ vilia & feminea postulasset SAPIENS PATRUUS dixit, quid admiramini,
„ forte deo inspirante posset hic vitam sibi pauperem eligere. CAEPIT enim
„ ut apparet usque a pueritia vitam desiderare pauperculam. Refert enim vene-
„ rabilis Nutrix sua, quod assidue dum puer iret de sero dormitum, per spa-
„ cium stabat in lecto dicens orationes suas, aliter ejus orationes, & Pater no-
„ ster antequam ipsum sopor superaret. Et quod mirandum est multotiens vidit
„ ipsum jam dormientem, & moventem dicendo pater noster.

„ Attestans eadem, quod sepissime inveniebat ipsum dormientem cum ma-
„ nibus supra pectus devote canzelatis.

„ Pa-

„ Patruus ejus vigila cura fovens filium benedictum volebat continuo puerum „ secum in lecto cubare. Audite puritatem sapienti sagacitate præditam! Cum videbat Patruum dormientem secrete surgens indutus jacebat in tabula lignea, ibi „ manens usquequo putaret patruum evigilari debere: deinde in lectum rediebat, „ & cum devotus Patruus antedictus omnia observans, jejunia jejunaret in quadregesima Sancti MARTINI faciebat puerum secum discumbere, & sibi proponi carnes comedere, nam teneram ætatem suam tale jejunium non decebat. „ Ille enim electus a Deo jam volens delicatum corpusculum præbere austeritatibus VOLENS & Quadragesimam custodire, dissimulando carnes comedere „ solum panem manducabat, carnes occulte sub mensa subiiciendo, & tam prudenti cautela quod quasi nemo sciebat. Adeo quod in illa beati MARTINI „ quadragesima, sic fere per totam processit. Sed quedam Venerabiles de domo „ Mulieres id perpendentes, cum accedebant aliquæ vigiliæ vel quadragesimæ „ tales post prandium, & cœnam vocabant ipsum placite facientes cum eis eum „ comedere pisces & olera, ex quo in mensa Patrui solum panem manducaverat. Raefert & quidam nobilis juvenis datus in socium dicto sancto puero „ quod cum esset ætatis annorum decem vel circa, pluries reperierit ipsum dormientem cinctum in nuda carne quadam ispida corda ex equinis setis contexta, „ qua venatores utuntur pro ducendis canibus, quam cordam ipse socius vi removebat a puero; duxit ætatem suam puerilem, & puberem gravibus decoratam moribus, & ne dum in puerilibus & vanitatibus delectabatur, sed sæpe „ consuebat se solum ad PARTEM loci trahere, tumultum obloquentium curialium evitando, & videbatur tacite aliqua sua devota dicere. In decimo „ octavo ætatis suæ anno patruus ipsum matrimonio copulavit, quod novit Altissimus, quantum disonum fuit ab ejus angelico proposito, sed Patruus inscio „ Juvene rem ad effectum traxit in tantum, quod opportuit, illum obedientissimum formidabilis ei Patrui obedire preceptis.

De vita ejus post sumptum Dominium.

„ IN DECIMO octavo sue etatis anno VIR ille DEI ob mortem ejus „ Patrui per beatissimum Dominum MARTINUM PAPAM quintum constitutus Sancte ecclesie VICARIUS simul cum duobus fratribus suis parvulis ARIMANI CAESENE FANI, & aliarum Civitatum, terrarum, & oppidorum regimen, „ & principatum assumpsit, status ac regiminis sui, & parvulorum fratrum, ut „ bonus pater onus benigne portando. Postquam enim vir ille Dei liber a timore, & obbedientia patrui fuit, cepit delicatum corpus gravibus disciplinis „ afficere, & austeritatibus cruciare. Taceo vigilias, jejunia & orationes; nam „ omnes penitus vigilias, & jejunia ab ecclesia instituta & alia plura servabat, „ nisi infirmitates aliquæ ei valde placite suasissent oppositum. Officium canonicum more quornmcumque probatorum religiosorum devote dicendo, & dico „ cum tanta gravitate, mansuetudine & devotione quod, relatu plurimorum dei „ servorum quandocumque illuc accedentium, nulla penitus Religio ubi devotius „ divinum celebretur officium. Et nimirum, nam attestante consortio ejus Spiritnali infrascripto, quod ab eo percepit, sepe devote in hora matutinali VOCABATUR compulsatione hostii cameræ suæ & dare vocem audiebat: surge „ surge fili, hora est. Et hoc ei sepissime contingit, sed numquam scire potuit „ unde talis vox procederet. Sed quedam secreta didici quod nullatenus dimittenda sunt. Vir ille a Deo benedictus assumpta corda ex setis equinis contexta in nuda carne cautus & quodlibet brachium vinctus gestabat, & hoc assidue fecit usquequo habere potuit Cilicium ordinatum ispidis setis contextum, „ quod audivi certe ultra animum gestasse continuo. LECTUS ejus erat, &

 „ conti-

„ continuo fuit per annum quedam tabula lignea, quam sub linteamine ponebat „ super pluma occulte, super qua inductus sua lapsa membra pausabat.

„ Mirabile hoc attende; paulo post sumptionem regiminis pluribus vicibus „ visionem accepit, quod filius beati FRANCISCI futurus esset, quod vir prudens in mente sua discutiens putabat illuxionem fore diabolicam. ARGUMENTANS id fieri non posse propter impedimentum regiminis, & quia erat Matrimonio copulatus. Tamen hoc ei per tempus multotiens contingit, ipse vero dubitans, ut dictum est, sæpe oravit, & per Dei servos orari fecit pro „ certitudine visionis hujus.

„ Quadam enim nocte, dum in orationibus vigilasset, & sedendo solus „ quiesceret, ecce ipso vigilante apparuit ei Fraterculus quidam ex ordioe beati „ FRANCISCI cum habito toto paupero, & lacerato quem videns pavefactus „ se signavit signaculo Sanctæ Crucis, dicens quis es tu? Tuus pater, dixit, „ ne timeas, sum FRANCISCUS, veni ad te ut te certificem de visiooe tua; „ quod tu futurus es meus filius; ipse & se signabat, & Pater ipsum confortabat „ id affirmans ei. Vir Dei ASSUMPTIS avitis viribus cum magna reverentia „ dixit ROGO PATER si hoc verum est quod signum aliquod in personam meam osteodas, quo certificari possum de hoc quod mihi dicis, tunc „ FRATER ille subito evanuit; Et statim apparuerunt quinque magnæ plagæ „ in corpore viri ante in pectus, & post terga, magnam sanguinis, & saniei quantitatem emitentes, quæ ipsum tam intenso dolore gravavit, quod videbatur „ quasi deficere. Hæc vulnera passus est tota illa die, adveniente sero vulnera, „ sive plagæ evanuerunt, & liber remansit, ac sanus, & retulit mihi spiritualis „ ejus socius, ac frater in regula, &. coadiutor in divinis officiis; postea vidisset camisiam, quam tunc super cilicium portabat, sanguinolentam, & tabefactam in loco plagarum; quod vir dei videns magno stupore territus prudentissime putabat super eo, & timens illuxionem fore. Et pluribus orationibus „ ob id factis, & consultis Confessoribus suis, tandem dimissa dubitatione, quomodo possit effici frater existens uxoratus. Altissimus ipsum inspiravit, quod „ posset uxoratus tertium ordinem beati Francisci suscipere, quod & sui Coofessores ortati sunt, & id mandavit executioni. Nam in die festo beati patris „ FRANCISI anni 1431. in sua devota Capella suscepit habitum benedictum „ nostri Tertii Ordinis me presente. Obmittendum non existimo quomodo Dominus „ noster Jesus Christus ob preces beati PATRIS NOSTRI FRANCISCI voluerit dictum suum filium adhuc in carne viventem aliquali caelesti recreare „ dulcedine. Quadam enim vice dum in Capella sua in orationibus esset, ecce „ ad instar patris FRANCISCI apparuit ei SERAFICUS, ipsumque tali affecit dulcedine, quod collocans corpus suum, per ut piogitur beatus FRANCISCUS, quando stigmata recepit, adhærens muro Capellæ devenit in extasim. „ Contingit quod vadens ad capellam quædam venerabilis, ac spiritualis, & forte beata foemina soror nostra respiciens ipsum sic manentem, ipsum noluit impedire, sed expectabat videre quod sequeretur: & retulit per horas ipsum „ expectasse antequam rediret ad sensum. Cum enim spiritum reasumpsit ploraos, & quasi reviveret respirans pluries dixit erga mulierem. O Mater quanta & qualia vidi, o, qualia sensi. Deinde ascendit quam melius potuit ad locum chori Capellæ, & ibi satis mansit cum tot & tantis lacrimis, & suspiriis, „ quod erat compassibile, se humilians, & indignum peccatorem appellans: Stetitque circa tres dies attonitus non audens ambulare, ne caderet. nam cum „ respiceret, videbantur oculi ejus videre omnia plena scintillis lucis, adeo quod „ nihil clare intueri poterat. Haec enim duo notabilia a consortio suo spirituali didici quia qui mihi post mortem illius benedicti recitavit, & dum interrogarem antedictum ejus socium, quomodo hoc noverit, dixit mihi, quod

„ hoc

„ hoc sentiens ab illa venerabili muliere, ipsum virum dei quadam vice coegit, „ ut sibi hoc patefacere vellet, caritate, amore, & ob obedientiæ reverentiam. „ Erat enim tunc socius prior inter eos & ei poterat præcipere.

„ Nam, ut essent subditi Sanctæ obbedientiæ, vicissim de tempore in tem- „ pus unus ex eis erat major inter eos, alius vero obediens. O Humilitatem maximam VIRI!

„ Sed oportuit quod ipse socius firmissimis promissionibus promitteret id non „ manifestare, & sic ipso Viro Dei vivente, socius ejus numquam manifestavit. „ Predictus enim consocius ejus, ex quo effectus est socius, qui tunc erat mi- „ nister regulæ, timens; ne austeritates obessent Viro DEI ad vitam, præce- „ pit quod cilicium omnino dimitteret. Et sic dimisit; tamen cordulam ex setis „ reasumpsit, & ipsam continuo portabat: fecitque ipse consocius dimitti lectum „ tabulæ, & voluit, quod dormiret in Lecto, sed raro dormiebat: quia ut plu- „ rimum super paleas inductus; & quia ex nimia vigilia, & infirmabatur, di- „ centibus medicis, quod ei opportunum erat dormire per septem horas ad mi- „ nus, ejus consocius coegit eum ad dormiendum, sive ut dormire conaretur se- „ ptem horis cum dimidia, sed ut dixi inductus dormiebat, & camisiam laneam „ portabat. O felix socius tam angelici viri, atque obbedientissimus ille humili- „ ter aquiescebat.

„ Nec me extendo quantum vigili, ac attenta devotione circa officium di- „ vinum, & Missas in capella sua celebranda attente vacabat cum sollemnitati- „ bus maximis, & merito. Nam Capella illa erat ornata multis notabilibus Re- „ liquiis, & ex spinis coronæ Domini valde mirandis. Refert enim Socius ejus, „ & bona fide dignus, quod contingit in civitate ARIMANI, quod quidam pau- „ perculus obsessus a Spiritu immundo, & continuo per plures dies die noctuque „ clamabat alta voce cum tam diris & terribilibus ululatibus, quod erat quod- „ dam compassibile, & non sinebat vicinos astantes dormire de nocte, & erat in „ loco, quod audiebantur voces de domibus curialibus viri DEI. Motusque com- „ passione dixit erga socium, frater volo quod videamus si DOMINUS NO- „ STER IESUS CH. meritis passionis suæ & coronæ sanctissimæ dignatur istum „ miserandum liberare a manibus hujus crudelis spiritus ipsum tam crudeliter ve- „ xantis. Mane sequenti confessi propria peccata Vir DEI, & socius cum maxi- „ ma devotione accensis luminaribus, acceperunt unam ex spinis Coronæ DOMI- „ NI, & euntes ad quandam fenestram prope Capellam, unde voces audiri po- „ terant demoniaci, signavit vir dei cum tabernaculo, ubi erat spina versus lo- „ cum ubi ille clamabat. Et facto signaculo Sanctæ crucis cum dicta Spina ver- „ sus illam partem, subito ille clamans obticuit, & liberatus est, propter quod „ viri DEI gaudentes gratias egerunt Altissimo. Circa matrimonialem copulam „ audivi a quodam ex Confessoribus suis, quod oportebat, implere virum Dei „ ex onere conscientiæ ad reddendum debitum uxori juvenculæ; & audio quod di- „ cebat, quod prius vellet asperrime torqueri, quam ad carnalem devenire co- „ pulam. Tantum enim Sanctissima castitas ei placebat, quod & putabat offen- „ dere DEUM in matrimoniali copula. Mos ejus erat, quasi omni ebdomada, „ & frequentius confiteri peccata sua, & sæpissime sumere corpus CRISTI, quo- „ tidie ex ordinato præcepto faciebat pasci tres pauperes, similiter tres faciebat „ adduci in secreto domus qualibet sexta feria, quibus discumbentibus ipsemet „ serviebat, eorum pedes prius lavando devote, & lotos quantumcumque ulce- „ ratos osculabatur, & humilitate maxima. Sed illa summa devotio erat, quando in „ Die caene DOMINI duodecim pauperes, qualescumque forent, adduci faciebat, „ aliter precipiebat. Ipse ejusque socius spiritualis pedes eorum lavabant, & lo- „ tos osculabantur; Et vidi ego, & plures notabiles viri, quod ille benedictus „ ad hos lavandos adherebat, qui magis tabefacti, & marcidi apparebant, oscu-

„ la

„ la minime abbhorrendo; ſacerdotibus interim mandatum legentibus; multa, „ & notabilia, & devota in vita ſua ſervabat, quæ vidi, & audivi a ſocio. „ Ipſe enim ſocius ſæpe audiebat ipſum in tam magnis fletibus, & ſuſpiriis quod „ erat mirabile, & foret longum narrare.

„ Sed hoc colligi poteſt, & ſæpe conſiderari quod nunquam minima parte „ non remanſit, nec preteribat, quin utilia aliqua faceret in Statu honeſto, & „ ſancto regimine, aut in divini officii celebratione, aut in orationibus, aut in „ ſacrarum Scripturarum ſtudio; bene putent familiares, & caeteri, quod vir „ ille DEI nunquam audiebatur nedum laſciva loqui, ſed nec inutilia, nec o- „ cioſa verba proferre. Et multotiens interrogatus quare tantæ taciturnitatis e- „ rat, & quare non delectabatur cum civibus, & familiaribus magis colloqui, & „ aliqua placita dicere more aliorum dominorum.

„ RESPONDEBAT non bene eſſe loqui, & perloqui maxime, maxime „ ubi fructum verba non parerent, & in eo amitteretur. Et quidquid per alios „ loqueretur, locutiones ſuæ ſemper redibant in ſpiritualia, & exemplaria ver- „ ba, & id temporis, quo pro neceſſitate naturæ dormiebat ſibi videbatur orio „ tradidiſſe. Sicut in Vere palmites arbor, & virgulta pululat; ſic de viro „ DEI quotidie pululat, & aperiuntur ſecreta, & non multis pandita, pia, & „ exemplaria geſta: poſt hujus opuſculi primam ſeriem mihi confirmavit quidam „ venerabilis ſervus DEI, qui ſecretorum ſuorum conſcius ſatis fuit, apparitionem „ fratris & ſerafici veram eſſe, & etiam ſibi notum fuit.

„ Sed de ejus fervida caritate, & ardenti deſiderio infirmos viſitandi quae- „ dam nuper ſenſi, que vir DEI ſecreta tractabat, ne foret cauſa ſcandali, & „ murmurationis ſuorum. Cauſa enim murmuris fuit quia nobiles & familiares „ ſui videntes ipſum tam fervidum ad vitam ſpiritualem dubitabant, & time- „ bant quod dimitteret regimen, & dominium, & clam arrepta fuga, intraret „ heremum vel regionem aliquam; dicitur per multos, quod id executioni man- „ daſſet, niſi confeſſores ſui ipſum feciſſent conſcium de ſcandalis, & forte ſta- „ tus illius ruina ex inde ſecuturis: propter quod ex oppoſitum erat ſuis fami- „ liaribus ipſum virum dei converſari cum perſonis ſpiritualibus putabant enim „ quod homines ipſi ſuaderent id quod Sancti Spiritus gratia ipſum infundebat. „ In Civitate ARIMANI fuit quædam paupercula, quæ vocabatur Maria a pla- „ gis, ſive plagata, nam per octo annos, vel circa ſtetit continuo jacens in le- „ cto, & non valens niſi quantumcumque per alios movebatur de loco ad lo- „ cum ſe movere. Erat enim tota vulcerata, & ejus terribilibus vulneribus, & „ tam profundis, quod profundabat ad interiora. Saepe enim videbatur, quod per „ vulcera ſtillabat vinum & paſtus immediate poſt cibi ſumptionem; hæc fuit vere „ martir. Nam cum tanta patientia, & devotione vitam hanc duxit infirmam „ quod fuit mirabile: perſpicaciſſimos enim ſpirituales ſenſus habebat. Ipſa nam- „ que in colloquiis ſpiritualibus tam egregie loquebatur, quod non mulierculæ, „ ſed ſapientiſſimi viri ſermones cenſeri potuiſſent. Hanc vir dei ſummopere di- „ ligebat, & ſaepe viſitabat. Sed ut tolleret ſuorum murmura, de nocte clam „ ſumpto ſocio ibat ad dictam panperculam ipſamque viſitabat, & conſolabatur, „ cum ea plura ſpiritualia colloquia tractando, non abbhorrens ipſam vulceratam „ videre, tangere & ſibi mederi cum humilitate maxima, didicitque arden- „ ti caritate unguenta componere qui propriis manibus componebat. Poſtmo- „ dum adveniente nocte ferebat unguenta, & paniculos, ſive petias ad meden- „ dum, & ipſi medebatur dulciter, ipſam hortans ad patientiam amore Domini „ N. J. C. Fuit & quidam Hyſpanus, qui patiebatur maximum fluxum ſangui- „ nis in imis partibus anterioribus, qui ſic infirmatus apulit ARIMANUM, ve- „ niens ab Urbe, & de Terra Sancta, quem cum vir DEI comperit, fecit „ ipſum collocari in quadam domo non multum diſtante a Domibus ſuis curia-

„ libus

„ libus, hunc saepissime visitabat. Attende in fervorem Caritatis. Quadam vi-
„ ce eo tempore, quo super cilicio portabat camisiam lineam dum visitasset hunc
„ Hyspanum, videns ipsum carentem paniculis ad percipiendum sanguinem stil-
„ lantem, vadens in partem domus, exutus camisiam lineam ipsam laceravit, &
„ tradidit in frusta infirmo. ipsum abluendo, tergendo, & fovendo dulcissime.
„ Consuevit vir dei in Sexta feria visitare quaedam indulgentiarum loca cum
„ paucis ex familiaribus, & eundo, vel redeundo manifeste intrabat quædam
„ hospitalia, familiares extra relinquens visitabat pauperes, & infirmos, ipsos
„ tangens, fovens, & confortans, eisque ex imo corde compatiens; & refert ille
„ suus nobilis jam consocius antedictus, ac & alius nobilis socius, & sibi fidus,
„ pluries vidisse quando tangebat, tergebat, & lavabat ulcera infirmorum cum
„ verbis blandis, & compassibilibus, non secus quam si genitoris sui infirma
„ membra curasset. Ordinabat, quod in loco occulto domus suæ per devotam
„ uxorem suam fiebant fercula delicata, & fostentabilia, ipsamque deinde mit-
„ tebat infirmis, & vina preciosa, & aromata, & queque necessaria; plures e-
„ nim certe necessitate periissent, nisi ejus propiciatus caritas subvenisset. Si enim
„ personaliter visitabat infirmos, & pauperes putandum est quod eis in oportu-
„ nis subveniebat, ideo ad hæc non me extendo. Nam magis est viri humilitas
„ quam opum distributio consideranda. Quid plura? certum est quod non lice-
„ bat ei se dejcere, & vilipendiis tradere propter principatum, in secretis collo-
„ quiis detestabatur principatus sarcinam non aliter quam quisque sensualis ca-
„ lamitates maximas abbhorreret. Tunc mente jubilans compressuras, vel infir-
„ mitates ipsum pati contingeret. Ex eo tempore quo passus est fistulam in imis
„ partibus ipsum valde gravantem, a qua demum per suorum curam, & instan-
„ tiam sibi mederi liberatus est; delectabatur, & gloriabatur in exercitio infir-
„ mitatis illius, ut in ipso inhabitaret virtus DNI. N. J. C.

DE MORTE VIRI DEI.

„ Dicitur quod quidam dei servus, quem cognosco, predixit viro DEI
„ circa quattuor menses ante ejus obitum, quod prepararet se & vacaret circa
„ facta animæ suæ; nam de proximo oportebat ipsum pati mortem, aut exi-
„ lium. Cui Vir DEI satis fidem adhibuit. Nam alias idem Dei servus ipsi
„ viro DEI vera prædixerat & ab inde in antea omni die semel vel bis confi-
„ tebatur peccata sua & pluries dixit cum aliquibus ex familiaribus alacriter lo-
„ quens se fore proximum morti. Et quia cœpit infirmari infirmitate, qua
„ mortuus est, dixit uxori sue non evasurum ab infirmitate illa, & quod id be-
„ ne sciebat. exeunte mense septembris ann. 1432. vir DEI infirmatus est febre
„ continua, & sic infirmus stetit circa sexdecim dies cum devotione maxima.
„ Continuo officium usque quo potuit dixit, & cum deficeret quod dicere non
„ poterat faciebat ipso audiente dici. Refert Spiritualis ejus socius quod ante
„ infirmitatem colloquens de morte sua dixit ei; o Pater, & Frater: quantum
„ gratias mihi prestaret ALTISSIMUS, si contingeret me discedere ab hac
„ vita infra dies sollemnitatis beati Patris nostri FRANCISI? Quod benignus
„ pater exaudivit. Nam die decimo mensis octobris in ortu solis infra octavam
„ beati Patris nostri FRANCISCI vitam terminavit nondum finito XXII. sue
„ etatis anno. Vere condecens hora fuit transitus viri DEI. Nam sicut lux
„ solis adventu fugatis tenebris illuminat orbem, sic lux & gratia DEI adve-
„ niens eum creaturam suam vocavit; Beata anima relictis hujus vitæ & carnis
„ inepte tenebris radiavit ad ethera. Non expedit, quod me extendam cum
„ quali devotione sacramenta sumpserit Ecclesiæ. Sed quia in ejus transitu que-
„ dam valde mirabilia visa sunt, quibus deberet cor uniuscujusque, nisi forte

„ lapi-

„ lapideum foret terrore concuti. Quedam ex eis que contigerunt hic narrabo „ quam melius potero divina inspirante gratia. Vir Dei per triduum ante mor- „ tem quantacumque preintensa febre videbatur vacillare, & que sanus tractabat „ sibi representabantur. Nam pœnitus sermones ejus erant de verbis Sacre Scri- „ pture, hymnos, & ecclesiastica quedam cantabat, & psalmos proferebat. Et „ in sanum intellectum revertens, & sæpe cantabat hymnos GLORIA in excel- „ sis DEO, TE DEUM laudamus, & similia. Ordinavitque & anrequam ve- „ niret ad extrema, quod cum foret in extremis legeretur psalmus Athanasi — „ Quicumque vult salvus esse — & quod distincte & attente legeretur ut ipse in- „ telligere posset, & hoc dixit velle propter temptationes, quas demones im- „ mittunt de fide in extremis, & sic factum est. Invocabat enim Dominum Je- „ sum cum devotione, quali putare potes. Dicunt enim socius ejus spiritualis, „ & venerabilis serva Dei soror Michelina paupercula ordinis Sancti Augustini, „ qui assidue prope ipsum erant, & alii Religiosi viri quod per totam noctem „ ultimam vitæ suæ visus est stare in maximis contemptionibus. Sed quia jam „ lingua balbutiebat non aperte in totum poterat loqui, sed bene, & certe cogni- „ tum est per omnes adstantes ipsum fore sani intellectus. Nam se vertebat ad „ loquenres & aliqua dicebat, & annuebat ad propositum, tamen per duas horas „ ante ejus obitum cæpit aliquando terribilis vultus monstrare, postea clarificabat „ visum, & conabatur fortiter loqui, quasi disputaret, & contemptiosa verba „ proferre vellet.

„ Et inter cætera videbatur quod sibi dubitationes immiterentur de Cruce „ per demones, quam ibi habebat ante faciem. Ipse robuste respondebat satagens „ loqui, & multa verba dicebat, & nominabat Constantinum, & Sanctam He- „ lenam ejus matrem. Montem ubi fuit Lignum Crucis, mortuum suscitatum, „ & multa alia, que sunt in inventione Sanctæ Crucis, & recitabat victoriam „ habitam contra exdram, & exaltatione Sancte Crucis. Benedicta serva Dei „ Soror MICHELINA, & alii affirmabant, & dicebant cum eo sic fuisse veri- „ tatem prout ipse dicebat de certitudine sancte Crucis. Ipse gaudens respiciebat „ eos, & verbo, & actu gaudenter affirmans, & sic multum locutus est, & „ post multa verba cæpit gaudere & extollere manus in altum dicens gaudenter „ pluries VICTORIA VICTORIA amplectens stricte Crucem, & osculans. Po- „ stea per aliquod spatium cepir terribilem faciem demonstrare, & videbatur ali- „ quem velle expellere cum manibus, dicens pluries vade vade, nihil habes hic, „ vel similia verba. Et tunc Soror MICHILINA ortans ipsum ut pugnator for- „ tis exstiterit, domine spue in visum illorum maledictorum, qui te molestare „ volunt. Ipse vero spuere conabatur, postea cepit letifieri in visu, & gaudere, „ & multa consolatoria verba dicere. Inter cetera extollens manum gaudenter „ dixit, ecce video caelos apertos, certe attestantibus socio & sorore predictis, „ & dum Soror MICHELINA ipsum exortabatur semper ipsam grato visu exau- „ diebat, & demum post aliquod spatium, & post aliud prælium cum facie gau- „ denti, qui ridens obdormivit in DOMINO.

„ Retulit mihi consocius ejus spiritualis, quod ipse vir DEI magno fervo- „ re desiderabat pati martirium, quod vere putavit fieri quia aliqui in civitate „ ARIMANI contra ipsum conjuraverunt. Sed non placuit Altissimo. Nam mi- „ rabilis fuit evasio sua; & revocatus fuit per populum in dominium per con- „ juratos arepta fuga. Sed Misericors Dominus, qui fidelium suorum vota be- „ nignus exaudit ipsum Martirem esse dignatus est. Namque nocte illa ultima „ tot & tantas terribiliores penas, ac presuras pati visus est, quod vere „ martirem possumus ipsum reputare.

„ Tacendum non puto aliter, reputo humilitatem maximam viri, qua „ suum ordinavit funus, & corpus voluit humili modo recondi: precepit enim

„ corpus

„ corpus ejus folummodo indui sola tunica vilissimo panno facta, cum uno bireto usque ad aures more Fratrum in capite absque camisia, vel aliis indumentis, & descalciatus; jussitque corpus ejus nullatenus sub lapide tegi, sed simpliciter fieri foveam in medio cimiterii in loco Minorum, & sub terram more pauperum sepeliri cum quattuor cereis, precipiens quod nullus ob ejus mortem indueretur nigro & sic factum est, ut precepit, & sepultus est in medio cimiterii ante portam majorem Ecclesiæ Sancti Francisci. Ad laudem omnipotentis DEI, & gloriam Beati Patris nostri FRANCISCI erga filios suos benigni & propitii. (a)

LAUS DEO AMEN.

Monumenta hæc sunt, inter quæ ratione præstantiæ, ac temporis principem tenet locum Breve Eugenii IV.

Anno 1431. Maii
Galeoto Roberto de Malatestis
Eugenius PP. IV.

„ Dilecto filio salutem &c. Cum nobis religiosum vitæ tuæ propositum, ac sanctimoniam nonnulli retulissent, lætati sumus in hiis, quæ dicta sunt Nobis. Cur enim non magnopere lætari quisque debeat vicem tuam, cum veritas dicat: gaudium esse Angelis super uno peccatore pœnitentiam agente? Non enim hominis sæculi curis impliciti, sed Religiosi Monachi personam te gerere affirmant; quamobrem si hanc sanctiorem vivendi normam ita sectaris, ut tuos, tuæque curæ ac sollicitudini commissos non negligas, dicemus una cum Domino ac Redemptore nostro optimam te partem elegisse, quæ abs te numquam auferatur. Ceterum vide, quæso fili, ne dum pietatem ipsam cum Religione colere pergis, in impietatis labem incurras. Est enim ut nosti omnium virtutum origo, ac fundamentum Caritas, quæ fere aliud nihil est, quam Dei & proximi vera dilectio. Sed qui alteram ejus partem amplectitur, alteram deserit, caritatem non habet, sine qua quis contemplativam se vitam adeptum esse audeat affirmare. Unde veritatis ipse Magister, cujus omnis actio vivendi nobis exemplum est, & si aliquam Vitæ partem supernæ contemplationi dederit, ministerium tamen suum, quod complendum ei mandatum fuerat, numquam deseruit. Nos vero, qui Omnipotenti Deo Anctore pastoralem Apostolicæ Sedis curam gerimus, si amissa publica, atque universali fidelium plebis sollicitudine Monasterium colentes, orationi, & contemplationi dumtaxat incumberemus, quæsumus, quis nos Pastoris, seu Episcopi nomine dignos arbitraretur? Qui vero adeo humanarum necessitudinum vinculis soluti, & expediti sunt, ut cum de se quidvis disposuerunt, negligentiæ seu impietatis accusari non queant, si tamen obmissis omnibus, solam divinarum rerum, & futuri Sæculi curam induunt, multa quidem laude digni censendi sunt. Quamobrem commendamus in Domino sanctum propositum vivendi tuum, dum tu conserves modestiam, temperantiam, ut dum tibi prodesse cupis, multis injuriam non inferas, qui cum sua aliis subtrahunt, & qui unicuique jus suum non reddunt, eodem fere in vitio sunt. Potes enim si sapis; sapies autem si voles, & si ut facis in Domino spem tuam pones, utrique dare operam, a-

(a) Quamvis suppresso Auctoris nomine occurrat in Codice Tractatus iste *de vita & morte* Roberti de Malatestis; attamen, quæ in eo describuntur, Ordinis mei Alumnum esse ostendunt. Si scire aveas, quisnam fuerit is S. Francisci Alumnus, multa MSS. hæc referunt: *ut in ejus Vita a Patre Nicolao ejus Teologo descripta videre licet*.

„ ctioni videlicet, & contemplationi. Omnia suum habent tempus, & cum commissis curæ tuæ populis jus dederis, negotia aliqua tractaveris, aliqua Viris bonis Ministris tuis tractanda commiseris, tunc te ad orationem divinarumque rerum meditationem confere. Dein (sic). Rursum vicissim eandem curam recipere. Sunt præterea dies Festi, divinoque potissimum cultui dedicati, noctes, & nonnullæ temporum partes, quas prudens rerum indagator eligere facile intelligat, qua sane distinctione, & moderatione servata, utrique rationi satisfacias, utrique deservias, tibique demum, ac tuis morem geras, quod si feceris; non autem, si prudens eris, id te facturum ambigimus, erit id quidem in conspectu Altissimi acceptissimum, neque apud homines amplissima laude, gloria, & benevolentia defraudaberis &c. &c. (*b*)

In Pergamena instar rotuli oblonga, cujus latitudo est quattuor digitorum, quæ asservatur etiamnum in tubo laminæ attenuatæ apud F. F. Min. Conventuales Arimini hæc inter cetera habentur.

„ Eodem omnino tempore (idest Eugenii IV.) vivebat in alio Conventu tria circiter miliaria longe ab Urbe Arimini supra montem Paradisi (nunc Conventus Eremitarum vulgo *dei Gerolmini*) nobis, Tertiariisque nostris a Carolo Principe dato, Galeottus Robertus, ejusdem Caroli Nepos, Pandulphi, & Alegræ Brixianen. filius licet spurius, Frater legitimatus D. Sigismundi, cui Galeottus idem suum Principatum renunciavit, ibi angelica potius quam humana vita usque ad obitum ducens in amplexu Domini ad gloriam transiit decimo Octobris MCCCCXXXII. cujus corpus Ariminum delatum ad hæc usque tempora ante Fores Ecclesiæ jacet miraculorum virtute, & sanctimonia illustris (*c*).

Ex

(b) Ex Lib. XI. Secr. Eugenii PP. IV. pag. 4. inter Brevia Mensis Maji Anno I. Hoc Breve transcriptum accepi a Cajetano Marinio altero ex duobus Romani Apostolici Archivii Præfecto, viro erudito, & studioso, mihique antiqua consuetudine conjuncto.

(c) Ex his multa esse colligenda videntur ad ea firmanda, quæ verti solent in dubium. Sunt, qui existimant, supra Montem nomine Paradisi designatum, solos Ordinis mei Tertiarios vitam degisse pœnitentem, non autem Alumnos ipsos S. Francisci Min. Convent., ac proinde Scriptorem ex Nostris in Mſ. inscripto *Provincia Bononiæ* pag. 207. hæc congessisse. *Mihi dicendum remanet, quod Galeottus Robertus Pandulphi Malatestæ Filius .... obtinuit a Carolo ejus Patruo aliam Ecclesiam Virgini Mariæ dicatam in sublime Clivi Covignani sub titulo Paradisi, & advexis propriis domibus Conventum ædificavit, quem Minoribus Conventualibus de Arimino donavit, ibi dictus Galeottus, nec non Frater Angelus ejus Socius habitu Tertii Ordinis S. Francisci induti insimul convixerunt sanctam vitam ducentes non sine gravi pœnitentia, & jejunio, uti plurima miracula, quæ dictus Galeottus & vivens, & mortuus patravit, comprobarunt, ut in ejus Vita a P. Nicolao ejus Theologo descripta videre licet &c.* Jam vero si in laudata Chronica legitur: *Eodem omnino tempore ... vivebat Robertus in alio Conventu ... nobis, Tertiariisque nostris a Carolo Principe dato*, liquido constat Fratres Minores Conventuales Sancti Francisci una cum Tertiariis ejusdem Ordinis Paradisi locum incoluisse. Eo vel magis, quod in eadem pergamena paragrapho præcedente memoria extat, qua ostenditur ab anno 1396. Minores Conventuales habuisse Conventum appellatum *delle Grazie*, qui distat a dicto Covignani loco unius miliarii spatio, ac proinde nil verosimilius, quam Religiosos nostros Conventu ædificato ibi accessisse, moramque traxisse ad divina una cum Principe officia celebranda. Deinde si fides habeatur iis, quæ in ea pergamena occurrunt, non in Arce S. Archangeli, ut censet Clementinus Histor. Ariminen. in Libro VIII. partis II. pag. 266. & alii Scriptores, Robertus noster supremum clausit diem; sed supra Montem Paradisi: *ibi Angelica potius quam humana vita usque ad obitum ducens in amplexu Domini ad gloriam transiit decimo Octobris MCCCCXXXII.* Tandem nonnulli Scriptores falluntur dum scribunt, B. Robertum Arimini vitam cum morte commutasse, cum indubia res sit, ejus corpus *Ariminum delatum ad hæc usque tempora &c.* Annos similiter ætatis suæ Robertum 20., dum e vita migravit, numerasse dicunt; quod falsum est; sed mortem obiit ætatis suæ anno 22. nondum expleto.

Ex Actibus B. Cattarinæ Bononiensis hæc plane constant.

„ Che Margarita d' Este rimasta Vedova fu promessa in Isposa ad un gran
„ Principe, e di ciò rammaricata dolevasi con la Beata, perche essendo stata
„ Compagna di Roberto Malatesta Principe d' incorrotti costumi, e di santa Vi-
„ ta avea protestato di non piu rimaritarsi, e fu assicurata dalla Beata, che non
„ andarebbe a marito, e si verificò, poiche nella mattina della sua partenza com-
„ parve un Corriere con avviso, che lo Sposo era morto.

Ex Testamento in Archivio Ariminen.
rogato a Francisco Paponi anno 1455. die 24. Junii.

„ Giuliano da Fano Condottiere di gente d' armi a stipendio di Sigismondo
„ Signor di Rimino fece un Testamento li 24. Giugno 1455. Indictione III.,
„ nel quale ordinò che a spese dell' eredità sua si erigesse nella Curia di S. Lu-
„ garino una Celletta, e questa s' ornasse a pitture rappresentanti N. Signore
„ Gesu Cristo in Croce, e la Gloriosa Vergine, e fra altri Santi l' imagine
„ *Beati Galeotti Roberti de Malatestis*. Questo dimostra mirabilmente, come ezian-
„ dio appresso le persone d' armi non certamente le piu divote fosse illibato quel
„ concetto di Santità, nel quale finì i suoi giorni quel Principe, e pel quale
„ venne dal Cronista Forlivese, e da altri Scrittori contemporanei, che certa-
„ mente ho veduto, chiamato subito dopo sua Morte per Santo (*d*).

Pius II. Summus Pontifex
in suis Commentariis lib. X. pag. 257.

„ Galeottus mitis ingenii fuit, Religioni deditus, gloriæ, atque Imperii
„ contemptor, justi tenax. Hunc per insidias Sigismundus regno dejcere conatus
„ est, suadens Ariminensibus inutilem Civitati præesse, qui dies ac noctes in
„ templis ageret, & divina contemplatione contentus societatem humanam ne-
„ gligeret, sed si vocetur in communi victurum, nec passurum cujusvis hominis
„ injurias illatas iri. His actibus concitatus populus arma arripuit, totaque Urbe
„ tumultuarie in forum prorupit, Civitatemque haud recte gubernari exclama-
„ vit. Galeottus, qui tunc in Palatii Sacello loquebatur, percepto clamore ple-
„ bis, Crucem auream ex Ara corripit, & occurrens armatis in foro Civibus,
„ intelligo, inquit, Fratres commotionis vestræ causam, non placet meum re-
„ gimen, inviti me fertis Dominum, non est opus armis, cedo libens Principa-
„ tui. Ite, & quem vultis accipite Principem: nulla erit in me mora, priva-
„ tus mihi in Deo vivam melius. Vobis expedit diligenter animadvertere, quem
„ mihi successorem detis. Verterunt Cives alter ad alterum oculos, & erroris
„ puduit plebem. Sedatus est illico tumultus, & armis abjectis rogaverunt Pri-
„ mates populi Galeottum ne se desereret, neque multitudinis dementiam ulci-
„ sceretur, adiret ad Solium suum, & pro sua consuetudine Civitati consuleret;
„ paruit Galeottus, triennique deinde cum summa Civium gratia regnavit. Ac
„ inferius Galeottum quasi Sanctum coluerunt, & ad sepulcrum ejus vota fe-
„ cerunt.

(d) Ab erudito æque, ac nobili Equite Francisco Battaglini, qui multum operis impendit ad Patriæ suæ Arimini Historiam illustrandam, hæc, uti transmisit, & accepimus, & luce donavimus.

Oratio
Francifci Uberti Cæfenatis Oratoris,
& Poetæ
In funere Dominici Malateftæ Novelli
fub initium, dum Malateftiam
Familiam laudibus profequitur.

„ Quin etiam Domus eadem, qua de loquimur, Malatefta tanto præter „ fummam rei militaris peritiam, & bonarum artinm ardore, virtutifque, ac „ ingenuorum morum fplendore; tum vero recte, honefteque vivendi cura, ftu- „ dioque illuftrata eft, ut Beatum illum Malateftam Robertum Galeottum ob „ vitæ fanctimoniam, fingularemque in Deum Dominum pietatem.... omnium „ hoc cantat fama, multis non apud finitimas folum, verum etiam apud exteras „ Nationes fulgere miraculis. Hinc igitur quanta effet Domus hæc gloriofiffima „ patere omnibus procul dubio poteft, quippe quæ non in Terris modo, verum „ in Cœlis quoque clariffimum quidem, nec ullo temporis intervallo intermoritu- „ rum nomen jure meritoque fit affecuta. (e)

Julius Cæfar Ifolanus
Illuftri Principi Divo Sigifmundo Pandulpho
Malateftæ S. D. (f)

Initinm eft. „ Compulfus crebro tuarum laudum rumore per omnium ora volitantium, nonnullorumque Virorum gravium auctoritate &c. „ Hac in Epiftola hæc leguntur. „ Taceo Robertum, Malateftamque Novellum germanos tuos infignes, „ quorum alter & gravitate morum & fanctimonia vitæ Principi illi Deo, qui „ univerfum Mundum gubernat, placuit, ut fi Chriftianæ Religioni creditur, „ illo in Templo, ubi Beati fempiterno ævo frunntur, inhabitet.

In Martyrologio Francifcano
Edito Parifiis
non reprobato ab Ecclefia Romana
Auctore
Patre Antonio Recoletto ejufdem Ordinis fub die
X. Octobris.

„ Arimini Roberti Malateftæ Confefforis ejufdem Urbis Principis, qui fum- „ pto Tertiariorum Ordinis habitu, tanta humilitate, & caftitate, oratione, & „ paupertate, aliifque fummis virtutibus fic claruit, ut vivens, ac mortuus quam- „ plurimis fignis illuftratus fit, admiratur.

In præclariffimo Mufeo Cl. D.
Commendatoris Victorii.

„ Antiqua Imago in tela depicta Beati ante Altare proftrati circa caput „ habentis laureolam, ac ad ipfius limbum legitur.

„ Beato del Terz-Ordine di S. Francefco Roberto Malatefta.

De

(e) Confer ipfam Uberti Orationem, quam primum in lucem dedimus Tom. I. pag. 140.

(f) Epiftola hæc edita reperitur in Bibliotheca MSS. Codicum Monafterii S. Michaelis Venetiarum prope Murianum pag. 550. 551. Auctore Johanne Benedicto Mittarello Veneto Abbate Ex-Generali Benedictino Camaldulenfe.

De Roberto Malatesta
documenta exposita 21. Aprilis 1668. (g)

„ Oriundus fuit ex Nobilissima Malatestarum Ariminensi Familia, atque „ Arimini educatus sub Carolo Malatesta ejusdem Urbis Principe ejus Patruo. „ Ab ineunte ætate futuræ Sanctitatis inditia haud parva prætulit. Nam annum „ ætatis agens quintum majorem partem noctis assumebat in Oratione vocali. In- „ terrogatus quid magis sibi arrideret, paupertatem potius, inquit: magnum ex „ inde de eo sumens præsagium Patruus eum sibi adoptavit in Filium, & Ære- „ dem, nec spes eum fefellit. Nam crescente ætate, crescebat & virtus, ita ut „ Anno X. suæ ætatis jejunaret Adventum Domini, & vigilias Sanctorum in pa- „ ne, & aqua. Cæpit etiam tunc temporis cilicium deferre ad carnem, resque „ nugaces, ac futilia puerorum opera omnino fugiebat, sed loca solitaria quærebat ut „ orationi instantius vacaret. Factus adolescens carnem spiritui ita subjecerat, „ ut nec luxuriæ inquinamenta senserit, nec labe prurientis libidinis usquam fœ- „ datus sit. Castitatis enim erat amantissimus, & totius pudicitiæ speculum in se „ præferebat. Attamen non jam decimum octavum annum attingeret a Patruo „ suo Carolo Margaritæ nobilissimæ virgini Filiæ Nicolai Estensis Marchionis Fer- „ rariæ, & licet invitus desponsatur: Seraphicum Patrem S. Franciscum singula- „ ri prosequebatur devotione, cujus vestigia sibi proposuerat imitanda, ea pro- „ pter vitam illius assidue legebat, & favorem ab eo vehementius implorabat. Sæpe „ visione, ac præsentia Seraphici Patris recreabatur. Qua de re habitum Tertii Ordi- „ nis assumpsit in die Festo ipsius S. Patris Francisci, exindeque ad majoris perfectionis „ gradum iter est aggressus: pientissimus enim erga Deum, & amantissimus erga popu- „ lum sibi subjectum evasit: humilissimus erat, prudens, & sagax in regimine, patiens, „ ac benignus, pauperum refugium, quorum necessitates sua beneficentia sublevabat, „ quorum pedes lavabat eisque ad mensam inserviebat, Leprosorum domos fre- „ quentabat Hospitalia visitabat, eleemosinas omnibus erogabat, infirmorumque „ ulcera blande osculabatur, & monita salutis dabat, cilicio, vigiliis, orationi- „ bus, disciplinis, jejuniis, aliisque pœnitentiæ operibus corpus edomabat, vul- „ gari cibo, & vestitu utebatur, super tabulam ligneam sæpius somnum capie- „ bat; Horas canonicas attente recitabat, divino officio pie adstabat, magna „ cum pietate, ac devotione peccata Sacerdoti confitebatur, & exinde totus la- „ crymarum imbribus madefactus Sacram Eucharistiam sumebat. Pluribus, variis- „ que ægritudinibus fuit extenuatus, quas mira animi constantia tolleravit. Diem „ obitus sui longe ante præscivit, qui cum advenisset, sanctissime obdormivit in „ Domino Anno Christi 1432. ætatis suæ 22. cujus corpus sepultum est in Cæ- „ meterio prout ordinavit cum habitu Tertii Ordinis Minorum apud Ariminum.

Tandem, Supplementum Chronici Verucullensis
Reverendissimi D. Philippi Antonini Canonici Sarsinatis
Part. II. Cap. XI. pag. 64.

„ Galeotto Roberto come maggiore di tempo degli altri Fratelli, ancorche „ fosse ancora giovanetto di 18. anni, e come quello, che da Martino Ponte- „ fice fu creato Vicario generale di detti Stati di Rimini, di Cesena, di Fano, „ e di altri luoghi, governò quella giurisdizione prudentissimamente finche vis- „ se. Passò alla gloria celeste l' anno 1432. a dieci di Ottobre, e per la san- „ tissima vita, che egli tenne sino dalle fascie, fu posto tra Beati. Et legen- „ dosi

(g) Supplex libellus Sacræ Congregationi Rituum a Consulibus Civitatis Arimini, & Fratrum Conventualium expositus, dum de Beati Roberti Reliquiis, ipsiusque Corporis translatione agebatur.

„ dosi la sua vita, e miracoli nel libro de Beati di Verucchio, senza dirne piu „ oltre, a quello si rimettono i Lettori, che vi troveranno per i Principi, e „ per gli altri uno specchio di Santita, e di ogni sorte di Virtù.

Tractatum nunc editum *de Vita, & Morte* Galeotti Malatestæ Arimini Principis excipiunt Miracula superna Dei operante virtute per ipsum patrata, quæ, cum etiam num, uti in Codice reperiuntur, omnia lucem non adspexerint, ita collecta; ut fidem liberemus, heic Dialecto illa, qua scripta sunt, damus.

Quædam miracula Religiosi Viri Galeoti Roberti de Malatestis Tertii Ordinis S. Francisci Principis Arimani.

„ A laude de lo Omnipotente Dio Padre, Figliolo, & Spirito Sancto, & „ del Beato Corpo de Galeoto Ruberto di Malatesti. Apparve el presente mi„ racolo segondo, che disse Maestro Guido Sarto, figliolo de Maestro Nicolo „ Sarto, che dell'anno presente 1433. del mese de Jugno Madona Giohana fi„ gliola de Gilio, e mugliere del dicto Maestro Guido de la contrada de San„ cto Georgio antiquo aveva una infirmitade in la gola per uno Vasido dentro „ per la qual passione era inferma. Et essendo gravida per la dicta passione par„ tori una figliola mortua. Et stava in caso de morte. Et facendo voto al „ Beato Galeoto Roberto incontinente fo liberata, et è dalla dicta infirmi„ tade.

„ Madona Maria mojere de Jacomino già de Ravena, e mò de Arimano „ fece voto al Beato Galeoto Roberto una imagine de cera per la infirmitade „ della Febre che aveva el dicto Jacomo avuto tri Mixi o circa intanto che „ non se possea sustinire, quasi continuamente per lo predicto tempo so nell'an„ no 1433. adi VIII. del mese de Lujo. & mediante la gratia, e virtude de „ dio, e per li meriti & intercessione del Beato Galeoto Roberto, de poi el „ voto facto de li a sei dì el dicto foe liberato, & e como disse, e confessoe „ el dicto Jacomo in presentia del Guardiano de loco di fradi minori, de Mae„ stro biancino de Faenza, e Maestro Piero, e Piero da Cremona habitoturi de „ Arimino, e piu altri. Et io Nicolo Castaldo de Caglio fui presente a le pre„ dicte cose, come a la confessione & alla firmatione del dicto Jacomo facta „ per ipso in presentia di testimonii predicti, & a suo prego, & el dicto Guar„ diano scripsi de mia propria mano, & si me subtoscripsi. & io Carolo de Sa„ xi de le predicte cose fui rogato.

„ El dì de Sabbado de la Vigilia de Sancto Laurentio a dì octo de Ago„ sto 1433. in l'ora de Sexta al tempo del Guardiano de fra Giohanne de „ bagnacavallo guardiano a lora di fra minori de Rimino. Agnolo de Bartholo „ da Mondaino homo inspiritado di spiriti Infernali vacui spiriti di Giudei da „ quattordici anni in quà, ma i dicti spiriti non se so apalegiati se non da cin„ que anni in quà. & dice chel spirito de bel cebuth principe de i demonii era „ quello che l' tormentava. ma l'agnolo bono messe nel cuore, che lui venes„ se alla sepoltura del dicto beato Galeoto Roberto, & cosi venne. & como „ foe giunto subito cade in terra, e molti signi se prima. e poi como piaque „ a Dio, e al Sancto subito foe liberado de la dicta malatia.

„ Maestro Guido predicto disse, e confessoe, che de l'anno presente 1433. „ del mexe de Agosto havea febre, fece voto al beato Galeoto Roberto, & „ incontinente foe liberato.

„ In lo dicto dì Madona Jacoma figliola fue de maestro Martino de Ve„ rardo,

„ rardo, & moglie de Antonio d'Ancona habitatrice in la contrada de Santo „ Cataldo disse & confessoe, che avea una infirmitade in tute doe le mane, con „ le quale non possea movere, ne alcuna cosa palpare & steti inferma cosi qua- „ tro mixi, & fece voto al prefacto beato Galeoto Roberto, & subito foe li- „ berata, & è como quella o veduto liberata con li proprii occhi.

„ Laudo ortolano figliuolo che fue di Manaldelo ortolano de la contrada „ de Sancta Columba de la Città de Arimino disse che in 1433. a di octo del „ mese de Avosto, havendo ipso Laudo una passione grandissima in lo zenocchio „ dextro & era infiado si in tal modo, che ipso non se poteva movere. Et „ Maestro Paulo Medico gli dicea, che se tale infirmitade fesse capo, che ipso „ non saria mai bono del dicto zenochio, & al hora el dicto Laudo per dicto „ de una dona fece voto al magnifico Galeoto Roberto, e disse, che se fosse „ liberado de tale infirmitade, che glie daria uno dopiero. Et alora incontinen- „ te de li a dno di, che vene ipso Laudo so liberato, & è, & le predicte co- „ se el dicto Laudo disse essere stado, e essere vere in lo dicto di e millesimo „ in la giexia de San Francesco presente Fra Giohane de Bagnacavallo guardia- „ no di Fradi minori del dicto logo, Fra Mozolino figliolo di Michiele da Cor- „ palo, Fra Jacomo da Curano de lordene di fra Minori, Maestro Benitino da „ le carte e maestro Camarino mariscalco figliolo che foe de Maestro Ugolino „ Mariscalco da Arimino testimonii.

„ Donna Agata de Vagni de Bartolo de la Villa del Piano del Monte cur- „ te de Urbino habitatrice de Mondaino, mogliere del dicto Agnolo inspiritada „ de simele spirito. & cosi vene con lo dicto suo marito, & como foe giunta „ subito cade in terra & molti signi fe prima. & poi come piaque a Dio, & „ al Sancto subito fue liberata de la dicta malatia: Et io salvo de Maestro Pau- „ lo Notaro de Arimino scripsi: & io Bartolo figliuolo che fue de Maestro Ja- „ como de Surianis Notaro de Arimino fui presente ale predicte cose. Et insieme „ con lo dicto Ser Salvo fui rogato.

„ Donna agnexia de Giani dal Tauledo presentoe uno pè de cera perche dis- „ se esser se avotida a Beato Galeoto Roberto, perche se aveva smosso uno „ pede de dargli uno pè de cera. & cosi subitamente guarì recomandosse al di- „ cto beato Corpo essendo ella andata a Sisio, e cosi a Sisio recevete la gratia.

„ Nicolo de Giohane de Arimino de la contrada de Sancta Innocentia dis- „ se che aveva una doglia grandissima in la paleta per la qual lui non se pos- „ seva ajutare de la dicta gamba, & ave la portada piu de trì mixi. Avotisse „ al beato Galeoto Roberto, & subito fue guarito dal genochio e presentogli a „ la sua sepultura una gamba de cera con la cosa.

„ Dominighino de Antonio da Sancta Maria in ceredo Factore de le Sore „ de Sancto Marino dice, che avea una febre grandissima con una doglia de pe- „ cto, & era stado con lo dicto gran male, che non dicea se non di morte sei „ di; & avotisse al beato Galeoto Roberto, & facto el voto de darglie sel gua- „ riva uno brandoncello da cinque bolognini, subito fue liberato, che prima „ non dicea se non de la morte.

„ Don Jacomo de Orlando piazaro de la contrada de Sancto Johane Evan- „ gelista dixe, che aveva una grande doglia de testa, & avealа portada piu de „ sei anni. Et avotisse a Dio, & al Beato Galeoto Roberto se lo guariva da „ la dicta doglia de capo che el la presentaria a la soa sepultura un capo de „ cera: & cosi facto subito el voto, & raccomandosse al dicto beato Corpo ri- „ cevete sanitade del capo.

„ Una mamolina pezenina el dì che apparse el miracolo de queli indemo- „ niati, fue posta in su la grada de la sepultura del beato Galeoto Roberto, „ che avea la febre, & stava molto male: Era figliola de Berto muradore, fue „ liberata per li meriti del dicto beato corpo. „ Don-

„ Donna Margarita de Laurenzo dal gesso fue liberata da la febre, secon-„ do, che ella confessoe presente Giohane de Bartolo, & Bartolo de Muzolo per „ li meriti del dicto Beato corpo raccomandandose a lui.

„ Antonio Cavalaro de San Laurenzo in Corgrano dice, che era tuto infiado el „ corpo, & le gambe, & che elo stete piu de due mixi, & che elo favodò al „ beato Galeoto Roberto, per li suoi meriti pregasse Xpõ glie rendesse la sani-„ tade, e chel fece el voto al Lunidi, & el mercorì poi venendo foe liberato, „ & la soa liberatione foe del mese de mazo. Per testimonio el magnifico Signor „ nostro Salvo scrisse.

„ Antonio de Nicholino da Sancto Lorenzo in monte vagando ello del me-„ ze de magio proximo passado, la mano sinistra si glie infiò & così steti doi „ mesi, & per medicine non possete essere libero, & videndo donna Johana „ Mogliere de Nicholino, & madre del ditto Antonio el dicto suo Figliolo cu-„ si impedimentito, fece voto al dicto Beato Galeoto Roberto portare un ima-„ gine a la soa sepultura. & el dicto Beato Galeoto Roberto intercedesse per „ la liberatione del dicto suo figliolo al altissimo Dio, e subito incontinente fa-„ cto el voto fue liberato, & è a di 13. del mese de Agosto, & in lo dicto „ di gliè portò un brazo, e manifestolo. Bartolo di Suriani scrissi.

„ Antonio de Baldutio de Arimino se presentare una imagine de cera al Beato „ Galeoto Roberto con una mamolina sua figliola, & essendo in caxo de mor-„ te la dicta soa figliola Francesca avodinno quela al Beato Galeoto Roberto, „ & incontinente foe liberata a di 14. de Agosto presente miser Matheo di Fe-„ raduri canonico de Arimino, e Jacomo de Agostantino de Arimino. Bortolo „ predicto nodaro scrisse.

„ Madona Simona mogliere de Maestro Sancto manischalcho disse, che ma-„ dona Roxa sua madre, e mogliere de Francesco de Maestro Nicholino stando „ in ponto de morte per febre, che avea avuto tre setemane, la dicta madona „ Simona se voto al prefacto beato Galeoto Roberto, & in lo dicto sequente „ fue liberata, & in lo dicto di presente un imagine de cera per la satisfaction „ del dicto voto.

„ Madona Giohana figliola de la bilia disse, che nno mamoleto suo figlio-„ lo el quale menò in la giexia de Sancto Francesco, staxendo in caxo de mor-„ te non cognoscendo, ma pigliando la paglia diceva, che erano candele; La „ madre l'avodì al dicto Galeoto Roberto, & fue liberato, & presentò al di-„ cto el figliolo alla sepultura.

„ Madona Ixota mogliere de Francesco de Acta de Bordarino presentoe un „ suo figliolo, per lo quale se voto al beato Galeoto Roberto perche stava in „ extremitade, & non posseva retenire cosa, che glie fosse dato, & foe diffida-„ to da Maestro Giohano de Marcho medico: avodì el dicto suo figliolo al „ prefacto beato Galeoto Roberto de menarglielo tri di scalzo se fosse libero, „ & de darglie una imagine de cera, e vestido delle vestimente in l'habito che „ volse esser vestido el dicto beato Galeoto Roberto in lo tempo de la soa „ morte, & subito foe liberato.

„ Ancojano disse avere un altro suo figliolo, el quale disse aver havuto la „ dicta infirmità, & similmente aver facto voto, & essere liberato.

„ Ancora mò avere una mamola soa fantesca, che aveva una dureca in lo „ timpano de etade de nove anni, o vero de dexe, & avodì quela, & mando-„ la alla sepultura del beato Galeoto Roberto, e foe liberata. Io Bortolo no-„ taro le predicte cose scrisse.

„ Angelino, che foe camarero del magnifico Signor mio Carolo de i Ma-„ latesti presentoe a la figura del beato Galeoto Roberto una imagine de cera, „ & disse, che avendo elo febre, dubitando che se mutasse in quartana, & la

„ donna

„ donna sua avendo infirmitade, che non se possea extendere tramedui, l' uno „ per l'altro s'avodiron al beato Galeoto Roberto, e sono liberati tramedui, „ adi 14. de Agosto, zioè ipso Angelino personalmente gliè andò, e la dicta „ donna perche non pò ben andare advegna che sia liberata.

„ Madona Giohana mogliere che fu de Severino in lo tempo aveva una „ febre terzana, & fece voto a Dio, & al beato Galeoto Roberto de presentarglie una imagine de cera, & che intercedesse per la sua liberatione, & fue „ incontinente liberata.

„ Dona Bionda comagna de madonna margarita consorte, ehe fue del Beato Galeoto Roberto disse che ella aveva una malatia in le gambe, con grande doglie, che pareano buogne, che ella avesse in le gambe, & che la dicta „ malatia habe piu de octo mixi a la vita del dicto beato. & dapoi la morte „ sua circa tri mixi; & poi se raccomandò a cho, & al dicto Beato, & fe voto de darglie doe gambe de cera, & fue liberata per la gratia de Dio, & del „ beato Roberto.

„ Donna Cecilia de Maestro Gioanne de Antonio Cavalaro era stada quattro anni inserma de tremore de capo, & la parte dextra etiandio glie tremava, & aveva la febre continua, & non possea avere compenso alcuno da medico, se non mediante i meriti de questo Sancto. & questo presente de multi in giexia.

„ Matheo figliolo de Francesco credenziero del Signore stava in estremitade fece voto al beato Roberto de portare una imagine al dicto Sancto, & „ per i meriti del dicto Sancto è liberato, & questo in presentia de multi frati heremitani, predicaturi, & seculari.

„ Caterina de giuliano vechio del borgo de Giuliano marinaro stade per „ spatio de sei anni afidrata, & molto spese in medicine, e mai non posse guarire se non mo per li meriti de questo Sancto, & è liberata. & questo in „ presentia de multi, Maestro Andrea da Recanati, de cola Giongolino de „ Arimino.

„ Maestro Gristophoro da Ferrara Sarto habidadore de la Cita de Arimino „ havente piu buso le gambe piu anni molte volte domando consiglio a i medici, & non possente avere remedio alcuno se voto al beato Roberto di Malatesti, incontinente ricevete pristina sanitade, presente el nobile homo Giohane de mesiere Rasole di Perlioni, Cichino de Antonio da Faenza, & Rane de Antonio da Fiorenza testimonii a queste cose.

„ Madonna Francesca mogliere de Bartolo de Antonio de la contrada de „ Sancta Maria in curte, & figliola de Angelino da Covignano disse, che sono „ tre settemane, che ipsa cade de uno olivo volendolo tagliare vene a cadere „ sopra uno branco de olivo, & fichosse in la gamba le steche, la gamba si „ glie infiò intanto che sempre stette inferma, e non se posseva movere, ma „ sempre era di bisogno che ella fosse portada per altri, & desiderando de guarire fece voto al beato Galeoto Roberto, che intercedesse per lei al altissimo „ dio per la sua liberatione. & avegna che la gamba fosse infiada fortemente „ movendose da caxa de Mesere lo vescho, che lui fece fare in Sancto Laurentio in monte se mose, & venendo continuamente si glie disinfiava la gamba intanto che come se abe posto a sedere ala sepoltura del dicto beato Roberto si glie se buche, o vero piaghe, de le quali exino quattro stecchi de „ ligno, & foe liberata, & senza alcuna passione se parti de viduta, e cusi è „ libera a dì 17. de Agosto presente Angelino cameriero, che foe del magnifico Signore Carlo di Malatesti, & Domenico altramente Fiorentino testimonii, „ & piu altri, & io Bartolo di Suriani scrisse, e fui presente.

„ Jacomo de Dionixio calzolaro presentoe a la sepultura del Beato Galeo-

„ to Roberto una imagine de nna testa de Cera de una libra, & disse, che „ era octo dì, o vero circa, che ello avea la febbre pondo e fluxo intanto, „ che steva gravemente & se voto al beato Galeoto Roberto, & subito sa dormentoe revelgiandose & levandose su fue liberato dalla febre, e dal fluxo, come affirmò presente Nicolo de Severini Nodaro de Arimino, Maestro Ambrosio de beltramo testimonii. Bartolo predicto scrisse.

„ Giohanne del borgo de San giuliano piscador volendo dismontare della „ barca se apiglio a le pedre per tenerse, le pedre glie venne meno & cade in „ l'orello de la barca & se spessoe le osse, & non possendose levare del loco, „ se voto de portarglie uno dopiero; & facto questo fo liberato. E questo disse „ in presentia di Miser Giohanni de menego de Jacomo tinctore, & multi altri.

„ Jacomo de mastro piero tinctore avea uno ochio dextro caregato de sangue che se.chiama el male oraneo in lo dicto ochio, e non possendo aver „ consiglio da medici, ma continovamente stava pegio, & mo fece voto al beato Roberto, che se guarissi glie portaria uno capo de cera al dicto beato, & „ facto foe liberato presente Pascutio de Peroxia, Domenico de Miser Nicolo „ de Ferraduri, & in presentia de multi in lo di de San Lodovicho.

„ Martino da Bologna, che era sei mesi, che non aveva veduto chiaramente & uno di ajutando a Giuliano de meser Jacomo de Certaldo totalmente „ perde el vedere, che il Fradelo del dicto Juliano el meno a caxa, & fece „ voto al dicto Sancto incontinente foe guarido, presente Jacomo di meser Andrea, Maestro Nero barbiero, di fradi nostri, e seculari, in presentia de multi altri. A la quale confessione io Bortolo fui presente, e scrisse de mia propria mano.

„ Donna Maria de Pace del borgo de Sancto Genexio avendo nna ruptura „ in le parte inferiore, che la avea avto sedece anni, & mai non era guarita, „ se no mo per li meriti de questo Sancto, & fece voto al predicto Sancto portarglie una imagine & è guarida in presentia de lo Inquisitor Fra Jacomo de Arimino, Corado Angelino.

„ Donna Bella figliola, che foe de Andrino, & moglie che foe de Hondidico de Martino de Sancta Cristina antica disse, che era tri anni, che non „ aveva possuto movere le mane, ne le braze, ne quele pore al Capo. & fece „ voto al beato Galeoto Roberto., subito fui liberata. Et presentoglie doe imagine de cera zioe le mane con le brace, presente el Reverendo Frate fra Jacomo inquisitore, Giohanne de Nane, & Giohanne de maestro Beltramo, & „ io Bartolo de Maestro Jacomo scrissi a di 21. de Agosto.

„ Donna Pascha de Maestro Andrea cinque denti era gravida el parto non „ vene a luce, ma si disperdè, & staxendo in puncto de morte fece voto al „ dicto Sancto de portarglie uno dopiero, & guarì, & questo presente lo Inquisitore Frade Antonio de Rubo, & in presentia di multi in la Chiexia in lo „ di de la Domeniga de poi loctava della Asumptione.

„ Una Giovena che habe dui figlioli, morti in lo parto, che stae in caxa „ de Meser Cristofalo è liberata.

„ Domenego de Meleto, che aveva avudo male in una gamba XXX. anni „ è liberato.

„ Madona Nichola aveva uno figliuolo infermo, mogliere de Michiele da „ i boi, & è guarito in lo dì de San Laurenzo hora undecima.

„ Antonio da Castello leale aveva uno male in la bocca grossa como una „ castagna, & è guarido per li meriti de questo Sancto, & respondeva quelo „ male in lo naxo, in presentia de Maestro Giohanne de Vidale, Domenego de „ Jacomo da Corpalò, Angnelino de Meser Guidicino, e più altri.

„ Cattarina figliola de Maestro Martino da le carra de la contra de San

„ Barto-

„ Bartolo inferma octo mixi de la cossa, facto el voto del Beato Roberto fue
„ liberata; & questo disse in presentia de multi Frati. Frade Antonio, Fra Ja-
„ como &c.

„ Urxolina de Matio muradore avea grandissimo dolore in la matrice &
„ avevalo avuto X. anni, & mai non era guarida, se no mo per li meriti de
„ questo Sancto in presentia de multi.

„ Antonio de Nicolo de San Laurenzo in monte vangando la mano sine-
„ stra si glinsiò, & stete dui mixi, che mai non guari, & seglie medicine, se
„ non mo per li meriti de questo Sancto, & questo in presentia de multi frati,
„ & seculari.

„ Dona Fiora de Michele da Parma che stae in Conignano andava goba &
„ non se possea drizare, & facto voto soe liberata per li meriti de questo San-
„ cto, & questo in presentia de multi.

„ Frade Nicholo del Terzo Ordene Veneziano venendo da Roma avea ma-
„ le in le zenochie, & in la gamba con un dolore intolerabile, & era moltò
„ infiada, fece voto al beato, & facto guari in presentia de Tadeo, e più altri.

„ Margarita de Andreuzzo da Molazano aveva una mano infiada, e fece
„ voto eri sera, & per li meriti de questo Sancto è guarita tochata larca, me-
„ nava la mano como prima, & questo in presentia de multi.

„ Dona Antonia de Ranaldo de Quiecino de Sancta Maria in Ceredo fece
„ voto per una figliola Cattarina, la quale aveva male in lo cuore, & assende-
„ va el dolore per fino al corpo, & hebelo un anno, e mo subito facto el vo-
„ to fue libera, & portoglie un capo de cera, & questo in presentia de multi.

„ Agnola figliola de Maestro Cristofano tessaro avea malo in un ochio dex-
„ tro & non vedeva, & facto el voto per li meriti de questo Sancto e guarida,
„ e questo in presentia de multi cosi fradi, como seculari in la vigilia de Las-
„ sumptione.

„ Donna Bella de Nicholo Botto in la contrada de Sancta Agnexe aveva
„ una strictura di pecto, che era durata quattro anni con uno dolore de capo
„ che lo aveva avudo sei anni, ed aveva un ochio lagrimoxo per lo predicto
„ tempo, fece voto de cingere larcha, & per li meriti de questo Sancto è gua-
„ rita, & questo in presentia de multi in la Chiexia.

„ Donna Giohanna de Fano avea grandissimo dolore in lo cuore, & era
„ durato circa venti di, & tollendo de lerba de la sepultura fue liberada de la
„ febbre, & dal dolore, & portoglie una imagine a Laltaro, & questo in presen-
„ tia de multi.

„ Donna Tomaxa mogliere de Giohane mularo habidadore in Virgiliano
„ aveva una figliola inferma de febre Quartana, & eraglie durato un anno. mo
„ fece voto per la figliola de portare una imagine al beato Roberto, & facto
„ è liberata, & questo disse in presentia de multi in la Chiexia in lo di de
„ Lassumptione.

„ Maestro Agnolo muradore de Barleto avea uno figliolo infermo de male
„ caduco, & non possendo essere liberato, fece voto al dicto beato de portarglie
„ uno dopiero, & facto è guarito, & a maore ha voluto expectare dui mixi
„ per vedere se glie retornava & è guarito, & questo presente Guido de Mae-
„ stro Nicholo, Meser Giohanne di Valle da velano, Fra Muzolino &c.

„ Donna Domenega mogliere de Lunardo di Giohane da Sancta Justina ave-
„ va uno mamolo infermo sedice anni, & non posseva movere le mane, & i
„ piedi per fine al presente dì, & la dicta sua Madre fue chiamada per visione,
„ leva su, vidi tuo figliolo, & revechiata trovoe el mamolo sano, & alora se-
„ ce el voto, & ei guarido presente Alberto de Maestro Mateo da Caglio,
„ Bartolo da Bagnacavallo Frate Pavolo da Urbino, & in presentia de multi.

„ Donno Guaspar Rector de la Chiexia de San Giohanne Decoltato Veneziano, che avea febre, & dolori grandissimi da la festa de Lassumptione de nrā Doña fino a duodixe di de Settembre in lo castello de Corgliano, & tanto glie creve la febre, & li dolori, che glie fue dato lolio Sancto, & stete tri dì, che non parlò, & foglie facto Croce, credendo, che passasse di questa vita, & era fredo per fine ala centura, Sua Sorella fece voto far fare una imagine de grandeza como Lei, & de portarla a questo beato, che lintendo de fare, & è liberato; presente Fra Muzolino da Arimano, Maestro Antonio de maestro giaponare, Nicola, e piu altri al e vinte hore.

„ Antonio de Martino da Monte Gridolso disse avere una infirmitade, che quasi era stato perduto, & doventava per lo fredo come giacio, & insensibile, e per questo perdè la favela per tre volte, che glie venne, dice che se ingienochiò, & fece voto a Dio, & al beato Galeoto Roberto che intercedesse per lui, per la sua liberatione, & incontinente fui libero, e cusi venne in lo dicto dì ala Chiexia, & a la sepoltura del prefacto beato Galeotto Roberto a zo che la beatitudine de beato Galeoto Roberto, & la sua liberazione sia nota a tutti. Et questo fo a di 19. de Octobre presente Malatesta di Sigurano, Giohanne de Bernardo, Guasparo, & piu altri, & io Bartolo de Maestro Jacomo scrissi.

„ Giohanne de Jacomo da Cereto, aveva una fistola in lo pecto, & eraglie durata octo mixi, & non possea avere remedio da Medici, fece voto al beato Roberto, & infra X. dì è liberato per li meriti de questo beato, presente Meser Tomaxo de Arimano, Cichino de Veruchio, & Guardiano, & piu altri.

„ Donna Bartola de Cichino da Cesena aveva in la gamba tri mali cattivi, fece voto al beato Galeoto Roberto, incontinente fue guarida. Presente Linquisitore, Guardiano, e più altri. Io Benedetto di Misere Nutio scrissi.

FINIS.



PLU-

PLUTEI I. IN CODICE NUM. V.

METamorphoseon Libros hoc in Codice deinde excipiunt sine ulla Epigraphe sequentia, & primo Dissertatio de Ovidii Vita (a).

,, Ad majorem hujus Operis evidentiam vitam Poetæ prælibavimus, qualis est.
,, A Phrigia in Italiam cum Enea venit quidam Solemus, (alii legunt Soly.
,, mus) qui regionem suam Sulmonem a nomine suo appellavit, (b) de cujus
,, regionis Oppido, Peligno scilicet natus fuit Ovidius, unde ipse: HOC EGO
,, COMPOSUI PELIGNIS NATUS AQUOSIS. (c) Fuit enim natus in tempore illo,
,, quo pugna fuit in Marium, & Syllam, vel quo Hirtius, & Pansa interfecti
,, sunt, unde ipse: CUM CECIDIT FATO CONSUL UTERQUE FUIT. (d) tertio Ka-
,, lendas Aprilis fuit natus, ut probat in Ovidio Fastorum: HÆC EST ARMIPHE-
,, RÆ DE FESTIS QUINQUE MINERVÆ: QUÆ FIERI PUGNA PRIMA CRUENTA
,, SOLET. Natus igitur fuit Publio Patre, & Agilina Matre, Lucium habuit
,, majorem natu unius anni fenio, unde ipse: QUI TRIBUS ANTE QUATER MEN-
,, SIBUS ORTUS ERAT. Nativitas amborum celebrata fuit una die, unde ipse: UNA
,, CELEBRATA EST PER DUO LIBA DIES; Lucius vero causidicus fuit, unde ipse:
,, FRATER AD ELOQUIUM VIRIDI TENDEBAT AB ÆVO: similiter Ovidius, sed
,, tamen prævaluit in arte versificandi, unde ipse: QUIDQUID CONABAR DICERE
,, VERSUS ERAT: (e) Fuit etiam discipulus Tibulli, contemporaneus Horatii, un-
,, de ipse: DETINUIT NOSTRAS NUMEROSUS HORATIUS AURES (f). Virgilium
,, vidit, unde ipse: VIRGILIUM VIDI TANTUM: Fuerat modestus moribus, clarus
,, genere, splendidus eloquio, dignitate censor, corrector carminum, de Æque-
,, stri Ordine, tūmphoūm (g) optimus: demum vero tribunitia potestate despecta
,, etiam

(a) Dissertatio hæc, & reliqua, quæ sequuntur, minutioribus characteribus atramentoque jam evanescente scripta in Codice nostro inveniuntur. Summo tamen labore cum hanc, tum reliqua omnia legimus, quæ heic, nulla in eis mutatione facta, etsi alicubi mendosa sint, exhibemus. Versiculos tantum ex Ovidio sumptos, qui sæpe ab Auctore afferuntur, majoribus aliquanto characteribus impressos damus, quo facilius a reliquo contextu discernantur, quod in Codice præstitum minime fuit. In Vita Ovidii nihil ferme Auctor habet, quod non hodie notissimum omnibus sit: & quæ scribit, non aliunde ferme haurit, quam ex ipsis Ovidii Operibus. Rudis præterea Auctor est, suamque imperitiam indicat, cum natum Ovidium scribit *in tempore, quo pugna fuit inter Marium, & Syllam*; etsi postea verum tempus notet, nempe, *quo Hirtius, & Pansa interfecti sunt*, Extant & alia quædam, quæ minime probari possunt. Aliquam tamen apud Doctos commendationem hæc vita forsitan habebit, si non ob aliud, saltem ob hoc, quod quo prænomine vocatus fuit Pater Ovidii doceat: *Publium* appellatum indicat. Matrem etiam Ovidii *Agilinam* vocatam in hac vita legimus. Nihil de his rebus nec in Vita Ovidii habetur, quæ ex Farnesiano Codice producta fuit in Amstelodamensi Ovidii Operum Editione anni 1727. Tom. IV. nec apud Joannem Massonium, aut alios, quos legerimus. In prænomine Fratris consentit cum Vita, quæ est in Codice Farnesiano. Ut enim in nostro Codice, ita & in illa Vita *Lucium* appellari videmus. Hæc enim in ea occurrunt: *Fratrem habuit nomine Lucium natu majorem*.

(b) In Fastis Ovidius versic. 4.

,, Hujus erat Solymis Phrigiæ comes unus ab Ida,
,, A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

Ita Editio Pisauren. Tom. II. Non *Solemus*, ut Codex, & etiam Aldus Manutius in Vita Ovidii.

(c) Amorum II. Eleg. I. Hoc *quoque*: Codex vero habet: *Hoc ego*.

(d) Perperam heic Codex noster habet *fuit*; legendum *pari*, ut ex Editionibus, nemo nescit.

(e) Paullo aliter in Editionibus: *Et quod tentabam dicere versus erat*.

(f) *Detinuit nostras* Codex habet: Editiones multæ: *Et tenuit*.

(g) Tanta est breviationis hujus obscuritas, ut nihil magis. Non male fortassis divinabo, si dicam voluisse Librarium scribere non *tūmphoūm*

„ etiam fratre suo Lucio mortuo. Rogatu Maximiani Romani Principis, (*h*) „ & aliorum Romanorum, & ut laudem inde consequeretur, animum suum ad „ scribendum applicuit. Primo scribendo opus Keroidum, quod Epistolarum di- „ citur. Secundo Amorum, quod sine titulo appellatur. Tertio opus de arte „ amatoria, in quo, quia juvenes romanos faceret adulteros, & matronas impu- „ dicas, malevolum animum Augusti Cæsaris incurrit: assignantur aliæ causæ in „ opere Tristium, & in opere de Ponto. Quarto loco opus de remedio Amo- „ ris. Quinto loco opus Metamorphoseos, in quo captat benevolentiam Augu- „ sti Cæsaris laude suorum Antecessorum descendentium ab Enea. Sexto loco „ Ovidium Fastorum (*i*) ad honorem germanici Cæsaris, qui futurus erat Ponti- „ fex anni futuri, & Augustum Cæsarem sibi conciliaret, quem cum sibi redde- „ re benevolum non posset, missus in exilium hunc librum incorrectum reliquit. „ Septimo loco in itinere exilii Ovidium Tristium composuit, in quo ad com- „ mendationem hujus libri hos versus interserit. ORBA PARENTE SUO QUICUM- „ QUE VOLUMINA CERNIS: (*l*) HIS SALTEM VESTRA DETUR IN URBE LOCUS: QUO- „ QUE MAGIS FOVEAS NON SUNT HÆC EDITA AB IPSO: (*m*) SED QUASI DE DOMINI „ FUNERE RAPTA SUI: QUIDQUID IN HIS IGITUR VITII RUDE CARMEN HABEBAT: „ EMENDATURUS, SI LICUISSET ERAT. In Ponto vero postea Ovidium de Ponto „ composuit contra invidum suum, Ibin vero invidus est. Utrum vero in exilio „ mortuus sit vel rediens dubitatur. Et hæc de vita Poetæ sufficiant.

Post hæc: „ In principio hujus Operis hæc sunt inquirenda scilicet quis ti- „ tulus: quæ materia, quæ intentio: quæ utilitas parti Philosophiæ supponatur, „ & quis modus agendi. Titulus talis est. Publii Ovidii Nasonis primus liber „ incipit: bene dicitur primus, quia sequitur secundus: sunt enim tresdecim di- „ stinctiones, quibus Libri appellantur. Publius prænomen est a Publio Patre. „ Ovidius dictus, quia ovum dividens, idest trimundum, quia comparatur mun- „ do propter ejus rotunditatem: dividit quattuor Elementa in principio sui libri. „ Naso proprium nomen est, vel dicatur agnomen ab eventu. Dicunt tamen qui- „ dam, quod dicebatur Naso propter nasi magnitudinem. Sequitur ergo, quod „ titulus quandoque sumitur a loco, ut opus de Ponto; quandocumque *a primo*; „ ut Priscianus, vel Lucanus; quandoque a materia, ut opus Tristium, simili- „ ter est iste liber. Ad quod melius videndum. Materia ergo Metamorphoseon, „ ut hic sumitur, ideo est; quod de morte, idest mutatione, ut substantia est. „ Inde Metamorphoseos, quia mutatione substantiæ; non quia agat de aliis per- „ mutationibus, sed quia a digniori parte sumit vocabulum; & adjungitur perpe- „ ram *de* quia Græci carent Ablativo. Est ergo ejus materia mutatio, quæ tri- „ plex est naturalis, magica, spiritualis. Naturalis, idest, quæ fit per conjunctio- „ nem, & reconjunctionem: per conjunctionem idest quando Elementa con- „ junguntur ad aliquid componendum, utpote in ovo ad procreandum pul- „ lum: per reconjunctionem, quando Elementa disjunguntur ad aliquod corrum- „ pendum, ut per combustionem domus. Magica est illa, quæ fit per præstigia „ magorum utpote Lycaon mutabatur in Lupum: Io in vaccam. Spiritualis est

„ quan-

phoüm, sed tũmvioũm, hoc est *Triumvirorum optimus*. Id perbelle tunc conveniret iis, quæ de se ipso Lib. IV. Tristium Eleg. X. Ovidius narrat.

Cœpimus & teneræ primos ætatis honores,
Eque viris quondam pars tribus una fui.

(h) *Maximiani* nempe *Maximi*. Is est, ad quem Ovidius secundam, tertiam, aliasque dedit Epistolas Lib. I. de Ponto. In MSS. Codicibus passim occurrit Maximianus pro *Maximo*, sicut Valerianus pro *Valerio*, & Justinianus pro *Justino*.

(i) Ovidii nomine heic rudis Auctor non Ovidium ipsum; sed ejus opus, seu Libros intelligit. Sic & infra sæpe, & maxime eo loco, *Ovidium Tristium composuit*, idest *Libros Tristium*, & eo alio: de Ponto vero: postea *Ovidium de Ponto* composuit.

(l) Editio legit *tangis*.

(m) Editiones habent *ab illo*.

„ quando fit mutatio in anima, non in corpore, utpote de sano fit insanus, vel „ e contra, ut de Agave, & Autonoe matertera, quæ filium suum Pantheum „ dilaceraverunt. (n) Fit etiam mutatio a re animata in rem animatam, ut a „ Lycaone in Lupum. Quandoque a re inanimata ad rem inanimatam, ut de „ natura & domo Baucidis in Templum. Quandoque a re animata in rem inanimatam, ut a Batto in Saxum. Quandoque a re inanimata ad rem animatam, ut a Statua Pygmalionis in virginem. Est ergo materia hujus Auctoris mutatio, sed non tantum extrinseca, quæ fit in diversis rebus, immo etiam „ intrinseca, ut quæ fit in anima. Et notandum quod duplex est motus animæ, „ rationalis, & irrationalis. Rationalis est, qui comparatur motui Firmamenti, „ quod movetur ab Oriente in Occidentem, & e contra. Irrationalis, qui comparatur motui planetarum, qui movetur contra Firmamentum ad retardandam „ ejus velocitatem. Hujusmodi ergo motu movemur, quando sensualitas superat „ rationem. Dedit ergo Deus animæ rationem, ut ea mediante deprimat sensualitatem. Intendit ergo Auctor nos a motu irrationali retrahere per stabilitatem „ cœlestium, & mobilitatem terrenorum, quod & dedit intelligi per mutationem „ Io in Vaccam, quod non aliunde nisi, quod primo corruit in vitia, & jam „ comparabatur Vaccæ; per hoc quod mutabatur Vacca in Deam, intelligitur, „ quod se retrahendo a malo virtuose vixit; vel intentio ejus est, per tot genera mutationum, quæ videbantur impossibilia verificare deificationem Julii „ Cæsaris, vel mutationem ejus in Stellam ad hoc ut Augustum Cæsarem reddat humanum, vel intentio ejus est fabellas in diversis libris descriptas in hoc „ libro coadunare, vel ad memoriam compediose redigere. Utilitas est fabularum copiam libro perlecto adipisci; vel utilitas est stabilitate Firmamenti in „ Scriptura, & mobilitate terrenorum, ab inquisitione terrena pedem nos retrahamus, & virtuti adhæreamus. Quandoque supponitur physice, quandoque ethice. In primis agit de Elementis, quæ in varietate rerum demonstrantur. In „ sequentibus vero agit de moribus. Ordo vero talis. In principio ponit confusionem Elementorum, & postea eam redigit immutabilem. Postea distinguit, „ quæ animalia, in quibus regionibus habentur, more vero aliorum poetarum „ tria facit: proponit; invocat; narrat: proponit ibi diem: IN NOVA FERT ANIMUS: invocat ibi diem. DII COEPTIS. In tertio narrat ibi diem. ANTE MARE „ ET TERRAS: idest ante creationem mundi.

Tandem sequitur Librorum Ovidii Poetæ Index in una columna.

„ Liber Epistolarum.
„ Liber Amorum, quem sine titulo appellat.
„ Liber de arte amatoria.
„ Liber de remedio amoris.
„ Liber de Tristibus.
„ Liber de Ponto.
„ Liber Metamorphoseon.
„ Liber Fastorum.
„ Liber Ibis.
„ Liber de Philomena,
„ Liber de Psitaca.
„ Liber de Aurora.
„ Liber de Meridie.
„ Liber de Nuce.

„ Liber

(n) Vide librum tertium Metamorphosin pag. 91. Edit. apud Hieronymum Scottum 1566. *Pantheus a Bacchis discerpitur, & a matre, & materteris dilaceratur.*

„ Liber de quattuor Elementis.
„ Liber de Oviculo.
„ Liber de Annulo.
„ Liber de Sono.
„ Liber de Pulice.
„ Liber de medicamento faciei.
„ Liber de medicamento aurium.
„ Liber de Lumaca. (o)



PLUTEI

(o) Quod ſpectat ad hunc Indicem, Docti ſciunt, quænam Opera Ovidii vera ſint, quænam ſuppoſititia, vel de quibus dubitari poſſit, an eum revera Auctorem habeant. Quædam etiam alia ab Ovidio compoſita nemo neſcit, quorum nulla in hoc Indice mentio.

PLUTEI I. IN CODICE NUM. XI.

Post Clarissimi Oratoris D. Leonardi Aretini Epistolas hoc in Codice Variorum Epistolæ sequuntur.

„ LAurus Quirinus (*a*) generosissimo, & præstantissimo Viro Leoni Molino „ Senatori amplissimo felicitatem. Legenti mihi (sic) nuper (deest aliquid, puto „ Opus) Romanarum Historiarum, quas inter alios præclarissimos Scriptores „ Dion elegantissima græca oratione composuit, incredibilem quandam cepi vo- „ luptatem, cum ad C. Cæsaris illustrissima, & magnificentissima gesta perve- „ nissem, præsertim lecta ejus gravissima, & animositate plena Oratione ad „ suos milites ad bellum capessendum hortatoria, quæ usque adeo me inflamma- „ vit, ut instituerem eam ex græco latinam facere brevi lucubratione, vel quod „ summam in reipublicæ administrationem, prudentiam, vel quod magnitudinem „ illam inclitam animi Cæsariani præseferre mihi videbatur. Tota enim Oratio „ referta est gravissimis, sapientissimis sententiis, & invicti ac generosi animi „ magnitudine. Etenim si recte, incorrupteque judicare volumus omnia summa „ in Cæsare fuisse inveniemus. Jam enim usque inde ab adolescentia quam le- „ ctissime, atque ornatissime peregit, magnæ famæ, & multæ gratiæ fuit; Præsta- „ bat enim usque adeo suæ ætatis omnes quacumque ingenii acuitate, & linguæ „ promptitudine, & memoriæ firmitate, & animi generositate, ut Plutarcus gra- „ vissimus, & prudentissimus auctor affirmet, omnibus Romanis ingeniis præsti- „ tisse, primumque Romanæ eloquentiæ evasurum fuisse, si tantam studio litte- „ rarum operam dedisset, quantam bellicæ disciplinæ. Nunc vero sine controver- „ sia secundum locum Ciceronis quoddam gravius testimonium est ipsius Cæsaris. „ Nullus inquit est sententiis acutior, aut crebrior, nullus verbis aut ornatior, „ aut elegantior. Præterea innumera alia, quæ non sunt hoc tempore alleganda. „ Jam vero virtutes ejus vere singulares, res item gestas, quibus mille Impera- „ toribus comparari poterit, quis verbis explicare potest? Quis enarrare summam „ humanitatem, incredibilem clementiam, egregiam probitatem, singularem sa- „ pientiam, admirandam eloquentiam, bonarum & præstantissimarum litterarum „ eximiam peritiam, bellicæ rei excellentem disciplinam, summam æquitatem, „ generosam animi magnitudinem? Quid plura? Vir, ut mihi quidem videtur, „ omnibus rebus ornatissimus fuit, quem optimum, & sanctissimum Civem ap- „ pellarem, si jura libertatis, ac Civitatis imperandi cupiditate non violasset, „ quamquam justam prope caussam habuisset. Sed profecto contra Patriam nulla „ unquam esse possunt justa arma. Itaque hominem extra jus, vel potius supra jus „ jure naturæ, jure civitatis, jure fortunæ laudamus. Quod enim flumen inge-

(a) Is ex Petro Quirino amplissimo Senatore, & Francisca Duodo nobilissima Fœmina ortus primam vidit lucem anno MCCCCXX. Candace Cretensis Regni Metropoli, atque ipsi Lauro Philelphus Xenophontem filium commendavit Epistnlarum libro XVII. pag. 116. bis verbis. *Est Candace, nam quam Urbem Veneti, in Cretensibus, Candidam nunc vocant, ea & a doctis, & priscis Viris Candax nominatur, est inquam Candace vir nobilis, mihique amicissimus Laurus Quirinus, cui & te notum facies, & matertera rem commendes non erit inutile.* Etsi Candaee natus, Venetiis tamen, quæ est illius antiquæ ae nohilissimæ Familiæ Patria, sub optimnrum Præceptorum institutione ad humaniores litteras, ac ad Philosophiæ partes quasdam incubuit, atque ut magis in hac proficeret, Patavii in eam Musarum Ædem se contulit, & audito Præfectum illius Urbis electum Franciscum Barbarum cum Latinæ, tum Grææ Linguæ peritissimum, Græcæ linguæ studio se dedit, eamque perfecte est adeptus, ut, num plus Latina, aut Græca valeret, haud facile possit existimari. Vide P. Joannem de Augustinis de Scriptoribus Venetis. Tom. I. pagg. 205. 206. 207.

„ nil res munificentissime gestas Cæsaris, ut suo jure exigunt effluere poterit? „ Pace Ciceronis dixerim, ne ipse quidem ille Marcus Tullius Romanæ fons „ eloquentiæ omnes laudes effluxit in Cæsariana magnificentia illa oratione: recte „ mihi ille visus est dixisse; Cæsar tantus erat, quantus est Orbis. Sed plura „ de eo, quam institueram. Ad rem venio, atque ut facilius intelligatur, pau- „ lo altius historia tanquam argumentum repetendum est. Cæsar in expeditione „ Gallica post multas victorias statuit inferre bellum Ariovisto Celtarum Regi; „ quamquam enim is esset ejus amicus, totiusque populi Romani; Cæsar tamen „ belligerandi avidus facile irritavit barbaricam feritatem ad injuriam sibi in- „ ferendam. Milites itaque Romani metu tantæ potentiæ perterriti negabant se „ se manibus velle conferre, quod bellum Cæsar gerere statuisset, quod nec po- „ pulus Romanus, nec Senatus decrevisset. Habita ergo oratione animos mili- „ tum confirmavit, ita ut victoria amplissima potiretur. Quam orationem legens „ suadelam ejus (ut ajunt) & artificium perbelle cognosces, & lucubrationem „ nostram, ut reor, collaudabis. Valde enim cupio tuo gravi, atque subtili judi- „ cio, Leo probatissime, comprobari. Ea enim demum perfecta probatio est, „ quæ a probato Viro proficiscitur. Tu vero vir es & ingenio acutissimo, & „ doctrina eleganti & experientia maximarum, plurimarumque rerum singularirer „ præditus, ideoque merito ab omnibus præstantibus Civibus approbaris. Sed „ jam Cæsaream ipsam audiamus Orationem, in qua animadverte, quæso, quanta „ prudentia, quantaque gravitas sit. (b)

Cæsaris Oratio ad Milites (c).

„ Semper ego milites aliter rebus privatis, aliter publicis consulendum esse „ decrevi. Privatis enim, quæ humilia, & sine periculo sunt: & publicis ma- „ xima, & potentissima quæque cupienda, atque agenda. Etenim privatus quis- „ que eo tutior est, quo quietior, & incuriosior: at Civitas præsertim amplissi- „ mum imperium tenens, si hoc pacto se gesserit, variis periculis subjaceat ne- „ cesse est: quam rerum conditionem non ab hominibus, sed a rerum ipsa natu- „ ra constitutam æternabilem esse videmus. Cum igitur hæc ita se habeanr, non „ quandocumque privatim utile, atque jucundum sit, sed quid publice, populo- „ que Romano conducat, considerare oportet. Quare animadvertenda sunt tum „ alia permulta, tum vero qua de causa huc pervenerimus tot, atque tanti ex „ ordine Senatorio, atque equestri; multitudinem præterea militum, pecuniarum „ abundantiam, quæ nobis tradita sunt, non quidem, ut inerti otio nos trade- „ remus; sed ut potestati nostræ subjectos recte gubernare, & confœderatas Ci- „ vitates salvare, & illatas injurias ulcisci, & nostrum Imperium gloriose ampli- „ ficare valeamus fortiter, strenueque agendo. Quod si tali consilio, talique men-

„ te

(b) Indiligentia, & imperitia Librarii hac in Epistola multi inveniuntur errores, quos si non omnes, multos tamen, & præcipuos emendare non neglexinus.

(c) Jam initio suæ Epistolæ ad præstantissimum Leonem Molinum Laurus plane fatetur, legentem se Romanas Historias græce a celeberrimo Dione elucubratas, talem, ac tantam voluptatem cepisse, ut vix verbis explicare posset; potissimum vero cum ad Cæsaris gesta perlegenda accessisset, ita ut accensum se desiderio senserit, dum Cæsaris orationem ad Milites legeret, eam in latinum vertendi, quam nos heic exhibendam, ut in Codice, una cum ejus Epistola extat, jure & merito ducimus. Ad calcem ejusdem Epistolæ justis effert laudibus Leonem Molinum, dum ejus grave, & probatum judicium exoptat, atque Virum fuisse doctum, ingenioque acutissimum fatetur; immo experientia in gravissimis Reipublicæ negotiis probatum. Tandem ut perspicaci sua mente ea in Oratione gravitatem, prudentiamque observet, rogat. Inficiari igitur nemo posse mihi videtur, si circumstantiæ omnes, quas recensere est supervacaneum, considerentur, cum Epistolam, tum Cæsarianæ Orationis de græco in latinum Versionem genuinum Lauri Quirini fœtum esse.

„ te non sumus, cur quæsu militamus? An rectius non esset domi permanere, „ & propriis fortunis perfrui? Rectius nimirum, atque præclarius esset nullo pacto militiam subire, quam susceptam prodere. Quod si igitur nonnulli legum „ necessitate coacti patriæ obtemperant; plures vero sponte ob gloriam, ob utilitatem, quam ex victoria consequimur, quo pacto aut bene, aut sancte vel „ nostras spes, vel patriæ, quæ nos misit, fallere poterimus? Nemo enim adeo „ feliciter agere potest, ut amissa Patria non pereat. Re vero publica feliciter „ agente etiam calamitates suffert. Majores nostri non domi permanentes, neque „ militiam refugientes, neque desides, neque imbelles tantam urbem condiderunt, sed „ fortissimis animis omnia promptissime audentes,& viribus corporeis injunctis viriliter „ laborantes, propriaque veluti aliena existimantes nullam aliam felicitatem esse rati, „ quam omnia ex officio agere, & e contrario nullam infelicitatem, quam cum felicitate quiescere, plurima, atque gravissima bella gesserunt. Itaque & hujusmodi „ præclaris gestis, quamquam initio pauci admodum essent, tamen tantam urbem „ condiderunt, Latinos superaverunt, Sabinos vicerunt, Etruscos, Vulscos, Lucanos, Samnitas, denique in paucis tempestatibus pacata Italia totam Cisalpinam „ Galliam subegerunt. Omnes alienigenas nationes bella illis inferentes fugaverunt. Nostrum itaque veteres majores nostros imitari, qui credito sibi imperio „ bellicis artibus foris aucto contenti eo non fuerunt. Cum autem otium, atque „ ignaviam eversionem esse imperii rati fuissent, salutem vero virtutem bellicam, „ veriti ne si in eadem perstarent, Imperium tam late amplum per se ipsum laberetur, & consenesceret, libentissimis, atque fortissimis animis multo plura, „ atque majora bella gesserunt. Nam quis facile enumerabit Sardiniam, Siciliam, „ Illiricos, Græciam, Asiam, Bithinienses, Hiberos, Afros, Carthaginenses, e „ quibus ingentem pecuniam habuerunt? Quid præterea memorem Regem Philippum, Perseum, Antiochum, qui omnes, eorumque successores innumeras „ quasdam pecunias majoribus nostris cupidissime pollicebantur, ut in Europa permanerent? Illi vero imperandi cupiditate inducti gloriam, & Imperii amplitudinem potius cum summis laboribus, multisque periculis elegerunt, quam ut „ tuto inglorii vincerent. Simili sententia patres nostri perstiterunt scientissimi, „ eisdem artibus bona acquiri, & conservari. Multa itaque eis a majoribus „ nostris tradita confirmaverunt. Multa ipsi acquisiverunt, quæ singula enumerare non est necesse, Cretam, Pontum, Cyprum, Iberiam, Asiam, „ Albaniam, utramque Siriam, utramque Armeniam, Arabiam, Palestinam, quorum ne nomina quidem, cum antea recte nosceremus, nunc autem imperio „ nostro subjecerunt, aut aliis donaverunt. Ex quibus quotannis, tot victualia, „ tantam gloriam, tot firma auxilia habemus. Hujusmodi itaque majorum exempla habentes alacri, & prompto animo esse debemus, ut neque majorum nostrorum res gestas, neque imperii magnitudinem negligamus. Neque enim eodem „ consilio esse vos oportet, ut illi, qui par non habent imperium, quippe quibus sat est otio perfrui, & se ipsos tuto conservare. Nobis vero opus est laborare, militare, omnia pericula subire, ut præsentem felicitatem conservare „ possimus, quam multi mortalium vehementissime appetunt. Natura enim sic „ se habet, ut excellens quodque & emuletur, & invidia habeatur. Ex quo fit „ bellum quoddam perpetuum scilicet inferiorum contra superiores. Quod si labores a nobis essent evitandi quid opus erat ab initio ultra omnes gentes nos „ tantum excrescere? Itaque possidentibus tale imperium statutum est, aut fortiter imperare, aut otio perire. Sequamur igitur fortunam ducem, etiam nolentem, ac repugnantem. Imitemur majores nostros qui tam amplissimum imperium nobis tradiderunt. Recte vero illos imitabimur si neque arma deponemus, neque aciem relinquemus, neque domi in otio consistemus. Arma enim „ semper sunt tenenda, si pacatissimam, & quietissimam vitam consequi cupimus:

„ mus. Quoniam ita demum pacem tenere poterimus, si bellicis artibus continuo
„ studebimus: hoc etenim pacto perpetuo nos pugnabimus. Denique & socios for-
„ tissime defendemus, & hostes strenue debellabimus, & imperium nostrum fir-
„ missimum constituemus. Quod etsi Deorum aliquis vobis fidejusserit quod ne
„ quiescentibus quidem vobis aliquis prodere vos audebit, & omnia, quæ tene-
„ mus perpetuo possessuros, quamquam, sic Deo fretus, turpissimum esset quie-
„ scere, haberent tamen velamentum quoddam decoris, qui officiosa agere pre-
„ termiserint (*d*). Cum vero sit necesse eos, qui multa possident, a multis pro-
„ di, opus est bellica virtute more majorum eorum conatus reprimere. Quid
„ ergo? dicet quispiam. Numquam igitur acquirere desinemus? An memoria non
„ tenetis majores nostros non prius Italicas proditiones compressisse, quam bel-
„ la commovisse, nec Epirotas quievisse, quam in Græciam transfretasse? Nec
„ Philippum, nec Perseum, nec Antiochum, nec Mitridatem potentissimos olim
„ Reges quantis bella intulisse. Quid reliqua memoremus? An ignoratis Car-
„ thaginenses nulla a nobis illata injuria a terra Africa in Italiam navigasse, pro-
„ vinciam devastasse, civitates diripuisse, & ab Urbis expugnatione parum de-
„ fuisse; postquam vero copias nostras in Africam traduximus ab omni Italiæ
„ expugnatione quievisse? Hæc eadem de Gallis, & Celtis jure quis dicere po-
„ test. Nam & isti usquequo intra Alpes manebant, sæpenumero eas pertransi-
„ verunt, & plerasque Italiæ civitates populaverunt. Verum enim vero postea
„ quam ausi fuimus aliquanto ultra montes exercitum deducere, & provinciam
„ devastare, non amplius bellum Gallicum in Italia vidimus præter unum. Hæc
„ igitur cum ita se habeant, qui nobis bellum prohibet, is nihil aliud affirmat,
„ quam quod ditari haud liceat, neque imperii potestatem tenere, neque liberos
„ denique romanos esse. (*e*)

Cajus Cæsar Curioni S. D.

„ Mihi tuæ litteræ redditæ sunt, quibus intelligo rempublicam nostram non
„ in optimo statu esse. Est id mihi admodum molestum. Vellem tamen vel con-
„ siliis, vel armis providere, ut ea in calamitatem non deduceretur. Verum non
„ parva suspicione affectus sum, ut ab hominibus putetur, me dominandi cu-
„ piditate ei in auxilium venire cum semper ab ineunte pueritia eam salvam, &
„ liberam esse voluerim. Sed quidnam agere debeo? Si leges non valent; si jus
„ tribunitium sublatum est: si capitis periculum eis imminet, qui æquum, &
„ justum defendunt; debeo ne hanc rem æquo animo pati? Si id est, quonam
„ modo dici libere potest. Quapropter non me tardabit illorum oratio, qui me
„ falso regnum arbitrantur occupare. Ipse enim scio, quid animi erga civitatem
„ nostram habeam. Volo, ut me amor immensus moveat, quo erga patriam
„ afficiebar, cui si auxilium non affero, maturæ ejus eversioni timeo. Isthic igi-
„ tur

(d) Quædam io hac versione, fortasse Librarii vitio, interdum minus perspicua, interdum valde implexa leguntur; nonoulla emendavimus: sed & permulta, uti extant, reliquimus, satis operi nostro factum ducentes, si qualia sunt, exhibemus.

(e) Multa Lauri Quirini Opera a F. Joanne de Augustinis supra laudato recensentur; scilicet Oratio ipsius ad Nicolaum V. Pontificem Max. *de Urbis Constantinopolis jactura, & captivitate: de Nobilitate responsio juris: de Republica* lib. II. Ad varios item nonnullas ab eo scriptas fuisse Epistolas, proditur. Ast eas inter hæc, quam heic dedimus scripta ad Leonem Molioum Senatorem amplissimum, non memoratur. Habemua etiam: *Excerpta de Sacerdotio Jesu Christi ex Suida Græco per Laurum Quirinum Cretensem, Patricium Venetum in latinum translata*. At de hac Cæsarianæ apud Dionem Orationis Versione altum est silentium, ideoque si adhuc ignota hæc opuscula, & inedita esse judicamus, forsitan a vero non aberrabimus.

„ tur me expecta propediem. Maturius tamen, quam imperas, in Italiam exer„ citum deducam. Vale. (f)

Lelius Galbæ S. D.

„ Si vales bene est, ego quidem valeo. Cum Scipio tui amantiſſimus Romam petat, nefas eſſe ducebam, dimittere eum, mearum ad te vacuum litterarum venire, quamquam nihil in præſentiarum ad te ſcribendum accidat; cujus arbitrer te ignarum eſſe; ſed ut aliquid mihi detur, quod ad te ſcribam. Poſtquam hinc abiiſti, Legati Regii ad me venere a me expetentes, exponenteſque quod poſtquam intellexerunt fidem, fortitudinem, remperantiam Romanorum, ceteraſque virtutes, quibus ceteris hominibus excellunt, mallent ſub legibus Romanorum vivere, quam ceteris gentibus imperare. Fuit mihi admodum gratiſſimum. Juſſi ut Romam proficiſcerentur, & quid de hac re in Senatu decerneretur audirent. Tu igitur ſcire poteris cum iſthic maneas, quid agetur. Vale.

Galba Lælio S. D.

„ Tuæ mihi litteræ redditæ fuerunt; illæ quidem mihi gratiſſimæ. Unum mihi ſolum moleſtiſſimum fuit, quod audio ab his, qui iſthic ad nos ſe recipiunt, novo, cæcoque amore impulſi - - - - in uxorem duxiſſe. Arbitror te Læli intuentem in me fortaſſe aliquas virtutes eſſe, in meam amicitiam veniſſe. Sed cum ita id ſit, audeo tamen non arroganter dicere, nullam harum virtutum eſſe, per quam magis gloriatus fuerim, quam temperantia, atque continentia libidinum. Hanc quoque tuis eximiis virtutibns adjeciſſe velim, (g) non eſt tantum periculi noſtræ ætati ab armatis hoſtibus undique circumfuſis, quam a voluptatibus. Qui ſua temperantia has frænat, atque domat, hic majorem honorem, majoremque victoriam ſibi peperit, quam nos, qui regno de„ victo

(f) Hanc Epiſtolam tres aliæ Cæſaris in Codice noſtro præcedunt, una nempe ad Ciceronem, quæ incipit: *Etſi nibil temere &c.*; altera ad eundem Ciceronem, cujus ioitium: *Recte de me auguraris &c.*; tertia denique ad Oppium, & Cornelium, cujus priora verba: *Gaudeo hercle vos mibi ſignificare &c.* Has jam pridem eſſe editas inter Tullianas ad Atticum Lib. IX., & Lib. X. animadvertimus, neque perinde eſſe, cur heic eas exhiberemus, duximus. Multis præterea mendis illæ in noſtro Codice ſcatent, & nonnullas etiam lacunas habent; immo in illa, quæ incipit: *Recte de me auguraris* (ſeu ut in Editionibus *Recte auguraris de me*) poſtremam partem Codex noſter totam omittit; ab illis nempe verbia: *Tu velim mibi ad Urbem præſto ſis*. Hæc vero, quam heic ex Codice proferimus, ad Curionem Epiſtola, an edita adhuc uſpiam fuerit, neſcimus. Inter fragmenta profecto Librorum Cæſaris deperditorum, quæ a Viris doctis collecta ſunt hæc Epiſtola non occurrit; cum tamen aliæ illæ, quas modo memoravimus, inter illa eædem habeantur. Sed ipſine revera Cæſari hæc Epiſtola tribuenda eſt, quaſi eam ipſe ſcripſerit? Eſt cur valde hac de re dubitemus, eum quod quædam in ea parum oobis placesnt, tum quod nullum de Cæſaris ad Curionem Epiſtolis teſtimonium apud Veteres Scriptores extet. Verum bac de re judicium eſſe aliorum malumus: neque ex eo ſolo, quod de Epiſtolis ad Curionem Scriptores ſileant, tuto ſatis inferri poſſe, Epiſtolam bane Cæſari eſſe sdjudicandam, ſatemur. An etiam aliæ Epiſtolæ, quas huic ſubjungemus, Auctores habere eenſendæ ſint eos, quorum nomina in Codice præſerunt; & ſi valde dubitemus, immo in id procliviores ſimua, ut putemus ſuppoſititias; aliis tamen dijudicandum relinquimus. Uoam profecto in iis manifeſte ſuppoſititiam mox indicabimus.

(g) Hæc Epiſtols ſœtus manifeſto eſt alicujus ſcioli, qui, cum apud Livium legiſſet Scipionis orationem, qua Maſſapiſam repreheodit, quod Sophonisbæ illeeebris devinciri ſe paſſua eſt; eam ſibi imitsndam propoſuit. Quicumque Livium Lib. XXX. legerit, eaſdem in illa oratiooe ſententias, eademque propemodum, ſi quædam excipiantur, verba reperiet, quæ in hac Epiſtola habentut.

„ victo nostrum hostem vinctum in carcerem misimus. Vince igitur, & cave,
„ ne uno vitio tot bona deformes. Vale.

Alexander Aristoteli S. D.

„ Apud te recte factum est, quod speculatas addidisti disciplinas. Qua in re „ nos ipsi excellimus, si ea quibus eruditi sumus, studia omnibus cæperint esse „ communia. Mallem singulos virtute, quam imperio præstare. Vale.

Sempronius Villio S. D.

„ Nisi te ægre ferre novissem, ut regium peterem, Cornelio morem gessis- „ sem, qui quam magnopere conatus est, ut eo accederem. Non libens facio „ quæ tibi molesta esse sentio, proinde quod sæpe consuluisti, assecutus sum. Diis „ vero immortalibus gratias ago, qui tantam mihi mentem dedere, ut nulla in „ re tibi adversus sim, tibi, inquam, qui pro tua humanitate, infinitaque erga „ me benevolentia ad id semper me impulisti; quod mihi honori, Reipublicæ „ utilitati esse sentias. Te rogo, ut sæpe ad me scribas. Idem quod ipse decre- „ vi. Vale.

M. S. D. P. P.

„ Quod suavissimis tuis litteris non responderim, velim ne a me per socor- „ diam aut negligentiam factum esse credas, cum a me sit alienissimum. Otio, „ vel segnitiei me dare molestissimum id mihi est, vel quia ita natura compa- „ ratus sum, vel quia Draconis vetustissimi Legum Latoris instituto admonitus „ sum. Ille enim Atheniensibus legem tulit, ut quisquis per socordiam, aut iner- „ tiam in otio vitam ageret, ultimo afficeretur supplicio. Indignum credo eum „ vita hominis judicari, qui cum ad decus, ad laudem, ad honorem, ad ho- „ nestatem natus esset, pecudis, quam hominis vitam mallet; quique hominem „ ita assuescat, hominis etiam spiritu privaretur. Ceterum quotidianis involutus „ occupationibus ad hunc diem labori me furari non potui, quod eo minus mo- „ leste tuli, quod meum habens animum parum curare epistolas debeas. Quod „ vero grata tibi fuere, quæ tuo nomine feci gaudeo, ac triumpho, vel hinc „ mihi magnopere placeo, quod tibi placere intelligo. Ecce autem Aristoteles, „ & M. Cato nunc ad te hospites veniunt. Eorum officium erit ut de virtute „ domestica graviter, & amore patriæ de moribus disputent. Isthic enim vere- „ cundiæ munus erit: animadvertentes, quod numquam injussi loquuntur; & „ proxime jussi tacent. Tuum erit, cum eos transcribi ad exemplar, emendari- „ que feceris, ad nos redire jubeas; haud enim æquum est hanc tantam civitatem, „ tamque magnam morum varietatem Catonis censura vacare, ne severi cen- „ soris absentia majorem lasciviæ præstet aditum, fenestraque patefiat. Quod au- „ tem mirabilius in hisce est, viros barbatio natos homines, neque barbatum „ sonare videbis; adeo vero & moribus, & oratione suaves, ut quod ex barba- „ ta proficisci familia solet, prænoscant. Labeonem meis verbis salutent jubeto. Vale.

PLUTEI

PLUTEI XII. IN CODICE NUM. VI.

MONITUM.

HOc in Codice, cum alia opuſcula continentur, de quibus ſuperius ſuo loco diximus, tum Petrarchæ in Homeri Iliadem, quæ Auſonio adſcribi, interque ejus Opera edi conſueverunt; & Opellæ *Avogarii* cujuſdam de *Orglano Vicentino*, qui Auctor, niſi fallimur, ad hanc diem ignotus fuit: Opellas has *Avogarii* in lucem nos evulgaturos polliciti ſumus. Nunc antequam id faciamus, licere heic nobis volumus, ut de prædictis in Homeri Iliadem Periochis, (& ſi heic eas minime daturi ſumus, quippe typis jam pridem a tam multis excuſas) ſeu verius de titulo, quem eæ Periochæ noſtro in Codice præferunt, quædam dicamus. Id enim nos facturos jam ſpopondimus in deſcriptione, quam in ſuperiore Catalogo dedimus hujus noſtri Codicis, parque certe eſt, ut fidem noſtram liberemus. Titulus earum Periocharum hic eſt. *Liber Franciſci Petrarcæ Laureati*. De hoc igitur titulo nobis agendum eſt, non eo tamen conſilio, ut antiquam traditionem, ac Scriptorum opinionem conſtantem infirmare velimus, quæ habet, has Periochas Auſonii fœtum eſſe, ſed ut, quantum per nos licet, difficultatibus nobis propoſitis a Cl. Lamio Florentino, ad quem cum adhuc in vivis eſſet, Periochas has *Petrarchæ* in noſtro Codice tribui ſcripſimus, ſatisfaciamus. Et primo officioſiſſime nos monuit, conſiderandum eſſe, an hæc Epigraphe indicet potius Codicis Poſſeſſorem, quam Auctorem. Optima animadverſio. Aſt Auctorem commonſtrare pluribus comprobatur. Nam Codices illi, quibus noſtra referta eſt Bibliotheca, ſi quandoque Poſſeſſoris nomen notatum deferunt, illud vel ad Codicis finem, vel ad ſupremum, infimumve primæ paginæ marginem exhibent. At Epigraphe, qua de agimus, ſeu illa verba: *Liber Franciſci Petrarcæ Laureati*, neque in fine Codicis, neque in prima ejus pagina occurrunt, ſed poſt multas demum paginas ſcriptione plenas in fronte leguntur Periocharum, quas ſæpe memoravimus. Juvat etiam animadvertere, primum Opus, quod anteit in hoc Codice, eſſe cum hac Inſcriptione: *Somnium Scipionis Publii Africani Junioris excerptum ex VI. libro de Republica Marci Tullii Ciceronis, ſuper quos Ambroſius Macrobius fuit commentatus*; hancque Inſcriptionem rubris characteribus exaratam eſſe, ac iiſdem characteribus, eademque manu ſcriptam illam *Liber Franciſci Petrarcæ Laureati*. Quemadmodum igitur haudquaquam dubitari poteſt prima Epigraphe Auctores operis demonſtrari; ita exiſtimandum erit altera hac inſcriptione non Poſſeſſorem, ſed Auctorem Petrarcham deſignari. Eo vel magis (& hoc diligentius ſpectandum eſt) quod littera initialis majuſcula, qua incipit opella Petrarchæ inſcripta nempe *Si* (cum ita incipiat: *Si Homerum Scriptorem*) ob ſui magnitudinem effecit, ut ſpatium in pagina vacuum relinqueretur, quo in ſpatio rubris characteribus ſcripta illa cernantur: *Liber Franciſci Petrarcæ Laureati*: ita ut hæc inſcriptio altitudinem æquet prædictæ majuſculæ litteræ, & primam quodammodo operis lineam, ſeu verſum efficere videatur. Sed diligentiſſime rem inſpiciamus. Duo illa opuſcula Tullii, Macrobiique ſimul, & Periocharum hoc modo in noſtro Codice ſcripta nacti ſumus, ut primi ejuſdemque Folii duæ indiviſæ paginæ prima principium Operis *Somnii Scipionis*, & altera finem *Periocharum* nobis exhibeant: ſimiliter alterius, ſeu ſecundi folii prima pagina contineat ea, quæ continuo ſpectant ad *Somnium Scipionis*, & illa altera ejuſdem Folii penultima eſt *Periocharum*; item tertii Folii prima pagina *Somnii Scipionis*, ejuſdemque Folii altera pagina ea ſit, quæ penultimam anteit *Periocharum*; ſic-

que

que deinceps, ita ut Folium idem una sui pagina finem faciat Operi de Somnio Scipionis; altera ejusdem Folii exordium præstet Periocharum. Nisi fallimur invictum est hoc argumentum, ut ostendatur, Epigraphen, de qua disputamus, Auctorem, minime vero Possessorem prodere. Cum enim indivisa sint hæc opuscula, & in eodem, ut ita dicam, Quinternione scripta, si possessor eorum, sive dominus Petrarcha fuisset, idque ipse per sui nominis appositionem indicare voluisset, primam profecto Codicis, seu Quinternionis paginam, in qua id faceret, elegisset, hoc est eam in qua Somnium Scipionis initium habet, aut certe elegisset ultimam Codicis paginam, illam scilicet, in qua Periochæ desinunt; non vero illam, in qua verba, de quibus agimus: *Liber Francisci Petrarcæ Laureati* reperiri toties diximus.

Alia difficultas illius emunctæ naris Viri hæc fuit. Tot Sæculorum successio, tanta Scriptorum consensio, tot Editiones, quæ hoc Opus Ausonio tribuunt, nonne firmum dant argumentum perperam adscribi Francisco Petrarchæ? Pace dixerimus tanti Viri. Quot fuerunt Psalmorum Expositiones, quæ longo Sæculorum spatio S. Joannis Chrisostomi existimatæ sunt, subque ejus nomine typis postea sunt traditæ, & quas tamen Viri docti postremo non esse ipsius ostenderunt? Quot Epistolæ Hieronymi nomine in Codicibus reperiuntur, & sub ejus nomine lucem viderunt, quamvis postea ab Eruditis plane alterius Auctoris esse demonstratum sit?

Addidit disertissimus Vir. Franciscus Petrarcha non ita Græcam Linguam tenebat, ut oportuisset, ad Periochas, sive argumenta in Homeri Iliadem conficiendas. Hoc dictum improbare non audemus, cum ignoremus, num perfectam Petrarcha Græcæ Linguæ adeptus fuerit cognitionem, *dum degens aliquandiu Pisis ibi sedulam primis Grammaticæ rudimentis operam dedit, & Græcas litteras hausit a quodam Barlaamo Calabro*, ut scribit Jacobus Philippus Tomasinius in Opere inscripto *Petrarcha redivivus* cap. III. pag. 12. Idem Tomasinus inibi cap. 14. de ingenii ipsius præstantia: *Atque in hoc litterarum genere* (idest Historiarum) *familiares sibi fuisse fatetur passim præ omnibus Virgilium, deinde Horatium, Homerum etiam tanti fecit ut ex Græcia impetratum a Nicolao Siozero Imperatoris interprete suis sumptibus in latinum converti curavit;* & Laertium Pilatum Thessalonicensem quemdam in Bocaccii domo latine reddidisse Homerum a multis Scriptoribus didicimus. Salva igitur res esse potest, quod etiamsi Græcam linguam Petrarcha perfecte non tenuisset; nihilo tamen minus latinam habebat Versionem ad suas componendas in Iliadem Homeri Periochas, quæ in nostro Codice ipsi adscribuntur.

Hæc non eo animo scripsimus, ut pro certo inposterum haberi velimus, falso ad hunc diem, Periochas, de quibus agimus, *Ausonio* a Viris doctis tributas, & Petrarchæ potius esse tribuendas; sed ut alios excitaremus ad rem hanc in clariore, si fieri potest, luce ponendam; atque in primis ad observandum, num quo in Codice Periochæ hæ reperiantur, qui ante Petrarchæ ætatem scriptum se manifeste prodat. Si enim in aliquo Codice Petrarchæ temporibus vetustiore Periochæ hæ habentur, confecta res est: Anctorem earum Petrarcham esse suspicari nemo amplius jam potest. Amicorum diligentia, qui Ausonii Codices cum Bibliothecæ Vaticanæ, tum Barberinæ perlustrarunt, certiores facti sumus, illis in Codicibus non reperiri Periochas in Homeri Iliadem ipsi Auctori adscriptas, quæ neque inveniuntur in Catalogo MSS. Codicum Bibliothecæ Mediceo-Laurentianæ a Cl. Bandinio elaborato, ubi de Ausonii Codicibus verba facit. Codex noster, seu potius ea pars nostri Codicis, quæ has Periochas cum Tullio, & Macrobio de Somnio Scipionis continet, non meo tantum, sed aliorum etiam, & præsertim Mansii judicio, Sæculo XIV. exarata fuit, hoc est Sæculo, quo Petrarcha vixit, & quo proinde non facile ignorari potuit, quænam Opera Pe-

trarcham

trarcham auctorem haberent, quædam non haberent. Sed hæc jam mittamus; & tandem, quod propofuimus, Opellas Avogarii, quas noster Codex exhibet, subjiciamus.

Primæ titulus est,

Declamatio Avogarii de Orglano Vicentino Lesæ Majestatis fit actio. Argumentum.

„ Conspirationem adversus Anguiferum Cæsarem Virtutum Comitem, cujus „ leges sponte subiverat, fecit ingrata Verona, ejusque plebs furibunda citadel- „ lam rebellanter invadit. Hucque cum militari copia generosus Ugolotus Blan- „ cardus Parmensis adventans citadellam tutatur, & ipsam recuperat civitatem; „ proque sceleris ultione publicam Civium prædam, cuique armigerorum licere „ decrevit pariter, & edixit.

„ Contradicit supplex Verona.

„ Miserandas preces meas Magnanime Ugo patienter exaudi; diro namque „ feralium stridore tubarum ita dirrigui, ut labantia genua vix me pavidum su- „ stineant: horrido tuorum Sacomanorum ululatu periculis desueta gelidus mem- „ bra quassat tremor: Trans equidem jecur exivit vox illa tubicinæ, & me pœni- „ tus exanimavit, quæ jussu tuo, & Civium meorum prædam, & cedem cuique „ licere concessit. Te oro Dux inclite, hoc age, ne virtus tua cedat furori, „ animum rege, ferocem cohibe impetum, nec tam precipitanter me tua fulmi- „ net ira; rem prius agnosce medulitus, hujusque detestandæ seditionis aucto- „ res exige, famam, vel infamiam potius scrutare, Conditionem examina, vitam eo- „ rum cunctis exosam circumspice. Proh! penates mei utinam hos sacrilegos, & „ Reipublicæ deformatores meus numquam genuisset uterus? Pudet fateri, quod „ verax negare non possum. Utinam ipsos prima feralis natalitii sui extinxisset „ dies, non tam sævissimam erumpnam, meorumque cladem Civium fletu gravis „ aspicerem: sed paucorum furium culpa tot ne corruent Nobiles proditionis „ ignari? pro raptoribus infamibus benemeriti Cives mei crudelissimo hoc affi- „ cientur supplicio? Quod sæpius est dicendum: Miles diu delibera: non medio- „ cris quidem hæc est jactura; non femineam querelam, maternasque lacrymas, „ quin cuncta moderantem, sine qua factum est nihil, rationem te alloqui pu- „ tes. Hanc pro speculo ante oculos habe, hæc te docebit, ut mitior sis, quam „ severus. Vide permaximum innocentiæ exemplum; nulli tibi obstant, nulli „ tuæ insultant victoriæ. Nefarii illi conspiratores latebras petiere, & lucem „ odiunt; reliqui enim fide constantes non victricis profecto Anguis imaginem „ aut tui presentiam miseri fugiunt, potius imo proditorum predam non tuam „ clausi tectis expectant; hæc enim famescentium arma rebellium causa commo- „ vit, hæc ad sævum hoc facinus hos traxit fures, mihi crede, ut fidelium „ natorum meorum sanguine vescerentur, suasque rapacissimas saturarent fauces, „ hac via famem extinguere meditati. Sed mentium nostrarum verissimus arbi- „ ter Deus huc te alio tendentem aduxit, ut improborum spem irritares, „ pariterque & principis statum, & bonorum indemnitatem tuo posuit in adventu „ si recte consideras. Te editum sibi, missum, qui culpa carent, existimant. „ Gloria in Excelsis cum Angelis exclamant una voce dicentes: benedictus qui „ venit in nomine Domini. Quid si bellum optaret vulgus unanime? Quid si „ cuperet contradicere juventus robustissima? actum esset: Funestus quidem tuus „ fuisset introitus & sinistro gressu cum armigeris his publicum forum meum petiisses. „ Sed cum hec a sinceris animis aliena sit opinio, unicus introire poteras, itidem

„ & inermis. Magni populi mei fides, ut non violata, sic te prona affectione „ in ejus suffragium libenter excipit. Maleficos igitur errue, illos dissipa, & cum „ radicibus omnem arborem evelle, ut tam scelestum pereat germen, & extinguatur omnis generatio. Hoc primum opus læta prospiciam, lacrymas tergam, „ & jocosas choreas excitabo. Felicissimi illius diei recordare, quo tu gloriosam „ militiam assumpsisti; Recordare quam libenter postera die serpentis imperia subjerunt filii mei; Recordare, quam ilariter pro mordacissimo cane mitissimum „ colubrum acceperunt, quem non minori fide suis in mentibus, quam in mœnibus collocarunt: Illos justifico ense castiga, quorum est sacrilegium hoc. „ Ita fac ut factum lesæ conscientiæ pœnitentiam non sequatur, quæ quidem sana præmeditatio cum in aliis humanarum rerum negotiis apprime sit laudabilis, in re certe militari est utilissima. Quanto enim periculosior res agitur, „ tanto plus necessarium est consilium, hocque quanto diuturnius, tanto salubrius. Omnia namque sunt, ut Medici jubent, tentanda primo, quam ferrum. „ Succide morbum marcescentem ut ceteris artubus præbeas sanitatem. Morbidum pecus disgrega, ut Plebis salvetur integritas. Noli insontem populum „ meum subito ictu alienis mortificare demeritis. Ita fac, & pia consideratione „ recogita, & animadverte recum, quotqnot sceleribus occasionem dabis. Illi namque „ comilitoues tui me miseram non gemarum, non auri, non matronalium ornatuum raptu contenti, ipsarum quoque castarum nuruum, incorruptarumque „ virginum adulteria, & cedes obstantium libidinosi expetent: Sacras Templorum Patheras sacrilegis manibus, sacerdotalesque cultus, & almi Sanguinis Vasa dirripient, arbitrio fortunati abutentur. Proh Jupiter aspicis hæc? Poteris ne & tu Ugolotte insignis hæc nedum oculis intueri, sed mente concipere? Poteris ne hoc summum nefas, monstrum horrendum, informe, ingens „ tuo ore jubere? Dii prohibete minas: Dii talem avertite casum! Noli avaris „ armigerorum tuorum hyantium consultationibus aquiescere. Noli eorum ingluviem rapacissimam meis visceribus saturare. Ad te redi, oro, Vir magnifice, „ & magnificos triumphos tuos noli hoc fedare scelere. Noli pernitidam famam tuam, „ qua super ethera notus es hoc flagitioso ministerio denigrare. Excelsas tuas laudes custodi operibus gloriosis, & deposita ferocitate tibi suade, quanto gloriosa sit incruenta victoria, quantoque sit satius integram me Cæsari meo reddere, quantoque alacrior me suscipiet illesam, quam vulneribus cruentatam. Denique fletus mei queritatus miserere. Tua enim numina supplex adoro, ut „ consilium revoces initum, & cum populo meo Augustissimo Principi incolumem „ restitue, sub cujus umbra gratissima permanens sceleratorum rebellium vindictam „ felix aspiciam.

Altera pars Declamationis.

„ Potuissent fletus tui meum pectus aliquo pietatis radio permulcere, querulisque lacrymis tuis poteram fortasse misereri Urbs florentissima quondam. „ Sed veritas, quæ paliatis fictionibus tegi non patitur, cujus fulgor serenatus „ omnes fugat nebulas falsitatis, induravit cor meum, & infelicissimi fati tui calamitatibus compati me non sinit. O ingratissima Civitas, o temeraria & prorsus consiliorum inops, quæ tam insolenti cervicositate adversus Divum tuum „ rebellia arma sumpsisti! Manifestissimum scelus quonam falso verborumcolore teges? „ quid notissimam proditionem tuam frivolis exceptionibus occultare jam reris? „ Pauci quidem tecum assentio conspirationem hanc principavere, sed plebs „ insana rerum mutabilium vertigine delectata proditoribus favit. Placuerunt incepta flagitia, venerandissimumque *Sacri Galeam* (sic) nomen regium abhorrebat in ipsum veluti in demonem voce oprobriosa delirans sinuosum colubrum „ velut Idram veneficam trucidabant rabide manus, muros quoque reptabat fur-

„ cus

„ cus vulgus, ut eandem generosissimam effigiem, ubi instrumenta deerant, un-
„ guibus desformaret. O beneficiorum immemor, rerumque oblita tuarum an
„ non cogitas Ingratitudo quam exosa sit Christo, & mortalibus abhorrenda?
„ Secede aliquantulum ab amore materno, & differe tecum ex quanta pe-
„ riculorum adversitate, ad quem tutissimum portum te naufragantem, & pene
„ submersam piissimi conduxerit principis humanitas, si memor es tuis flebilibus,
„ precibus tuis, lacrimosis litteris, oppressorumque Civium tuorum doloribus
„ mitissimus Comes Virtutum motus, ex illo soli vortice procellosi te eruere
„ meditatus, scalæ culmen arduum, tibique diu donatum sceptrum cum domo
„ evertit universa. Teque quam flagitiis illis indignam sperabat in Maje-
„ statis suæ benignissimo sinu recepit. Teque subinde beneficiis gratiosis pro-
„ secutus est. An non erubescis Urbs ingrata? An intra conscientiæ tuæ secretum
„ horum recordatione non lacrymas? Animumque impudicum flagellas? Sed lu-
„ panarium morem geris rete ipsa meretricata prostituis duobus jam adul-
„ teriis non contenta. O demens, o iterum atque iterum consiliorum inops:
„ noli mihi tuas venundare versutias: noli clarificatam superborum civium tuo-
„ rum pravitatem excusare: Vidi ipse, vidi tuis ex ipsis mænibus acies tuas lo-
„ ricatas circum Citadellæ arcem totis viribus expugnantes; Vidi agmina plebeja;
„ Vidi ductorum nobilium auxilia; Audivi populi tumultuantes voces sevientis;
„ Vidi ad bellandum proceres expeditos, ne hi quidem pauci erant nec qui aliena-
„ rum opum raptum, aut vicinorum prædam perdivites exoptarent. Noli me
„ coram, quæ publica est, pestem hanc privatam arguere: Nam qui vidi
„ testimonium mihi ipsi perhibeo, neque mihi, ut objicis conscientiam ledo.
„ Possem plurimis verissimisque argumentis tacitam te convincere, sed pro om-
„ nibus ne diem teram in ambagibus duobus dumtaxat inconvincibilibus elinguem
„ te facturum non dubito. Te primo Benedictum tuum de Malfesino virum per-
„ ditissimum ceterorum cum parte conspiratorum ·paduam ex Senatus consulto
„ destinasse diffiteri non potes. Quæ Urbs idem tecum læsæ crimen patravit
„ majestatis. An pacem, an fidem nefarius illuc nuncius injustitiam diligens, &
„ persequens iniquitatem petiturus accessit? Nihil horum. Sed idem, ut rebellis
„ rebelliumque nuncius, & Comes proditores rogatum ivit Anthenoreos, ut
„ sane proditioni armatorum copiis auxiliarentur. An ne hoc fidelitatis indicium
„ nec perfidiæ item tuæ hac clade suffecit ab his sceleftis suffraganea arma depo-
„ scere. Verum Cimbrorum fidem probatissimam, sincerissimumque Telum vene-
„ nosis litteris tuis mollita corrumpere, pudicissimam Urbem hanc tuis blandis
„ lenociniis tuum ad Lupanar conducere conabaris. Sed te tua fefellit intentio.
„ Illa enim prudens rerum exitus permetiens fallacias tuas, proterviamque ri-
„ dens allusit, inque suo constantissimo proposito solidius se firmavit. Hujus nam-
„ que veritatis, si negares, & improbæ petitionis tuæ, & fidelissimæ responsio-
„ nes suæ testes sunt litteræ apud Posteros in convicium tuum atque in ipsius
„ æternum decus permansuræ. Tu igitur diris Eaco scilicet, & Radamanti Ju-
„ dicibus Inferni Jovis demeritorum tuorum reddes rationem; hi te affligent,
„ hi te crudelibus præbebunt Manibus tormentandam. At ne scelerum tuorum
„ inhumanitas apud Superos sine punitione pertranseat ultionis pœnam ferre non
„ tedeat, hocque solatium tecum habe, quæ multo leviori, quam merita sis, sup-
„ plicio punieris. Proinde bellorum o Socii ruite in prædam. Execrabilis populi
„ vindicate sævitiam. In hos pacis turbatores martem exercete cruentum; rebel-
„ lium spolia opima referte, hocque quamprimum facitote, ut vulgata scelera-
„ tissimæ urbis vindicta ceteris utile sit exemplum (*a*).

(a) In descriptione hujus Codicis pag. 71. adnot. (u) nos dedituros esse hoc loco nonnulla alia præter ea, quæ ibi attulimus, si lectione de ipso Avogario quidquam aliud didicissemus, pru-

Urbis Romæ ad Veronæ consolationem
Introductio Avogarii de Orglano Vicentino

Roma loquitur ad Veronam

„ Universo quamvis terrarum Orbi quondam imperans usque fere ad extre- „ mi status exitum extenuata mea sit auctoritas; quamquam validissimæ olim Ro- „ manæ potentiæ debilitata sit mirabilis magnitudo; attamen romani spiritus ma- „ gnanimitas non me generosa deseruit. Inconcussus enim est animus, & infra- „ ctus, maternusque idem amor in devotos Urbis magnificæ viros, sed exau- „ sto sub pectore reservatur, eadem sollicita cura subditorum imperialium como- „ da gravissima, piissimaque mente contemplor exactorum operum haud imme- „ mor meorum. Hinc est, Carissima, quod perniciosissimæ stragis tuæ quantum- „ vis multo prius fama perenniter auribus meis innotuerit, pluribusque eam mihi „ referentibus tum nuntiis, tum litteris, calamitosorum Civium predam mestis- „ sima cognoverim, cujus quidem doloris aculeus quam pœnitus cor sauciave- „ rit meum, Deus novit, qui non fallit. Nuper etiam declamatorias tuas tristes- „ que, multoque dolore refertas allegationes accepi, quibus Ugolottum Blancar- „ dum ab hac tua pernicie satagis revocare, statum tuum infelicissimum deplo- „ rando. Et licet non dubitem omnes finitimas Urbes tua tam amarissima tem- „ pestate doloratas tuam ad consolationem zelo solicitare sororeo; devotissima ta- „ men fidelitas tua, quam semper Cæsareo culmini meo obedientissima præbuisti „ annis jam gravem me urget, ut te lacrymis exuberantem, quam video, „ saltem quoad permissum est, verbis exorter. Nam ubi plus est auctoritatis, „ ibi plus esse debet efficaciæ. Noli te igitur afflictare, noli tuam adeo flendo multi-

promisimus. En fidem liberamus. In Archivo Turris Vicentiæ ad additamentum lib. N. pag. 78. pergamena reperitur anno 1393. signata quæ hæe habet. *Ego Avogarius filius Mathey de Orglano civis Vicentiæ publicus auctoritate notarius atque officialis ad banchum sigilli*. Et in latino Chronico Vicentiæ a *Pagliarino* congesto lib. 1. ad annum 1404. post Ugolotti Blancardi Epistolam ad Vicentinos transmissam *Mantuæ die septimo Maii* 1404. signatam, subscriptio Avogarii adjungitur hisce verbis: *Et ego Avogarius natus D. Mathei de Aureliano civis Vicentiæ autenticum vidi & legi &c. me tunc existente Notario, & Officiale ad banchum Sigilli &c.* Dein in Rotulo n. 8. ejusdem Archivi Turris ad annum 1405. hæc scripta inveniuntur. *In Christi nomine Amen. Die Sabati sexto mensis Junii in Castro Coloniæ in hora plateæ super solario demus juris Coloniæ præsentibus &c. coram nobili viro Avogario de Aureliano de Vicentia Capitanio Coloniæ pro Illustri & excelsa Ducali Dominatione Veneciarum, & pro Comuni Vincenciæ deputato &c.*

Anno Domini millesimo quadringentesimo quinto indictione tertia decima. Ego Zorzius filius quondam Domini petriboni de Sancta Maria in Organis Verone publicus imperiali auctoritate notarius his omnibus interfui, & ea rogatus publice scripsi. Hæc excerpta sunt e Bibliotheca, & Historia Vicentiæ Vol. 1. pag. CCXXII. edita Vieentiæ per Muscam anno 1772. Habemus tandem in Codice nostro Epistolam Matthæi Patris Avogarii datam ad Militem generosum *D. Corradum de Cereto e Savonensium Marchionibus*, ut loco laudato innuimus, qua queritur de sui Filii morte Januæ peste perempti anno 1406., dum ibi Legati munere pro Venetis fungebatur. Ex his, si animum recte attendere velimus, intelligemus, tam verbis illis de *Orglano*, quam de *Aureliano* unum eumdemque Vieum (italice nunc dictum *Orgiano*) significatum esse, & ideo in Codice nostro inscriptio ad primam Declamationis partem est *Avogarii* de *Orglano*, & illa Epistolæ Matthæi Patris est de *Aureliano*. Quibus muneribus Avogarius functus sit, hæc ipsa, quæ attulimus, monumenta ostendunt. De ejus vero scriptis altum esse silentium reperimus. Tandem in latina Chronica Pagliarini mentionem fieri de Ugolotto Blancardo compertum est (quem Parmensem fuisse ex Codice nostro discimus) qui præsto fuit ad Veronæ arcem, ipsamqne Civitatem tuendam, sicuti primæ Declamationis Argumentum ostendit.

„ multiplicare miseriam. Incitamenta quidem doloris sunt lacrymæ. Noli perditionem hanc tanti facere, ut te redigas ad desperationis infelicitatem. Vetustissimorum exemplorum codices revolve, lege historias, Tragediarum (sic) lamenta concipe, meosque anales introspice, & videbis te non tanto fluctu naufragatam, ut existimas. Imo dolor ubi, timorque recenti adhuc novitate tremulum animum non impendant, alias inter felicissimam te nuncupabis: Tritam namque, & puerulis notam Trojæ ruinam famosissimam, te non latere non dubito. Vide quanto gravior, quantoque funebrior, quam tua, fuerit illa perditio. Illic murus super murum cecidit, omnis exarsit Ylion opibus exfumante adhuc Troja raptæ mille sunt Danaorum rates oneratæ, ad cujus tam inestimabilem spoliationem, & ruinam non quidem diei unius suffecit spatium, verum magni duo, & interea voluti sunt anni; & cum gemini Atridæ fortunatissimi incensæ urbis opes innumerabiles aspexissent incredibili magnitudine rerum prorsus attoniti, qui vicerint, vix credere potuerunt, impensisque omnibus, atque laboribus, & decem tandem annis pepercerunt. Ex quo scribitur, levem fallacissimamque fortunam, non notabilius unquam exemplum, quantum fragilima sit, ostendisse, quam Illiacum excidium. Potuit lenimento hoc febris tua aliquanto mitescere. Sed hoc loco meorum nedum exercituum inimica, sed nominis non transeunda Carthago est. Hæc dum antea, licet meam rempublicam Cive suo Hannibale Duce multiformiter lacerasset præcipue bello punico secundo horresco, referens, vires meas adeo extenuasset, ut salutis nihil miseræ jam restaret mihi, amplissimus adolescens meus Scipio celica virtute Africæ predomitæ gloriosum redimens cognomen eandem urbem cædibus, præda flammis, & fundamentorum ruina delevit. Babylon item famosissima, ausonisque tropheis quondam ornatissima funditus nunc eversa est. Sed quid antiqua, & longinqua commemoro? Ecce Mediolani terribile excidium se nobis offert. Imperatorem enim Federicum Barbarubeam cognomen habentem tanta pertinacia Mediolanensi deletioni ferino animo institisse comperio, ut prius ab incepto desistere repugnarit, quam direptis opibus, civiumque horrida cæde peracta urbem ipsam sine ullis omnino pergamorum reliquiis solo equatam aspexit. Neapolis quoque scientiarum copiosissima, clarorumque Virorum abundantissima quondam quantum gravissimo procellosorum turbinem fasce præmatur, difficilis quidem narratio est. Cujus dum florida felicitas ante oculos meæ mentis agitur, lacrymas temperare non valeo. Humanarum rerum variationibus quibus continue fluctuamus possem ne dum epistolam, sed librorum cumulum accervare, possemque his exemplis tam domesticis, quam externis longa serie confabulare. Sed heu dolor, quid longe fatorum exempla petuntur? Quicumque calamitatum suarum miserias malis consolari vult alienis, me videat. Sum satis unica Roma. Amplissima, atque speciosissima quondam vertice excelso ipsum etiam cœlum Deorum usque ad invidiam penetrabam. Quidquid utroque Phæbo collustratur. Quidquid latissimo ambitu Oceanus amplectitur, meis bellis, meo auro, meo cruore, meis denique sub pedibus vidi. Tributarii Reges, Principes, præcarias civitates innumeras possidentes me mundi Caput tam debite, quam reverenter visitabant. Heu dolor, heu dolor quo ventum est? ubi sum redacta totius mundi infelicissima mater; ubi natorum meorum toto orbe formidabilis longissima cohors? Ubi venerandissimus Senatus? Ubi Canities Sacratissima? Ubi victoriosorum militum, Ducumque ornamenta meorum? Ubi denique illa miraculosissima populi multitudo? Nusquam Pompæos, aut Æmilios, nusquam Fabios, vel Catones, vel Torquatos, vel Decios, vel Brutos, vel Corvinos, ceterosque viros illustres invenio, quorum reverentia, atque mixtus timor totidem velut tonitrua orbem conquassabant. Eloquar, an sileam? Ubi Petri, ubi Cæsaris successores? Ubi sacer Apostolatus? Ego quidem cunctis na-

„ tioni-

„ tionibus olim terror ingens, nunc ridiculosa sum fabula. Me pudet, ac miseret mei, imo Pontificum, Principumque meorum. O Petri fides, o Cæsaris animositas! non virtutum, non magnificorum, Sanctorumque operum virorum imitatores, quin capitales hostes habetis. Sacrosanctæ Ecclesiæ navis sine velarum tutamine, sine gubernatoris industria, sine remigiorum auxilio quanta in Charybdis voracitate periclitetur, tu vides. Illinc Borea, illinc Affrico ipsam atrociter exagitantibus. Duos Sponsos habet Ecclesia Italus hic, Gallicus alter; geminas claves tuas improbe diviserunt nefandi Pontifices: irascere aliquantulum, Bone Jesu, & hos crepa, percute, disjice qui sanguinem tuum vendunt, atque mercantur. Iterum tua partientes vestimenta. Et quod tam dolenter, quam veraciter scio, tacere non possum. Nulla fides, pietasque hac præsertim ætate Sacerdotibus inest, vitiosissimo mortalium generi. Hi fide vacui mendacio, dolove, & fraudibus imbuuntur: pro Jejunii continentia dominum suum ventrem abominabili nedum saturant, sed implent edacitate. In hoc unum studiosissimi pro pietate nequitiam, pro humilitate superbiam exercent. Tu autem, Juli Cæsar, quo translatum tuum cernis Imperium? Furor australis illud arripuit, & gens illa tuæ bellicæ virtutis aculeos geminis pridem lustris experta tandemque subacta violentas manus suas jecit in Reginam, nec est qui contradicat, & clamorem meum non est qui audiat. Augustissimos labores tuos segnities inquinat modernorum, qui ab illustribus antiquorum actibus, non tamen ingenio tardiores, sed potentia nempe degenerant. O terque quaterque beati, quibus ævo illo faustissimo nasci contigit, morique, ut felix nativitas sua hoc in obbrobrium minime servaretur. Ambobus horrendum dictu sum pœnitus exoculata luminibus. Vivo tamen adhuc. Et licet Summi Pontifices, Principesque Urbem Romam, cujus titulo se decorant glorioso prorsus abbhorreant. Excellentissimorum tamen gestorum celeberrima fama meorum aurea pulsat sydera; vulnerum meorum cicatrices satis ipsa refricui. Dulcis enim est præteritorum quamtumlibet amara recordatio. Ad te nunc redeo, & pleraque hinc non evasura verba tibi silere mea non potest materna dilectio. Dic, oro, nec tuam verecundus fallat dolor conscientiam, hacque veritate non succenseas subitum motum hunc? quænam tibi persuasit spes? Quænam felicioris status expectatio animus inflavit? Unde tanti facinoris præstolabaris auxilium? Ego quidem non video, expertissima enim scio quam varia sint transalpinorum adjutoria Ducum, qui belli causa, nisi eorum segnitie permaximæ mercedis urgeat calcar, in Italiam raro descendere consueverunt; magna tamen pollicentur, & te sesquipedalibus verbis ad ethera tollunt, sed facto, ubi opus est, tum clausi itineris occasionem simulant, tum gentium suarum e diversis ad unum colligendarum difficultatem arguunt. Teque his ludibriis trahunt, donec læti res tuas perditissimas aspexerint. Vel tu aliunde fulta stipendiis eorum ope non indigeas: protervam, atrocemque tarditatis caussam manifestius aperirem, sed avidum os premit vetus illud probatissimumque monumentum: Veritas odium parit. Adde quod hinc vel a quavis mundi plaga cohors militaris ad te tempestiva properasset, cui leniori jugo nobile collum tuum tuuc subjicere querebas? Ubi nam benemeriti ne dum cognomine, sed re ipsa testante Comitis Virtutum suave, & mite inventura Dominium delirabas? Cujus humanissimus Coluber non mortiferum virus, sed salutiferi odoris aromata vomit. Puer quoque sanguineus patulis lacertis, vipereis pressus faucibus non inhumanam ferre denotat atrocitatem præstantissimam juris imo rigorositatem significat Vicecomitum, qui continuæ aditionis suæ cunabulis indefessa justitiæ observantia, quos supplicio dignos demerita faciunt stricto mucrone persecuti sunt; in hoc præcipue antiquæ disciplinæ meæ decus admodum vestigati. His enim duobus præmio scilicet, & pœna anguiferæ domus

„ auctum

„ auctum est Imperium; quorum deficiente altero aut nequitia malorum inardesceret, aut bonorum lentesceret virtus. Idriferi igitur regni fundatores magnifice providerunt geminis columpnis illud firmissimis comunientes, quorum tam venerandissimam patrum providentiam obedientissimi nepotes non minus regni, quam morum incremento mirabiliter sunt imitati. Sed video te principis æquirati quam pleno ore fateris improborum officialium perfidiam qui rabiem hanc expuere te coegerunt statim obiecturam. Esto quod nefandissimis extorsionibus cives tuos hi præsides infestassent, illosque cum fluxu sanguinis pene excoriassent. Non tamen præceps excusandus est furor, nec tanta ferri licentia, aut seditiosa purgata temeritas. Offensarum namque tuarum si quærant atrocitatem, legatis, aut litteris tuis, quod Canonica, & civili lege juberur Regi pronunciare debebas, quem tuæ legationis judicem devotiorem laudasse, officialiumque memorabili ultione machinationes extirpasse, & cladem hanc non perpessam fuisse nefas est non arbitrari. Levem potius fortunam secuta est, recensque patavorum rebellio Civium tuorum animos excitavit, & hoc te traxit in præcipitium; Nulla equidem solidi consilii intentione plebis tuæ furor insanus arma corripuir, sed quod stolidissime cervicositatis est inditium studia in contraria ambiguus scindebatur vulgus, cujus tamen inconsultam ignaviam non felicior sequi debebat eventus. Non placita scio, sed vera loquor, quamvisque hæc ore ferunrur meo, non tamen existimes quod cor meum erumnæ tuæ non penetrarit accerbitas; hæc fiducialiter relata filialiter excipias. Tibi, inquam, compatior, & condoleo, sed consumptis his rebus, quid lacrymæ proficiunt? Non fœmineis querelis, aut fletibus muliebribus damna restaurantur, sed augentur. Valida imo virrus adversis interrita quascumque mœrorum nubes forti aquilone propulsat, solemque reducit. Tu simile fac, & hanc fortunæ contumeliam animo perfer excelso. Non uno ictu profundis incumbens radicibus succiditur arbor persepe arthoi boreæ flatibus conquassatur, raro validum extirpatur robur. Ceciderunt frondes, non truncus excisus est. Quibus nihil est fugatius, fragilius, quam terrenas opes amisisti, quas perditas flere, aut aquisitas gaudere non decet, assidua utrumque vertigine rapitur. Horridus Boreas virentes deficat herbas, quæ zephiri mollibus auris æstate nova renascuntur. Recuperabilis est hæc jactura; quod abstulit fortuna, eadem & cum fœnore ingenti reddere potest. Mediolani tristem eversionem audisti, quam sublime deinde caput extulerit non ignoras. Hæc enim est cunctis Christianorum populosior locupletiorque adeo quod non nulli prudentes civitatem ipsam parvum mundum appellant. Ego enim non minori adversitatum, quam annorum pondere pressa, pedemque in foveam tenens nullis adjuta suffragiis, quod ridiculosum arbitraberis, si non prorsus altissimum fastigii mei solium ascendere saltem attingere spero. Tu callidus cui sanguis juventutis inest, cui non annis perdomitæ non fortis iniquæ crebris vulneribus exhaustæ solido sunt in corpore vires. Ejus, qui mirabilia facit virtutem non expectas? Vis itaque feliciorem in statum ascendere? Fides simul, & spes tibi sint quocumque in itinere comites pristinas vires allaturæ. Altera enim si procul aberit claudicabit reliqua, imo subsistet immobilis. Si sperare desierit, fides evanescet. Virtutis autem calcar est invita præmium, si fluctuabitur fides cuicumque vento cessura quod præmium? Quam licet sperare mercedem? Hæc animo tuo comprime, te ipsam consule, nec te tam viriliter deseras propriæ salutis immemor, Natosque tuos ad gloriam voca, atque increpa, ipsos admone, ut posita cerebri levitate laudatissimis clarisque actionibus imbuti benivolis tuis gaudium, tristitiam vero præbeant inimicis. Etenim Verona vale, & si quid molestum auditui tuo ablocuta sum, non ægre feras, hinc benevolentiæ tuæ igneus suasit ardor, hinc veteris auctoritatis memor hortata est majestas mea.

„ Qua-

„ Qualiacumque autem dixerim non nisi a cumulato verissimæ caritatis fonte autumes „ derivasse. Rursum vale, & varios humanæ vitæ cautius solito circumspice ca- „ sus, recidivus namque acriter nocere solet morbus. Et me si quid in me non „ extinctum est, utere jure tuo. (*b*)



PLUTEI

(b) Conferre heic par esset Historicos Scriptores Veronæ, qui de hac tanta rerum perturbatione, & magno Veronæ Civitatis discrimine verba faciunt. Sed Eruditis res est plane notissima, ideoque ab his supersedemus. Hæc addere lubet; Gregorium XI. Avenione sedisse, & hortatu S. Catharinæ Senensis anno 1377. Romam rediisse unanimis serme est Historicorum sententia; cumque suasione Gallorum Cardinalium Avenionem redire cogitantem, Romæ mortem obiisse, pariter indubia res est. Post ipsum (en initium Schismatis omnium, quæ hactenus Ecclesiam turbarunt, teterrimi, atque longissimi) Urbanus VI. Pontifex fuit renuntiatus, idque ægre ferentes duodecim Cardinales Galli, adscitis tribus Cardinalibus Italis novum Pontificem crearunt sub nomine Clementis VII. Urbanus primum electus Tibur concessit cum quattuor Cardinalibus Italis; Clemens vero interim Avenionem petiit. Hoc Schisma ab anno 1378. suum recognovit ortum, atque ad annum usque 1429. perduravit. Tempore quo Romanorum Pontificum sedes Romæ non erat, Ecclesia in tanto rerum discrimine, Ordinumque perturbatione Avogarius de Orglano suam scripsit Introductionem, qua Romam ad Veronæ consolationem loquentem inducit, quo tempore contigerat illa Veronæ rebellio. Rem sane Oratorum more nimis amplificat, nimiumque libere loquitur. Contigisse autem Anno 1390. die 26. Iunii, quo tempore inter vivos erat Clemens VII. qui mortuus est apoplexia anno 1394., non ex Historicis tantum, sed ex Chronico Placent: constat, relato a Cl. Muratorio Tom. XII. Annalium Ital. Anno 1390. pag. 350. 351. Confer ea, quæ ibi leguntur de Ugolotto Blancardo Duce Militiæ Comitis Virtutis; de Francisco de Scala, deque aliis. Sunt namque multa, quæ claritatem adferunt iis ab Avogario in Declamationibus, & in ipsa Introductione expositis.

PLUTEI XXI. IN CODICE NUM. V.

„ Incipiunt Interrogationes.

„ QUia video te de Scripturis contendere velle, ad ipſius Scriptnræ radicem
„ veniamus, & a litteris ſumamus exordium; omnes rami pullulant Scri-
„ pturarum.
„ Volo itaque hoc mihi primum dicas, ſi didiciſti litteras; quare ipſæ lit-
„ teræ ſic appellantur.
„ Reſp. Littera dicta eſt, quaſi diceretur legitera, quia legentibus Iter, hoc eſt
„ viam demonſtrat; vel quia legis iter oſtendit; ſive quia legendo iteratur.
„ ideſt, quia iterum atque iterum dum legitur repetitur, vel quia aliter atque
„ patitur, quia ſcripta deletur.
„ Int. Et quot ſunt genera litterarum.
„ Reſp. VII.
„ Int. Quomodo nominantur.
„ Reſp. Ebreæ, Grecæ, Latinæ, Syræ, Caldeæ, Ægyptiæ, geticæ, ideſt gudicas.
„ Int. Volo etiam ut mihi dicas, quis eas invenit.
„ R. Moſes reperit Ebræas; Cadmos agenoris filius græcas; Nicoſtrata Evan-
„ dris regis mater latinas; Habraam ſyras, & caldeas: Yſis Regina Egiptias;
„ Gulfila gutorum reperit gudicas.
„ Int. Longum eſſet, ſi te de omnibus per ordinem interrogarem: hoc tantum
„ cupio, ut de ſolis mihi latinis litteris reddas reſponſum. Dic ergo mihi
„ Nicoſtrata, quam latinas litteras inveniſſe dixiſti, quibus aliis nominibus
„ appellata eſt.
„ R. Dicta etiam carmentis. dicta eſt & nimpha.
„ Int. Quare Carmentis, & quare nimpha.
„ R. Carmentis, ideo quia carminibus ſuis futura canebat. Nimpha vero, quia
„ locis aquoſis habitabat.
„ Int. Dic ergo, poſtquam dixiſti, qui latinas litteras inveniſſet, quantæ ſunt
„ litteræ latinorum.
„ R. XXIII. ſunt. quæ ſic nominantur a. b. c. d. & reliquas, ſicut a pueris in
„ ſchola diſcuntur.
„ Int. Iterum XXIII. litteræ principaliter quomodo dividuntur.
„ R. Prima earum diviſio eſt, quia aliæ ſunt latinæ, aliæ grecæ.
„ Int. Quæ ſunt latinæ, & quæ græcæ.
„ R. Latinæ ſunt XXI., ideſt a. b., uſque ad x. duæ vero ideſt y. z. græcæ
„ ſunt.
„ Int. Et græcæ inter latinas quare poſitæ ſunt.
„ R. Propter græca nomina ſcribenda. Nam zeno, & ymnus, & his ſimilia græ-
„ ca nomina ſunt, & niſi per græcas litteras ſcribi non poſſunt.
„ Int. Iſtæ litteræ, quas latinas dixiſti quomodo dividuntur.
„ R. In vocalibus, & conſonantibus.
„ Int. Dic quæ ſunt vocales, & quæ conſonantes.
„ R. Vocales iſtæ ſunt a. e. i. o. u. numerus conſonantium XVI. b. c. d. f. g.
„ h. k. l. m. n. p. q. r. ſ. t. x.
„ Int. Conſonantes vero poſſunt dividi, an non.
„ R. Dividuntur; nam aliæ ſunt, & dicuntur Semivocales, aliæ mutæ.
„ Int. Enarra igitur mihi quæ ſunt Semivocales, & quæ mutæ.

„ R. Semivocales ſeptem iſtæ ſunt. ſ. l. m. n. r. ſ. x. mutæ vero iſtæ ſunt. b. „ c. d. z. h. k. p. q. t.
„ Int. Obſecro, ut exponas mihi, quare dictæ ſunt vocales.
„ R. Vocales ideo dicuntur, quia per ſe faciunt vocem, ut a. e. i. o. u.
„ Int. Quare conſonantes dicuntur
„ R. Conſonantes dictæ ſunt, quia conſonant, veluti cnm dicimus be. ce. audis „ quia aliquid ſonat. tolle e. & nihil ſonat.
„ Int. Semivocales quare dicuntur.
„ R. Semivocales dictæ ſunt, quia etſi non habeant plenam vocem, tamen vel mediam „ habent, ut eſe, & e, tolle. e. & videbis quid amplius quidam naturalis „ in illis ſonat.
„ Int. Mutæ vero quare dicuntur.
„ R. Quia ut ſupra dictum eſt cum dicis *be* nihil aliud ibi ſonat, ſed tantum „ *e*. Similiter ce, & cetera; nam ſi *e* tolles, & illa cum eis non ſonat, „ ſine voce erunt, & ideo mutæ dicuntur.
„ Int. Prudenter mihi dixiſti; ſed hoc volo ut dicas mihi quare in capite litte- „ rarum non alia littera, ſed *a* poſita eſt.
„ R. Quia naſcentis hominis vox prima ipſa eſt, vel ſicut aliqui dicunt, qnia „ de nomine primi hominis prima eſt, vel pro aliis cauſis, quas nunc di- „ cere longum eſt.
„ Int. Alia adhuc diviſio litterarum qualis eſt
„ R. Aliæ namqne ſunt ſimplices, aliæ duplices, a, & z. duplices ſunt, reli- „ quæ omnes ſimplices.
„ Int. Quare dicuntur duplices.
„ R. Quia duabus litteris habentur, nam quod nos per *a* ſcribimus, antiqui „ per *c* & per *ſ* ſcribebant. Nos ſcribimus modo pix, illi picis, vel quod „ nos modo per x ſcribimus ut rex, illi per g. & ſ ſcribebant; ut reges. „ Similiter quod nos modo per unam *z* ſcribimus, illi per duos *ſſ* ſcribe- „ bant; nos namque Mezentius ſcribimus, illi Meſſentius, & per hanc cau- „ ſam duplices apellantur quia pro duabus ponuntur. Simplices vero dicun- „ tur, quia ſingulæ pro ſingulis ponuntur.
„ In. Si te de litteris, & cunctis, quæ interrogari poſſunt, quis Interroget ante „ crede mihi dies, quam ſermo, ceſſabit; ſed quia video te de aliis velle „ differere, & par ſingulis te dediſſe mihi reſponſum, nunc ad Sacram Scri- „ pturam veniamus, & a Sacrorum Librorum numero incipiamus, primum „ omnium dicas volo, quanti Libri canonici in Sancta Eccleſia reci- „ piuntur.
„ R. LXXII. Quorum nomina iſta ſunt. Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, „ Deuteronomium, Jeſu Nave, Judicum, Ruth, Quattuor Libri Regum, „ Duo Libri Paralipomenon, Job, Tobias, Eſter, Judith, Duo Libri *Eſ-* „ dræ, Duo Machabeorum, Liber Pſalmorum, Salomonis Libri III., ideſt „ Proverbia, Eccleſiaſtes, Cantica Canticorum. Hieſu Syrac lib. *II.* Liber „ Sapientiæ, & Eccleſiaſticus, Libri Prophetarnm XVI. ſinguli ideſt. Eſajas, „ Hieremias, item Hieremias alius liber, qui onoth dicitur, ideſt Lamen- „ tio Hieremiæ, Ezechiel, Daniel, Oſea, Johel, Amos, Jonas, Michæas, „ Abdias, Nahum, Abacuc, Sophonias, Agæus, Zaccarias, Malachias; Iſti „ ſunt Libri Veteris Teſtamenti. Item novi Teſtamenti Libri iſti ſunt. „ Primum Evangeliorum Lib. IIII. Matheus, Marcus, Lucas, Joannes: Item „ Apoſtoli Pauli Epiſtolæ XIIII., ideſt ad Romanos, ad Corinthios duæ, ad „ Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes duæ, „ ad Thimoteum duæ, ad Titum, ad Philemonem, ad Hæbreos, nec non Epi- „ ſtolæ Petri II. Jacobi I. Johannes III. Judæ I. Actuum Apoſtolorum, & „ Apo-

„ Apocalypsis Joannis. Isti sunt Libri veteris, & novi Testamenti LXXII.,
„ quos Catholica, & Apnstnlica recipit Ecclesia.
„ In. Librum Genesis quis scripsit.
„ R. Librum Genesis repletus Spiritu Sancto Mnyses scripsit; & non solum
„ illnm, sed & Exodum, & Leviticum, atque Numerorum, necnon & Deu-
„ teronomium.
„ In. Quare Genesis appellatur.
„ R. Genesis liber iden sic appellatur, eo qnod exordium Mundi, & generatio-
„ nem Sæculi in eo contineatur.
„ Int. In Genesi quid describitur
„ R. Genesis describit fabricam Mundi, & omninm conditionem, & cathaclys-
„ mum idest diluvium, & divisionem terræ, vel linguarum, gestaque nm-
„ nium Patriarcharum, usquequo Filii Israel ingressi fuerunt in Ægyptum.
„ Int. Exodus quare sic appellatur.
„ R. Quia Egressio Filiorum Israel de egipto in ejus textura continetur.
„ In. Leviticus quare sic appellatur,
„ R. Pro en quod Levitarum, & victimarum diversitas, & totns in eo Leviti-
„ cus ordo nntatur.
„ Int. Numerorum Liber cnr sic vocatur.
„ R. Quia in en, egressi de Egipto tribus numerantur & XII. mansiones Filio-
„ rum Israel in eremo in eo describnntur.
„ Int. Deuteronnmium quare ita appellatur.
„ R. Deuteronomium græco sermone dicitur, quod latine appellatur secunda lex
„ pro eo qnod in ipso libro omnis lex superius data recapitulatur.
„ Int. Hi quinque libri Moisis, item Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri,
„ Deuteronnmium hebraice qunmodo nnminantur.
„ R. Beresith, Veelle semoth, Vajera, Vajedabber, Ellehaddebarim insimul he-
„ bræi Toratu, idest legem appellant.
„ Int. Jnsue librum, idest Jesus nave quis scripsit, aut quid in eo scribitur.
„ R. Iste liber de Scriptoris nnmine sic appellatur. Jesus namque Nave eum con-
„ scripsit, ejusque pugnas, & gesta conscripsit.
„ Int. Judicum liber ut quid sic dicitur, aut a quo scriptus est.
„ R. Judicum liber a Judicibus appellatur, qui præfuerunt populn Israel post
„ Mnisen, & Jnsue, antequam Reges haberent, & quia enrum gesta descri-
bit, iden sic appellatur; scriptus est autem a Samuele.
„ Int. Librum Ruth quare dicitur
„ R. Ideo sic appellatur, quia Ruth cujusdam mulieris moabitidæ fuerat exscri-
„ pta Historia, de cujus stirpe David regis origo descendit, & de ejus nn-
„ mine sic appellatur.
„ Int. Libri Regum quare sic appellantur, vel a quibus scripti sunt.
„ R. Libri Regum dicti sunt prn en quod in eis continentur Saulis, & David,
„ & Salomnnis, & ceterorum Regum diversa bella, & cetera gesta, nec nnn
„ & captivitas filinrum Israel in Babilonia, quorum primum Librum Sa-
„ muel Propheta dicitur scripsisse, & in secundum dividitur, tertium vero,
„ & quartum Hieremias; de singulorum regum Histnriis cnlligens in nnum
„ volumen redigit, qui propter suam prolixitatem apnd nos in duobus divi-
„ sus est. (a)

(a) Sic desinunt Interrogatiooes, responsiones que, quæ in fine S. Isidori Episcopi Hispalensis, aliorumque opusculorum reperiuotur, ibique avulsas esse, recisasque paginas palam dignoscitur, quarum privatio, & multa alia scitu digna, & fortasse Auctoris nomen nobis occultat. Interrogatiooes has, & responsiones ineditas esse Cl. Maosius in suis pagellis censet, ne-

PLUTEI XXIII. IN CODICE NUM. II.

Hæc eſt Epigraphe: *Hoc Opus Damaſi Papæ ad Hieronymum ejuſdem rogatu*. (a)

QUamvis hocce Opus Damaſo Pontifici inſcribatur, non eam tantummodo de Romanorum Pontificum Geſtis, quæ Sæculo IV. ſcripta fuit, continet ſeriem, ſed aliam ſequentem elucubratam Sæculo VI. Immo progreditur uſque ad Nicolaum I. dictum *Magnum* ob res ab ipſo præclare geſtas, qui An: 858. Pontifex eſt inauguratus. Dein aliorum Pontificum Index ſolummodo occurrit alia manu ſcriptus uſque ad Honorium III. Multos labores a Viris doctis exantlatos fuiſſe in colligendis Romanorum Pontificum rebus geſtis, in perquirendis ſedulo Codicibus, iiſque diligenter perluſtrandis rem indubiam faciunt tot illuſtrium doctrina Virorum Editiones ad hanc noſtram ætatem, in quibus variantes innumerorum ferme Codicum Lectiones exhibentur. Præterea ex Collectione Calogeriana

que ut obſervavimus, reperiuntur io illa ampliſſima, & egregia Editione, quæ apud nos extat, Bibliotbecæ Patrum Pariſiia, anno 1624. Eæ ſubjiciuntur aliis opuſculis perperam S. Auguſtino adſcriptis, ita ut quis poſſet ſuſpicari, ſi Codex mancus non eſſet, eas etiam ad calcem ſancto illi Doctori reperiri tributas. In his legi ſub initium multa, quæ ad Grammaticos pertinent, nemo non videt, quæque Præceptores in ſcholis pueros docent, ſed ſenſim ad graviora progrediuntur, ita ut non abs re ſint enumerandæ inter Dialogoa illos, qui ſub S. Auguſtini nomine circumſcrebantur, quoſque Maurini Patres fœtus non eſſe genuinos S. Doctoris oſtendunt in primo Tomn ſuæ Editinnis. Illud tamen obſervemus attente velim, ubi de numero Librorum Sacræ Scripturæ diſſeritur, omnes Libros in bis Int. & Reſp. Sacræ Scripturæ diſtincte enumeratos, eosdem eſſe, quos Sacroſancta Œcumenica, & Generalis Tridentina Synodus de *Canonicis Scripturis* inter Canonicos adſcripſit, additque Codex noſter: *Quos Catbolica, & Apoſtolicæ recipit Eccleſia*: ut plane oſtenditur, illia etiam temporibus *continua ſucceſſione*, ut loquitur idem Cnncilium, Eccleſiam illos ſanctos, & quaſi canonicos conſervaviſſe. Codex ipſe, ut notat Manſius in additionibus ad Bibliothecam Fabrit. mediæ, & infimæ ætatis, niſi ſit error Typographi, eſt Sæculi VII. nullumque exemplar antiquiua iſto aliis in Bibliothecis nactum ſe eſſe ab ipſo perluſtratia pleno ore pronunciet. Sub initium tamen Sæculi IX. eſſe ſcriptum Codicem nemo ambigere poteſt. Igitur quæ per id tempus ſervavit perenni traditinne Eccleſia, eſt exploratum. Utinam mutilæ non eſſent bæ interrogationes. Sicuti ea, quæ de Auctnribus *Linguarum*, & de Librorum Sacræ Scripturæ numero produnt, didicimus; ita alia, & quidem utiliſſima fortaſſis didiciſſemus.

(a) Joannes Vigniolius unus olim ex Bibliothecæ Vaticanæ Præfectis omnibus clarus in quadam Nota ad Libri Pontificalis titulum hæc ſeribit pag. 3. *In Exemplaribus bujus Libri Vaticanis, puto etiam in aliis, nullum prorſus auctoris nomen; titulus vero non unus, idemque apparet*; & in Præfatione ad ſuum præclarum Opus, ubi de Libri titulo diſſerit, maluiſſe ſe profiteтur, nullo Auctoris nomine appoſito, ſectari fidem, & auctoritatem veterum MSS. Codicum, quam recentiorum Seriptorum auctoritatem. Ibi tamen non de legitimo, ae genuino hujus Operis Auctore verba facit, ſed num ſint venerandæ antiquitatia Codices, qui nomen Auctoris præſerant. Jam vero Labbeus de Scriptoribus in Damaſo, dum affirmat, Anaſtaſium Bibliothecarium non poſſe eſſe Auctorem prioris partia, hæc babet: *Cum viderim MS. Codicem optimæ notæ tempore Caroli magni exaratum, in quo vitæ illæ Damaſo jam tribuebantur, antequam vix natus eſſet, aut ſaltem ex prioris infantiæ crepundiis emerſiſſet*. In Codice Mazarino, ut teſtantur Editores Anaſtaſii, legitur: *Liber iſte intitolatur Damaſi de Geſtis Pontificum*, & ut alios omittamus, Codex noſter, quem nullua conſuluit, habet: *Hoc Opus Damaſi Papæ &c.* Hujus tamen Operis Auctorem Damaſum non eſſe, ex ipſo titulo colligi poteſt. Siquidem ſequitur: *ad Hieronymum Presbyterum ejuſdem rogatu*. Circumſeruntur namque jam editæ duæ Epiſtolæ, quarum altera Damaſi eſt ad Hieronymum; altera Hieronymi ad Damaſum. In ea Hieronymi indicatur, ipſum rogaſſe Damaſum, ut ſuorum Prædeceſſorum Vitas elucubraret; in ea vero Damaſi, ipſum Hieronymo morem geſſiſſe, ex quibua ſubinde cœpit ſub nomine Damaſi prætitulari hoc Opus. Cum autem nmnium Criticorum emunctæ naris calculo ſuppoſititiæ ſint, apocryphæ, & ineptiſſimæ liquido conſtat, quod licet in Codice noſtro expreſſum Damaſi nomen habeatur, non ob id tamen Opus hoc ipſi Damaſo tribui debet,

na Tom. XXXXV. didicimus, Cl. Ludovicum Muratorium alias duorum Codicum, quorum alter vetustus est, Bibliothecæ Mediol:, Variantes dedisse, quibus nonnullas adjecit doctus Mansius ex insigni Codice Lucensi. Nos hanc Spartam non aggredimur, sed par esse duximus, hanc Pontificum seriem, uti in Codice jacet (quo fortasse nullus hac de re Scriptor usus est, cum altum de ipso sit silentium) Eruditis exhibere. Nonnulla tantum, quæ de S. Petro in Codice sunt exarata, illustrare conabimur: de aliis vero Pontificibus eas dumtaxat, quæ præcipuæ videbuntur, Variantes notabimus. Invenient Lectores Annos, quibus Pontifices sederunt, non conformari sæpissime cum Editionibus, multisque MSS. Ab his diversitatibus abstinebimus, ne longiores simus, & actum agere videamur.

„ Beatus Petrus Apostolus Filius Joannis Provinciæ Galileæ, de Vico Bethsaida primum sedit Cathedra Episcopali Antiochiæ An. VII. Sedit autem in Urbe Roma An. XXV. Men. I., dies VIII. Hic ingressus est Romam sub Nerone Cæsare. Fuit autem Tiberii Cæsaris, & Gaii, (b) & Tiberii Claudii, & Neronis. Ordinavit autem duos Episcopos Linum, & Cletum, seu Anacletum, (c) qui præsentialiter populo ministrarent omne ministerium Sacerdotale; ipse autem orationi, & prædicationi vacaret. Hic quoque beatum Clementem post se Papam instituit. (d) Post hanc dispositionem cum Paulo martyrio coronatur post passionem Domini An. XXXVI. qui sepultus est in via Aurelia in Templo Apollinis juxta locum ubi crucifixus est, juxta palatium Neronianum in Vaticano, juxta territorium triumphale III. Kal. Julias dieb. XII. temporibus Neronis.

„ Linus Natione Uvlteranus idest Uvlterræ (sic) regionis Tusciæ. Sedit An. XV. Men. III. (e)

„ Cletus natione Romanus natus Celiimontis. Sedit Annos XI. temporibus Vespasiani, & Titi usque ad Domitia-

(b) *Gaii* pro *Caii* MSS. omnes præter Urbin:, qui legit *Caii*, habent. In Codice Vaticano Romualdino idest *Romualdi Archiepiscopi Salernitani* habetur *Gagii*: quod ex Vigniolio discimus.

(c) Distincte in Codice nostro (quod in ceteris non legas) *Cletum, seu Anacletum*. Et sane si excipiamus Epiphanium, & Hieronymum, veteres Scriptores omnes Cletum vocant Anacletum. Hujus igitur Pontificalis Scriptor Cletum, & Anacletum pro uno, eodemque Viro habuit, cui adstipulantur Valesius, Bollandus, Natalis Alexander, Dupinus, Tillemontius, aliique. Dissentiunt Baronius ad annum 64. §. 39. Pagius uterque, Schelestratius Tom. I. Antiquitatis illustratæ Differt. II. cap. 2., & quamplurimi alii. His subscribimus. Nam ut inquit Panvinius adnot. ad Platinam: *ex Ecclesiastica traditione, quam omnibus Scriptoribus hac in re præpono, manifeste liquet Cletum ab Anacleto nomine, patria, rebus gestis, mortis tempore, & die diversum esse. Utriusque etiam tamquam diversi festum diem S. Mater Ecclesia adhuc diversum celebret*. Videsis Dissertationem quartam docti Antonii Sandini, & adnotationem ejusdem primam ad S. Victorem I. Pontificem XV.

(d) *Hic quoque Beatum Clementem post se Papam instituit*. Hæc lectio ferme conformatur Vaticano Codici VII., cum legat: *Hic B. Clementem post se Papam constituit*; quæ vero adduntur in Cod. Vat. IV. nempe: *sicut mihi ligandi, & solvendi tradita est potestas a Domino meo Jesu &c.* non reperiuntur in nostro. Gravissima fuit controversia veteres inter Scriptores, Linus ne, an Clemens proximus post Petrum Pontifex extiterit. Hæc tamen componi posse videtur, si observemus, eos Scriptores, qui Linum Petro suggerunt, non negare Clementem a S. Petro Romanæ Ecclesiæ Episcopum constitutum; eos vero, qui affirmant Petrum post se Clementem Papam instituisse, non inficiari illum, viventibus Lino, & Cleto, constanter honorem sibi a Petro collatum recusasse, ut ostendit Baronius, cujus sententiæ nomen dant Natalis Alexander, Bollandus, Cotelerius, aliique. Unde subsistit, quod Linus, & Cletus alius post alium per suffragia Cleri Romani fuerit electus. Haud nos fugit, Pagium nostrum contendere post Linum Clementem Pontificatum tenuisse.

(e) Linum post An. XI. Men. II. dies III. & viginti e tenebris his in æternam lucem excessisse quam Pontificatum occeperit, scribunt nonnulli. Codices relati a Vigniolio modo sedisse An. XII. Men. IIII. dies XII.: modo An. XI. Men. III. dies XII. produnt. Lectio nostri Codicis cum illa congruit Cod. Vaticani VII. scilicet in An: XV., non autem in Mensium numero, cum noster legat Men. III. ille vero Men. II.

„ mitianum Rufum Consulem. Cessav. „ Episcopatus dieb. XX.

„ Clemens Romanus natus Celiimontis sedit An. VIIII. Men. II. dies X. „ temporibus Galbæ, & Vespasiani. Huic „ Clementi Linus, & Cletus præponuntur inscripti, non quod primo papæ fuerint: sed quia a Beato Petro „ ordinati Episcopi prius sint. (*f*) Cessav. Episcopatus dieb. XXII.

„ Anacletus græcus de Athenis sedit „ An. XII. Men. X. dies VII. temporibus Domitiani a Consulatu Domitiani decimi, & Sabini usque ad Domitianum XVII., & Clementem Consules. Hic memoriam beati Petri construxit, dum Presbyter factus fuisset „ a beato Petro, sed & alia loca, ubi „ Episcopi sepulturæ reconderentur. Cessav. Episcopatus dieb. XIII.

„ Evaristus natus græcus ex patre „ Judeæ Bethlemitico. Sedit Ann: XIII. „ Men. VI. dies II. temporibus Domitiani, & Nervæ Trajani. Hic titulos „ (*g*) in Roma divisit presbyteris, & „ VII. Diaconos ordinavit, qui custodirent Episcopum prædicantem propter „ stilum Veritatis.

„ Alexander Romanus sedit An. X. „ Men. VII. dies II. tempore Trajani „ usque ad Helianum, & Veterem. Hic „ passionem Domini miscuit in prædicatione Sacerdotum, quando Missæ „ celebrantur. Martyrio coronatur. Hic „ constituit aquam sparsionis cum sale „ benedici in habitaculis hominum.

„ Sixtus Romanus sedit An. X. Men. III. „ dies XXII. tempore Adriani usque ad „ Neronem, & Anniculum: Martyrio coronatur. Hic constituit, ut Ministeria „ sacrata non nisi a Ministris tangerentur. Hic quoque constituit, ut quilibet Episcopus advocatus ad Sedem „ Apostolicam, rediens ad suam Parochiam non susciperetur, nisi cum Literæ Apostolicæ Sedis salutationi plebis exhibeantur, quæ sunt (sed melius „ *dicuntur*) Formatæ. Cessav. Episcop. „ dieb. II.

„ Telesphorus Græcus ex Anachorita sedit An. XI. Men. III. dies XXII. „ tempore Antonini, & Marci. Hic „ constituit, ut septem hebdomadas ante Pascha jejunium celebraretur, & „ Natali Domini noctu Missæ tres celebrarentur. Nam constituit, ut omni „ tempore ante horæ tertiæ cursum nullus præsumeret Missas celebrare, qua „ hora Dominus ascendit Crucem; & „ ut ante Sacrificium hymnus celebraretur Angelicus: Gloria in Excelsis „ Deo: Martyrio coronatur. Cessav. „ Episcopatus dieb. VII.

„ Yginus Græcus ex Philosopho de „ Athenis sedit An. IIII. Men. III. dies „ VII. tempore Severi, & Marci. Cessav. Episcopatus dieb. III.

„ Anicetus Syrus sedit An. VIII. Men. „ III. dies VII. tempore Severi, & Marci. Hic constituit, ut Clericus comam „ non nutriat secundum Apostoli præceptum. Martyrio obiit. Cessav. Episcopatus dieb. XVII.

„ Pius Italus Aquilegensis sedit An. „ XI. Men. IIII. dies XXI. tempore „ Antonini pii, de quo Hermes scribit, „ quod præcepit ei Angelus, ut Pascha „ celebraretur die Dominico. (*h*) Cessav-

(f) Ex his Auctor, seu Ampliator hujus Pontificalis suam opinionem traxisse videtur, ut post mortem Petri Clemens Pontificiam dignitatem ab ipso Petro obtentam exareuerit, solumque Petrus prius adjutores sibi adsciverit Linum, & Cletum. Hanc opinionem alii Auctores defendunt, ut innuimus supra adnot. (d) Ast & ipse Auctor in Pontificum numero post Petrum Linum successorem constituit, ac proinde magis, ac magis sententia confirmatur, Clementem honori a Petro collato renunciasse: dein, ut habet Epiphanius hær. 27. §. 6. post Linum *Pontificatum capessere sit coactus*. Jam Petrum ab ipso Christo petra angulari constitutum fuisse Caput, & Petram, supra quam ædificanda erat Ecclesia, fides edocet, & ejus exemplo Petrus ante suum Martyrium Clementem Papam post se constituit. Sed cum Deus ipse, qui omnia fortiter, & suaviter disponit, voluisset Ecclesiæ suæ Caput ab electione Cleri pendere, superno lumine Clementis mentem illustravit, ut adlatum Pontificæ dignitatis munus defugeret.

(g) Idest *domos divino cultui mancipatas*. Vide Baronium adnot: in Martyrologium Romanum VII. Kalendas Augusti.

(h) Epistolam Pii Pontificis decretalem, ex qua verba hæc deprompta fuere: *Sancitum est a Pio*.

„ ſavit Epiſcopatus ejus diebus XIIII. (i)
„ Soter, qui & Anexitus Campanus
„ ſedit An. VIIII. Men. III. dies XXI.
„ tempore Severi. Hic conſtituit, ut nul-
„ lus Monachus (ſic) pallam ſacram con-
„ tingeret, nec incenſum poneret in ſan-
„ cta Eccleſia. Ceſſav. Epiſcopatus die-
„ bus XXII.

„ Eleutherius Græcus ſedit An. XVI.
„ Men. VI. dies V. tempore Antonini,
„ & Comodi. Hic firmavit, ut nullam
„ eſcam Chriſtiani repudiarent, quam
„ Deus creavit, quæ tamen rationalis
„ eſt, & humana. Ceſſav. Epiſcopatus
„ dieb. V.

„ Victor Afer ſedit An. X. Men. II.
„ dies X. tempore Cæſaris Auguſti. Mar-
„ tyrio coronatur. Ceſſav. Epiſcopatus
„ dieb. XII.

„ Zefyrinus Epiſcopus Romanus ſedit
„ An. XVI. Men. II. dies X. tempore
„ Antonini, & Severi. Ceſſav. Epiſco-
„ patus dieb. VI.

„ Caliſtus Romanus An. VII. tempo-
„ re Macrini, & Theodoli Eliogaballi.
„ Martyrio coronatur. Ceſſav. Epiſco-
„ patus dieb. VI.

„ Urbanus Romanus An. VIII. Men.
„ XI. dies VI. Hic fuit clare Confeſſor
„ tempore Diocletiani. (l) Hic reduxit
„ ad Credulitatem Valerianum Sponſum
„ Ceciliæ. Dieb. XXX. Epiſcopatus ceſ-
„ ſav.

„ Pontianus (m) Romanus An. V.
„ Men. II. dies II. Martyrio coronatur
„ tempore Alexandri. Ceſſav. Epiſcopa-
„ tus dieb. X.

„ Antherus Græcus ſedit An. XII.
„ Men. I. dies XII. Martyrio corona-
„ tur tempore Maximiani, & Africani
„ Conſulum. Ceſſav. Epiſcopatus dieb.
„ XIIII.

„ Fabianus Romanus ſedit An. XIIII.
„ Men. XI. tempore Maximiani, & A-
„ fricani. Martyrio coronatur. Ceſſav.
„ Epiſcopatus dieb. VII.

„ Cornelius Romanus An. III. Men.
„ II. dies X., qui a centum Cellis
„ pulſus a Cipriano Chartaginenſi Epi-
„ ſcopo in carcere poſitus Epiſtolam de
„ ſua Confirmatione ſuſcepit. Hic cor-
„ pora Apoſtolorum Petri, & Pauli ro-
„ gatu Lucinæ de catecumba levavit,
„ quæ Lucina Paulum in prædio ſuo via
„ Oſtienſi poſuit juxta locum, ubi decolla-
„ tus eſt. Cornelius vero corpus Petri po-
„ ſuit juxta locum, ubi crucifixus eſt in
„ Templo Apollinis in monte aureo in
„ Vaticano. Hunc Cornelium Decius
„ martyrizavit. Dieb. LXVI. ceſſav,
„ Epiſcopatus.

„ Lu-

a Pio. ut Reſurrectio Dominica die dominica celebretur &c., omnium Eruditorum calculo ſuppoſititiam cenſeri, perperamque Pio adjudicatam novimus; & quamvis illud editum Decretum inveniamus in Chronico Euſebiano, nihilo tamen minus Cotelerus Tom. I. *Patrum ævi Apoſtolici*, ubi agit de libro Paſtoris, qui S. Hermeti tribuitur, fabulam Libri Pontificalis vocat. Similiter Arnaldus Pontacus in Notis teſtatur, illa verba non reperiri in MSS. Codicibus Chronici Euſebii [ſicuti non invenitur in Cod. MS. optimæ notæ ejuſdem Chronici in pergamena exarato in noſtra Ravennæ Bibliotheca exiſtente], atque adeo verba illa delenda eſſe, exiſtimat. Hinc in nova Editione Chronici hujus a Joſepho Scaligero curata, ea verba expuncta inveniuntur. His, aliiſque fulti monumentis ultro huic ſententiæ nos ſubſcriberemus. Aſt nobis ſupereſt hæc difficultas, ſcilicet Codicem nu: 1196. vetuſtiſſimum extare in Vaticana ex fide Vigniolii, in quo Legenda occurrit SS. Pudentianæ, & Praxedis, in qua verba antea laudata habentur, eaque ex Actis earundem a ſynchrono Scriptore & Pii, & ipſarum Virginum *Paſtore* Presbytero excerpta dicuntur. Immo lib. IIII. Carminum prope finem adverſus Marcionem, quæ antiquiſſima ſunt, eadem leguntur verba, ut videre eſt hoc in loco pag. 29. apud Vigniolium. Hæc tanti apud nos ſunt, ut ex animo eorum opinioni non ſubſcribamus. Nec movet tale Decretum jam ab Apoſtolis fuiſſe ſancitum, cum quæ ab iis ſancita fuerunt, ab ipſis Pontificibus denuo confirmari potuerint, præcipue per id tempus cum inter Aſianos Epiſcopos de Paſchæ celebratione Quæſtio exorta fuerit.

(i) Auctor noſtri Pontificalis opinionem ſequitur Optati Milevit: Auguſtini, & aliorum qui Anicetum Pio præmittunt.

(l) Ex Anaſtaſio, Fabroto, multiſque Codicibus habemus temporibus *Maximini*, vel *Maximi*, & *Affricani*; Codex noſter habet: *Diocletiani*.

(m) Poſt *Urbanum* apud Anaſtaſium habetur *S. Artherus*.

„ Lucius Romanus An. III. Men. III. „ dies III. (n) Martyrizatus a Valeria- „ no. Episcopatus dieb. XXXII. cessav.

„ Stephanus Romanus An. IIII. Men. „ II. dies XV. Martyrizatus tempore „ Valeriani, & Galicani (o) Maximi. „ Dieb. XXII. Episcopatus cessav.

„ Xistus Græcus, & Philosophus An. „ II. Men. XI. dies VI. Martyrizatus „ tempore Valeriani, & Decii, & post „ tertium diem Archidiaconus ejus Lau- „ rentius Martyr. Cessav. Episcopatus „ dieb. XXV.

„ Dionysius ex Monacho An. II. Men. „ III. dies VII. tempore Gallieni. Hic „ Presbyteris Ecclesias dedit in Paro- „ chias, & Diœceses constituit. Dieb. „ V. cessav.

„ Felix Romanus An. II. Men. X. „ dies XXV. Martyrizatur tempore Clau- „ dii, & Aureliani. Hic constituit super „ memorias Martyrum Missas celebra- „ ri. (p) Diebus V. cessav.

„ Eutichianus Tuscus An. VIII. Men. „ X. dies IIII. tempore Aureliani III., „ & Marcellini martyrizatus. Dieb. VIII. „ cessavit.

„ Gaius (idest Cajus) Dalmatinus „ ex genere Diocletiani Imperatoris An. „ XI. Men. IIII. dies VIIII. tempore „ Carini. Hic constituit, ut Ordines „ omnes in Ecclesia sic ascenderent, vi- „ delicet Hostiariatus, Lector, Exorci- „ sta, Accolitus, Subdiaconus, Diaco- „ nus, Presbyter, & exinde Episcopus. „ Martyrizatus. Dieb. XI. cessav.

„ Marcellinus Romanus An. VIIII. „ Men. II. dies XXV. tempore Maxi- „ miani, & Diocletiani, qui coactus „ turificavit, & post paucos dies pœni- „ tentia ductus martyrizatur. Cessavit „ Episcopatus An. VII. Men. VI. dieb. „ XXV. persequente Diocletiano Chri- „ stianos. (q)

„ Marcellus Romanus An. V. Men. „ VII. dies XXI. tempore Maxentii, qui „ damnatus servitio animalium cilicio „ amictus defunctus est. Diebus XX. „ cessav.

„ Eusebius Græcus ex Medico An. „ II. Men. II. dies XXV. tempore Con- „ stantis, (r) cujus tempore inventa est „ Crux Domini. Diebus VII. cessavit „ Episcopatus.

„ Melchiades Afer An. III. Men. VII. „ dies XXII. a Consulatu Maxentii no- „ no usque ad Maximinum secundum. „ Diebus XVII. cessavit.

„ Silvester Romanus An. XXIII. Men. „ X. dies XI. tempore Constantini, & „ Volusiani, Constantio, & Volusiano „ Consulibus. (s) Hic exilio fuit in „ Monte Sirapti Soracte, (t) & postmo- „ dum rediens cum gloria baptizavit „ Constantinum, quem curavit Deus a „ lepra. Hic fecit Constitutum de omni „ Ecclesia, cujus præcepto (u) factum „ est Concilium in Nicea Bithiniæ CCC. „ XVIII.

(n) Nonnullæ Editiones legunt sedisse Men: VIII. Men. V. dies X., dies XXXI., & XXXV. Sandinius vero de Vitis Pontificum Romanorum habet: *Cum annum unum, menses quattuor, & dies duodecim in Pontificatu vixisset*. MSS. tamen omnes exhibent numerum Annorum, Mensium, dierumque, uti Codex noster. Corruptos esse Codices manifeste Vigniolius testatur.

(o) Minus recte habet Codex *Gallicani*: cum rectius legendum sit *Gallieni*.

(p) *Super memorias*: Hoc est supra illorum Sepulchra, sive super Altare, ubi eorum reliquiæ conditæ sunt.

(q) Multi Viri docti, ut Papebrochius in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Pontificum pag. 43. Natalis Alexander Sæculo tertio, & alii lapsum Marcellini suppotititium esse probarunt, multisque etiam animadversionibus noster Pagius confirmat. De cessatione Episcopatus Editiones habent An: IIII. Men: IIII. dies XV. Codex noster Annorum numero conformatur Exemplari Cardin: Deusdedit, & Anselmus Lucensis pro VII. Annis habet Ao. XI.

(r) *Constantis* pro *Constantini*. Multi alii Codices habent *Constantis*. Hic Auctor Pontificalis tradit ab Eusebio Pontifice inventam fuisse Domini Crucem, cum tamen ab Helena Constantini Matre noctu divinitus admonita inventam fuisse multis ostendit Baronius ad an: 311. §. 41. Jacobus Gretserus lib. 1. de Cruce cap. 61., sitque recepta persuasio.

(s) *Constantini Imper. & Volusiani*, idest *Consulis* usque ad *Constantinum*, & *Albinum*, non *Volusianum* Consules.

(t) MSS. Codices modo *Siraptis*, modo *Soracti* habent: Auctor utroque utitur vocabulo ad eundem Montem indicandum, qui & dicitur S. Silvestri.

(u) Ex Codicibus ab Anastasio, Holst:, Febro: relatis habemus *ejus consensu*, & ita alii Co-

„ XVIII. Epiſcoporum Catholicorum, qui exponentes integram, catholicamque Fidem immaculatam damnaverunt Arium, Photinum, Sabellium, atque ſequaces eorum. Ipſe quoque in Roma congregavit conſilio Auguſti CC. LXXVII. Epiſcopos, & damnavit iterum Calixtum. Hic conſtituit, ut baptizatum levatum de aqua liniret Presbyter Chriſmate propter occaſionem tranſitus mortis. Hic conſtituit, ut nullus laicus crimen audeat inferre Clerico. Diacones Dalmatica in Eccleſia uti, & palla linoſtina levam eorum tegi: nullumque Clericum propter ullam cauſam Curiam introire, nec ante cinctum Judicem cauſam dicere, (x) niſi in Eccleſia: & Sacrificium Altaris non in ſerico, nec in panno tincto celebretur, niſi tantum in lineo ex terra procreato ad ſimilitudinem Dominici Corporis in Sindone lineo mundo ſepulti. Hujus tempore fecit Conſtantinus Auguſtus Baſilicas plures, quas mirabiliter ditavit. Baſilicam Conſtantinianam, in qua ipſe baptizatus: Baſilicam Petro Apoſtolo in Templo Apollinis, cujus corporis loculum cuprico ære circumdedit manſura V. pedum: Baſilicam S. Pauli ex ſuggeſtione S. Silveſtri, cujus corpus ita condidit, ſicuti beati Petri Baſilicam, quæ dicitur Jeruſalem. (z) Baſilicam S. Agnetis: Baſilicam S. Laurentii: Baſilicam Marcellino, & Petro Martyribus, ubi Mater ejus Helena ſepulta eſt. Fecit & ceteras quamplures. (a) Ceſſavit Epiſcopatus dieb. XV.

„ Marcus Romanus An. II. Men. VIII. dies XX. tempore Conſtantini. Hic fecit Baſilicam. (b) Dieb. XX. Epiſcopatus ceſſav.

„ Julius Romanus An. XI. Men. II. dies X. tempore Conſtantii Filii Conſtantini heretici, a quo exilio damnatus eſt, quo mortuo cum gloria revocatur. (c) Ceſſavit Epiſcopatus diebus XXX.

„ Liberius Romanus An. X. Men. VI. dies III. tempore Conſtantii Filii Conſtantini uſque ad Conſtantium Auguſtum, a quo exiliatus III. An., quia noluit hæreſi Arianæ conſentire, & conſilio quorundam Sacerdotum hæreticorum ordinavit Epiſcopum in locum ſuum Felicem venerabilem Virum, qui Felix Concilio XLVIII. Epiſcoporum damnavit quoſdam Arianos presbyteros conſentientes Conſtantio, qui prius zelo ducti rogaverunt Conſtantium, ut revocaret Liberium, (d) ut una tantum communione participaret extra Sanctum Baptiſma, „ quod

Codices legunt. Noſter vero plane legit, *cujus præcepto*, quo oſtenditur ab ipſis ferme Eccleſiæ incunabulis Concilium generale indicere, Pontificiæ eſſe auctoritatis, uti factum eſſe in illa Œcumenica Synodo Niceæ legimus.

(x) *Cinctum Judicem* hoc eſt *ſecularem*: a cingulo, quo in ſignum ſuæ poteſtatis a Principe donabatur. Noti ſunt hac de re Caſſiodori, & aliorum veterum Scriptorum loci.

(z) In nullis MSS. Codicibus, quos Holſtenius, Febrotus, Vigniolius, & alii recenſent, invenimus, uti in noſtro: *quæ dicitur Jeruſalem*.

(a) Neque iis in Codicibus legimus: *Fecit, & ceteras quamplures*.

(b) Unam tantum feciſſe Baſilicam, ſi huic Auctori ſubſcribamus, Marcum Pontificem dicendum, non duas, unam ſcilicet via Ardeatina, alteram in Urbe Roma juxta Pallacinas; & hæc altera eſt Eccleſia S. Marci prope Circum Flaminium poſita, cujus rudera, ut mos eſt loquendi medii ævi, *Palacium*, ſive *Palatium* dicebantur, unde *Pallacinas*, ſeu *Palatinas*. Hinc Codices MSS. Thuan: *Palatinis*: Reg. *Pallatinas*: Maza: addit: *ideſt prope Capitolium*. Hæc eſt Baſilica ea, de qua noſter Codex loquitur.

(c) Multas Pontificales Editiones narrare, Julium in exilio mortuum, tranſlatumque Romam cum gloria. At noſter Codex revocatum Romam cum gloria indicat.

(d) Verba, & facta Liberii cedro ſunt digna. Accerſitus Liberius a Conſtantio Imperatore Mediolanum, planeque agnoſcens Athanaſii innocentiam, Arianorumque in eum invidiam, noluit votis Imperatoris præbere aſſenſum, ut Athanaſii damnationi ſubſcriberet, et hæc protulit: *Ego vero poſtulo, ut primum quidem generalis præcurrat ſubſcriptio, quæ fidem Niceæ expoſitam confirmet &c.*: & Conſtantio exilii minas intentanti, reſpondit: *Fratribus, qui Romæ ſunt, jam vale dixi: Potiores enim ſunt*

„ (e) quod consensit, & ejecto Felice, qui „ erat Catholicus, revocaverunt Libe- „ rium, qui consensit hæretico Constan- „ tio, non tamen rebaptizatus est. O- „ mnes itaque Anni Felicis in hujus „ Ordine dinumerantur. Cessav. Episco- „ patus dieb. VI.

„ Felix Romanus An. I. Men. III. „ dies II. Hic a Constantio Constan- „ ti Filio hæretico martyrizatur. Ces- „ vit Episcopatus dieb. XXXVIII.

„ Damasus Hispanus An. XVIII. Men. „ II. dies X., & cum eodem ordinatur „ sub intentione (f) Ursinus. Et facto „ Concilio Sacerdotum constituerunt Da- „ masum, quia fortior, & plurima mul- „ titudo erat cum illo. Ursinus autem „ Neapoli tempore Juliani fuit. Cessa- „ vit XXXI.

„ Siricius Romanus An. XV. Men. XI. „ dies XXV. Cessavit Episcopatus die- „ bus XX.

„ Anastasius Romanus An. II. dies „ XXVI. Cessavit Episcop. dieb. XXI.

„ Innocentius Albanensis An. XV. „ Men. II. dies XXI. Cessavit Episcop. „ dieb. XXIII.

„ Zosimus Græcus An. I. Men. VIII. „ dies XXV. Cessavit Episcopatus diebus „ XI.

„ Bonifacius Romanus An. III. Men- „ ses V. dies XIII. Hic sub intentione „ cum Eulalio (g) ordinatus uno die, „ & facta dissensione pulsis ambobus a „ Civitate. (h) Sed Eulalius præsumpti- „ ve intravit, unum Baptismum agno- „ scens in Basilica Constantiniana. Quo „ audito Bonifacius in Urbem reductus „ Episcopus a CCLII. Episcopis; & post „ An. III. Men. VIII. defunctus est. „ Tunc volens revocare Eulalium, qui „ tamen Romam reverti noluit. Mor- „ tuusque est prius ante mortem Bonifa- „ cii. Et cessavit Episcopatus Bonifacii „ dieb. VIII.

„ Celestinus Campanus An. VIII. Men. „ X. dies VIIII. Hic constituit, ut Psalmi „ CL. ante Sacrificium psallerentur an- „ tiphonatim ex omnibus, quod antea „ non fiebat, nisi tantum Epistola pri- „ mo recitabatur, & Evangelium. Ces- „ savit Episcop. dies XXI.

„ Xistus Romanus An. VIIII. dies „ XXI. tempore Valentiniani. Cessavit „ Episcop. dieb. XXII.

„ Leo Tuscus An. XXI. Men. I. dies „ XXVIII. Hic constituit, & pariter „ confirmavit Concilium Chalcedonese, „ in quo congregati sunt Sacerdotes „ CCLVI. (i) & alii, quorum chiro- „ graphus cucurrit CCCCVI. Episcopo- „ rum cum chirographo S. Leonis Pa- „ pæ. Hic renovavit post cladem Van- „ dalicam ministeria Sacra. Hic adiens „ ad Regem Unorum nomine Attilam „ liberavit totam Italiam a periculo ho- „ stium. Hic constituit, ut Monacha „ non acciperet velaminis benedictionem, „ nisi

sunt Ecclesiastica leges, quam domicilium Romæ. Inter facta illud unum sit. Post ipsius reditum Romam celebrato Concilio Lampsaci, quæ Civitas est Hellesponti, Legati ad Liberium missi fuerunt cum Litteris ejusdem Concilii, in quibus verba ipsa Niceni Symboli erant conscripta, & confirmata, sed Liberius eas recipere noluit, quod suspectos Legatos haberet Arianæ hæreseos. Deinde ratus, eos tenere fidem Catholicam, & servare, quæ a Sacrosancto Concilio Niceno fuerunt definita; eosque execrari, & damnare Arium, ejusque fautores, & doctrinam, ac tandem anathematizare Fidei formulam in Concilio Ariminensi recitatam, tandem eos in communionem recepit. Quod sane certum est argumentum de Orthodoxa Liberii fide. Ne actum agere videar. Viri sunt gravissimi, qui Liberium defendunt a quacumque heresis labe.

(e) Editiones habent: *extra secundum Baptisma*, ac si significarent, & si Constantio Ariano Imperatori communicare visus esset, non tamen illorum more rebaptizari voluisse.

(f) *Sub intentione* idest *sub schismate & partium contentione*. Vide Socratem lib. IV. cap. 29., qui Ursini electionem eodem tempore factam clare exponit.

(g) Eulalius, Zosimo mortuo, per vim ab Episcopo Ostiensi ordinatus, cathedram Pontificalem invadere tentavit.

(h) Placidia Augusta, dum cum filio suo Valentiniano Ravennæ sederet, hæc audiens ad Honorium Augustum Mediolani sedentem scripsit, & auctoritate accepta, ambo electi e Roma sunt expulsi.

(i) In Alexand. I. & Vaticano II. Codicibus, ut in contextu Alexand. III. CCLVII. ex Vigniolii fide. In Actis Conciliorum, & in Editionibus aliis congregati sunt Sacerdotes CCLXVI.

„ nisi probata fuerit in Virginitate LX.
„ anoorum. (*l*)
„ Hilarus Sardus An. VI. Meo. III.
„ dies X. Hic firmavit III. Synodos Ni-
„ cænum, Ephesinam, & Chalcedooeo-
„ sem. Cessavit Episcop. dieb. X.
„ Simplicius Tiburtinus An. XV. Men.
„ I. dies VII. Cessavit Episcop. dieb. VI.
„ Felix Romaous An. VII. Men. XI.
„ dies XVIII. tempore Odoachris Re-
„ gis usque ad tempora Theodorici Re-
„ gis. Cessavit Episcopatus dieb. V.
„ Gelasius Afer An. IIII. Men. VIII.
„ dies VIIII. tempore Theodorici Re-
„ gis, & Zenonis Imperatoris Augusti:
„ Cessavit Episcop. diebus VIII.
„ Anastasius Romanus An. I. Men.
„ XI. dies XXIII. tempore Theodorici
„ Regis. Eodem tempore multi Cleri-
„ corum, & Presbyterorum subtraxe-
„ ruot se a communione ipsius, eo quod
„ sine coosilio Ecclesiæ Catholicæ vo-
„ luisset revocare Acacium Coostantem,
„ & non potuit, quia outu divioo per-
„ cussus. Cessavit Episcop. dieb. IIII.
„ Symachus Sardus An. XII. Men.
„ VII. die XXVII. Hic fuit tempore
„ Theodorici Regis, & Anastasii Augu-
„ sti. Hic a crimine purgatus restitutus
„ est a CXV. Episcopis. Tuoc qui com-
„ municabaot Beato Symacho facto dis-
„ sidio gladio interficiabantur. Cessavit
„ Episcopatus dieb. VII.
„ Hormisda Campanus An. VIIII.
„ dies XXVII. tempore Theodorici, &
„ Anastasii Augusti a Coosulatu Senatoris
„ usque ad Coosulatum Symmachi, &
„ Boetii. Eodem tempore misit ad A-
„ nastasium Imperatorem Enodium Ti-
„ cioensem Episcopum, & alios, ut re-
„ levaret Græcos ab Euticiaoa (sic)
„ hæresi. Sed oihil egerunt cum Aoa-
„ stasio: enim in illa hæresi erant. Tunc
„ Aoastasius respondit. Nos jubere vo-
„ lumus, noo oos juberi. Eodem tem-
„ pore percussus est fulmine nutu divi-
„ no, & obiit. Sumpsit itaque Impe-
„ rium Justinus Orthodoxus, & direxit
„ auctoritate sua ad Papam causa pacis
„ Ecclesiarum rediotegraodæ, tuoc Papa
„ coosilio Theodorici Regis misit ad
„ Justinum, & damnantem hæreses redin-
„ tegravit unitatem Apostolicæ Sedis.
„ Cessavit Episcop. dieb. VII.
„ Joannes Tuscus An. III. Men. VIIII.
„ tempore Theodorici Regis, & Justi-
„ ni Augusti amore Christiani. Eodem
„ tempore Justinus Augustus amore Chri-
„ stianæ Religionis voluit hæreticos ex-
„ communicare. Quo audito Theodori-
„ cus Rex hæreticus misit Papam cum
„ ceteris ad Justioum Augustum dans
„ eis Legatiooem uoi Ecclesiæ: Hære-
„ ticis redeuntibus in partibus Orientis
„ quod si oon, (*m*) omoem Italiam gla-
„ dio perderet. Qui Papa ab Augusto
„ cum magna gloria susceptus id impe-
„ travit, & Italiam liberavit ab hære-
„ tico Theodorico. Quo tempore dum
„ isti Constaotinopolim essent Theodo-
„ ricus hæreticus teouit duos præclaros
„ Senatores ex Consulibus Symmachum,
„ & Boetium, & occidit gladio. Tuoc
„ ipsos revertentes gladio interficere vo-
„ luit, sed timuit iodignationem Justi-
„ ni Augusti: afflictos tamen in custo-
„ dia cremavit, dooec ipse Papa io cu-
„ stodia deficiens Ravennæ moreretur.
„ Pro cujus excessu XCVIII. die divi-
„ no nutu Theodoricus hæreticus subito
„ interiit. Cessavit Episcopatus diebus
„ LVIII.
„ Felix Sammus Ao. IIII. Men. II.
„ dies XIII. tempore Theodorici Regis,
„ & Justini Augusti: & vixit usque ad
„ Athalarici Regnum. Cessavit Episcop.
„ dieb. III.
„ Bonifacius Romao. Ao. II. dies XXVI.
„ tempore Athalarici Regis hæretici, &
„ Justini Augusti. Quædam instituta fecit,
„ de quibus inculpatus est ab aliis, & a se
„ ipso. (*n*) Cess. Epis. Men. II. dieb. XV.

Kk 2 „ Jo-

(l) Multi manuscripti Codices, & Pontificales editi produnt XL. tantum Annorum spatio probandam esse Monacharum Virginitatem. Codex noster spatio LX. Annorum, uti exhibent pauci alii Codices.

(m) *Quod si non:* Librarii indiligentia desunt in contextu.

(n) Synodo congregata in Basilica B. Petri Apostoli Bonifacius fecit Constitutum cum Sacerdotum chirographis, atque ab eis jusjurandum exegit, ut electioni Vigilii Diaconi post eum consentirent. Quoniam vero cognovit se contra Canones egisse, ut vellet sibi Successo- rem

„ Joannes qui & Mercurius (o) Romanus An. II. Men. IIII. tempore Athalarici Regis, & Justiniani Augusti. Dieb. VI. cessavit.

„ Agapitus Romanus Men. XI. dies XXVIII. Hic libellos anathematis, quos invidiæ dolo extorserat Bonifacius Presbyteris, & Episcopis contra Canones, & contra Dioscorum in medio Ecclesiæ congregatis omnibus incendio consumpsit. Hic missus est a Theodato Rege Gotorum ad Dominum Justinianum Augustum Legatum, quia eodem tempore Augustus indignatus erat Theodorico Regi, eo quod occidisset Reginam Amalasuntam filiam Theodorici Regis commendatam, sique eum Regem fecerit, obtinuitque; propter quæ directus fuerat. Insuper Constantinopolitanum Episcopum Antimum hæreticum expulit cum Augusto, & alium Catholicum ordinavit, ibique defunctus est. Romam translatus est. Cessavit dieb. XXVIII.

„ Silverius Campanus ex Patre Ormisda Episcopo Romano An. IIII. Men. V. dies XI. Hic est elevatus a tiranno Theodato sine decretione liberatus, (p) qui Theodoti pecunia corruptus timore mortis compulit, ut quod antiquum decretum antea non fecerant, postmodum sub vi, & metu propter adunationem Ecclesiæ, & religionis subscripserit. Postmodum vero II. (idest Menses) nutu Dei extinguitur Theodatus, & levatur Rex Octotingius. Tunc vi tulit Filiam Amalasuntæ Reginæ sibi uxorem. Indignatus Imperator, quia sibi Reginam commendatam occidisset Theodotus. Misit Julisascum, (idest Belisarium) Patricium cum exercitu suo, ut liberaret omnem Italiam a captivitate Gothorum. Tunc bellum fuit inter eos, & colligens Rex multitudinem Gothorum, ut obsideret Romam cum Patritio. Tunc possessiones Ecclesiæ, homines incendio, gladio interemptos. Sed parcius pugnando liberavit Romanum nomen, vicitque Gothos, qui fugierunt Ravennam. Tunc Augusta consilio usa cum Vigilio Diacono Romæ, qui tunc erat Constantinopoli Epistolam misit Silverio Papæ, ut ad eam veniret, aut revocaret Antimum Episcopum Constantem hæreticum ab Agapito depositum. Cui dum nollet adquiescere, fecit eum a Belisario Patritio, ipso tamen nolente, Monasticas indui vestes. Quem suscepit Vigilius Archidiaconus Apocrisarius in fide quasi sua, & misit in exilium in Pontias sustentans eum pane tribulationis, & aqua angustiæ. Qui Confessor factus mortuus est: ibique currens multitudo male habentium salvatur. Cessavit Episcop. dieb. LXI.

„ Vigilius Romanus ex Patre Johanne Consule An. XVII. Men. VI. dies XXV. Tunc commisso prælio captus est Juttingis (sic), idest *Witigis* Rex Gothorum, perductusque ad Imperatorem, factusque ab eo patritius & Comes, missusque ad fines Persarum, ibi vitam finivit. Belisarius vero accepta dignitate ab Imperatore, missusque iterum in Africam dolo interfecit Ivittarim (q) Regem Wandalorum, & redacta est Africa sub

„ Rege

rem eligere, Synodo iterata, se Majestatis reum esse, confessus est. Justa igitur de caussa de his & *inculpatus est ab aliis, & a se ipso.*

(o) In Æde S. Petri ad vincula perstat adhuc hæc Inscriptio: *Salbo Papa N. Johanne cognomento Mercurio.*

(p) *Sine deliberatione decreti* Editiones legunt & Codex Romualdi: *sine imperiali assensu: sine decretione liberatus* extat in Codice, qui dum narrat, quæ tempore Silverii contigerant, multas variantes exhibet Lectiones, quas inter illa sedulo observanda, quæ ad Vigilium diaconum apocrisarium spectant. Nam cum Editiones habeant, ipsum fuisse Constantinopoli; & Augustum consilio ipsius usum fuisse, ut Epistolam Sylverio Papæ Romam mitteret; in Codice nostro legitur. *Tunc Augusta consilio usa cum Vigilio Diacono Romæ, qui tunc erat.*

(q) Vigniolii lectio in Pontificali edito est; *Guntarim Gundarim* Vatic: Codex I. & II. *Vintbaram:* Floren: *Wintarin:* Alexandrin. *Guintberitb. Ivittarim* est in contextu.

„ Rege Perſarum. (r) Eodem tempore „ miſit Auguſtam ad Vigilium Papam, „ ut adimpleret, quod prius prona voluntate de Antimo promiſerat. Cui „ reſpondit Papa. Prius male & inſipienter locutus. Modo vero etſi indignus Vicarius tamen non eum ſolvo Beati Petri auctoritate, quomodo „ Anteceſſores mei, qui eum damnaverunt. Tunc Romanis ſuggeſtione facta, (s) quia ejus conſilio depoſitus fuiſſet Silverius Papa, fecit eum ad ſe „ adduci. Qui tamen ab ea multum deterritus, & afflictus nunquam conſenſit. Tunc Gothi fecerunt ſibi Regem „ Baduam, qui & Totila. Qui Romam „ capiens quaſi Pater cum Filiis habitavit. Tunc Imperator miſit Narſetem „ Eunuchum, qui multos Gothorum, „ ipſumque Regem interfecit. Poſtea „ vero Vigilius Papa, dum Romam reduceretur, mortuus Siracuſi. Ceſſavit „ Epiſcop. Men. III. dieb. V.

„ Pelagius Romanus An. IIII. Men. „ X. dies XXIII. Hic quia non eſſent „ Epiſcopi, qui eum ordinarent, a duobus inventis Epiſcopis, & uno Preſbytero ordinatus eſt Pontifex. Hic incuſatus, quia in morte Vigilii Papæ „ ſe miſcuit. Evangelia tenens (t) populo ſatisfecit. Ceſſavit Epiſcopatus „ Men. III. dieb. XXV.

„ Johannes Romanus An. XII. Men. „ XI. dies XXVI. Tunc Narſes liberavit Italiam ab Herulis & ab Aminco „ (u) Duce Francorum, & Bucilino. „ Tunc Romani invidia ducti mittunt „ ad Juſtinianum, (x) ut liberaret eos „ de manu Narſeti. Quo audito dum „ Narſus abiret ſcripſit Genti Longobardorum, ut venirent, & poſſiderent Italiam. Tunc Papa reduxit eum, & „ poſt multum temporis mortui ſunt. „ Ceſſavit Epiſcopatus Men. X. dieb. „ III.

„ Benedictus Romanus An. IIII. Men. „ I. dies XXVIII. Eodem tempore Gens „ Longobardorum invaſit omnem Italiam, & propter famam multi Caſtrorum ſe tradiderunt Longobardis. Ceſſavit Men. III. dieb. X.

„ Pelagius Romanus An. X. Men. II. „ dies X. Hic ordinavit extra juſſionem „ Principis, eo quod obſiderent Romam. „ Eodem tempore tantæ pluviæ fuerunt „ ut omnes dicerent, quia aquæ diluvii innundarent. Et talis clades fuit, „ qualis a ſæculo nullus meminerit.

„ Gregorius Romanus ex Patre Gordiano An. XIII. Men. VI. dies X. „ Hic expoſuit Homelias Evangeliorum „ XL. (ideſt numero). In Job XXXV. „ (ideſt libros). In Ezechielem Homelias XXV. Paſtoralem, & Dialogorum libros IIII., & multa alia, „ quæ enumerare non poſſumus; Eodem „ tempore miſit Servos Dei Melitum, „ Auguſtinum, Johannem, & alios plures cum eis Monachos timentes Deum „ ad prædicandam gentem (z) Anglorum, ut eos converterent ad Chriſtum. Hic augumentavit in prædicatione (ideſt in præcatione) Canoni. „ Dieſque noſtros in tua pace diſponas „ &c.

(r) Legendum procul dubio: *Eodem tempore Theodora Auguſta miſit ad Vigilium Papam*. Auguſtam Romam miſſam fuiſſe, ut verba noſtri Codicis innuere videntur, nunquam ex Hiſtoria diſcimus: *prona voluntate* eſt in contextu, ſicuti antea legitur: *ſub Rege Perſarum*: & tamen Vatic. III. & Urbin. habent *prompta*: & Regius *bona fide tua, & voluntate prompta*. Sic etiam ex Anaſt: *& redacta eſt Africa ſub Rempublicam*: & Fabro: *ſub republica*.

(s) *Tunc Romani ſugeſtiones fecerunt ſuas in Vigilium:* lectio eſt Anaſtasii, & eadem reperitur io contextu Vigniolii, & nonnullorum Codicum.

(t) *Evangelia tenens, populo ſatisfecit*: hoc eſt: Pelagius tune Evangelia tenens, & ambonum aſcendens populo ſatisfecit, quod nihil mali egiſſet adverſus Vigilium.

(u) Vatic. I. & VIII. & Alexand. II. *Amingus*. Vatic. II. legit ut noſter Codex, duplicata tamen lit. *m Amnincus*. Aliorum Codicum diverſa eſt lectio. Amingus, & Buccellinus erant Theudeberti Regis Fraocorum Duces ex Paulo Diacono.

(x) *Sugeſſerunt Juſtino Auguſto, & Sophiæ Auguſtæ* exhibent Editiones. In margine Anaſtaſii loco *Juſtinianum*, ut io Codice noſtro, notatur: *corrige Juſtinum*.

[x] Lectio hæc *ad prædicandam gentem* Vat. II., & Alex. Codicibus conformatur: Alii vero Codices, & Editiones legunt *in prædicationem Anglorum*, ſive *in prædicationem ad Gentem*.

„ &c. Ceſſavit Men. XI. dieb. XXVI.

„ Sivinianus (a) Tuſcus An. I. Men. „ V. dies VIIII. Tunc facta eſt pax „ cum Longobardis tempore Mauritii „ Imperatoris, & Agilulphi Longobar- „ dorum, qui eo tempore Romæ obſi- „ dionem parabant. (b) Ceſſavit Men. „ V. dieb. XVIIII.

„ Bonifacius Romanus An: VIII. dies „ XXII. Hic obtinuit apud Focatem „ Principem, ut Sedes Apoſtolica Bea- „ ti Petri Caput eſſet omnium Eccle- „ ſiarum, quia Sedes Conſtantinopolita- „ na primam ſe omnium Eccleſiarum „ ſcribebat. Hic fecit Conſtitutum in „ Eccleſia Petri Apoſtoli LXXII. Epi- „ ſcopis, & Sacerdotibus ſedentibus ſub „ anathemate, & nullus vivente Pon- „ tifice, aut Epiſcopo Civitatis ſuæ præ- „ ſumat de Electione loqui, aut partes „ ſibi facere, niſi tertio die depoſitio- „ nis ejus adunato Clero, & Filiis Ec- „ cleſiæ electio fiat, & quis, quem vo- „ luerit, habeat ſibi licentiam eligendi. „ Ceſſavit Men. X. dieb. VI.

„ Bonifacius Marſorum natione An. VI. „ Men: VIII. dieb. XIII. Hic a Foca Prin- „ cipe Templo Panteon impetrato in ho- „ nore beatiſſimæ Virginis Mariæ, & „ omnium Martyrum, cui Foca mul- „ ta dona dedit. Men. VI. dieb. V.

„ Deusdedit Romanus An. III. dies „ XX. Hic conſtituit, ut ſecunda Miſ- „ ſa fieret in Clero. (c) Men. I. diebus „ XVI.

„ Bonifacius Campanus An. V. Men. X.

„ Honorius Campanus An. V. Men. „ X. dies XIIII. tempore Eraclii piiſſi- „ mi Imperatoris (d) cujus conſenſu le- „ vavit tegulas æreas de Templo, quod „ appellatur Roma, quibus Eccleſiam „ B. Petri cooperuit.

„ Severinus Romanus Men. II. dies „ IIII., amator pauperum, largus mi- „ tiſſimus. An. I. Men. VII. dieb. XVIII.

„ Johannes Dalmatinus An. I. Men. „ VIIII. dies XVIIII. Ceſſavit Epiſcop. „ Men. I. dieb. XIII.

„ Theodorus Græcus An. VI. Men. „ V. dies XVIII., benignus, & ſcien- „ tiſſimus. Men. I. dieb. XIII.

„ Martinus Tuſcus An. VI. Men. I. „ dies XXVI., qui ſcientiſſimus Papa „ ab hæreticis exiliatus ibi vitam fini- „ vit.

„ Eugenius Romanus An. II. Men. „ VIIII. dies XXIIII.

„ Vitalianus Signenſis An. XIIII. Men. „ VI. dies XXVIIII. Ceſſavit Men. I. „ dieb. III.

„ Adeodatus Romanus An. IIII. Men. „ II: dies V. Ceſſavit Men. IIII. dieb. „ XII.

„ Donus Romanus An. I. Men. V. „ dies X. Ceſſavit Men. II. dieb. XV.

„ Agatho Siculus An. II. Men. VI. „ dies IIII. Hic ſuſcepit juſſionem Con- „ ſtantini Heraclii & Tiberii Auguſto- „ rum, ut debeant Sacerdotes, & miſ- „ ſos ſuos dirigere in regiam, idest Con- „ ſtantiam Urbem per adunationem fa- „ ciendam Sanctarum Diſciplinarum, „ quæ & fecit. Ceſſav. An. I. Men. VII.

„ Leo junior Siculus Men. X. dies „ XVIII. græca, latinaque lingua eru- „ ditus, & exortator omnium bonorum „ operum. Hic ſuſcepit Sextam Synodum.

„ Benedictus junior Romanus Men. „ X. dies XII: Hic accepit divales juſ- „ ſiones Conſtantini Magni principis ad „ Clerum venerabilem, & populum, & „ Exercitum feliciſſimum romanum, qui- „ bus conceſſit, ut qui electus fuerit in Se- „ de Apoſtolica e veſtigio, & *abſque* „ *tar-*

(a) Solus Codex noſter, quod ſciamus, præfert Sivinianus; Vatic. unus legit *Savinianus*. Aſt *Sabinianus* legendum eſt, ut habent Editiones omnes, & refert Hiſtoria Eccleſiaſtica Teophanis. Is diaconus Conſtantinopoli apocriſarii S. Gregorii munus obierat.

(b) Hæc deſiderantur cum in Anaſtaſio, & Fabroto, tum in Pontificali Vigniolii, atque in Breviario Romanorum Pontificum Pagi.

[c] Ex Can. *Neceſſe* de Conſecratione Diſt. I. accipimus S. Leonem Papam primum inſtituiſſe, in una, eademque Eccleſia alteram Miſſam celebrandam eſſe, quod confirmatum eſt a Summo Pontifice Deusdedit ob copioſioris populi frequentiam.

(d) Non recte babet Codex noſter An. V., & etiam Codex Vatic. VII., cum hunc Pontificem ſediſſe An. XII. Eruditi demonſtrent *Tempore* Heraclii &c. deſiderantur in Anaſt., & Vigniolio, aliiſque Editionibus.

„ tarditate (e) Pontifex ordinaretur.
„ Cessavit Men. II. dieb. XV.
„ Johannes natione Syrus An.II. dies
„ IX. Cessavit Men. XI. dieb. XXIII.
„ Conon oriundus Thraxecto (f), idest
„ patre ex Thracia. Men.XI. dieb.XXIII.
„ Sergius Syrus An. XIII. Men. VIII.
„ dies XXIII. Hic statuit in tempore
„ confractionis Corporis Domini. A-
„ gnus Dei, qui tollis peccata Mundi
„ miserere nobis: a Clero, & populo
„ decantetur. Cessav Men. I. diebus XX.
„ Johannes græcus An. III. Men. II.
„ dies XII. Cessavit Men. I. dieb. XVIII.
„ Johannes græcus An. II. Men. VII.
„ dies XVII. Men. III.
„ Sisinnius Syrus dies XX. Cessav.
„ Men. I. dieb. XXVIII.
„ Constantinus Syrus An. VII. dies
„ XV. Vir mitissimus tempore Justinia-
„ ni Imperatoris. Cessavit dieb. XL.
„ Gregorius Romanus An. XVI. Men.
„ VIIII. dies XI., Tempore Anastasii,
„ Theodosii, Leonis, atque Constantii
„ Augustorum. Eodem tempore Luit-
„ prandus (g) Rex Longobardorum do-
„ nationem Alpium Scutiarum, (h) quam
„ Aribertus Rex prius fecerat, monitis
„ Papæ confirmavit. Hic quadragesima-
„ li tempore, ut in quinta Feria jeju-
„ nium, atque Missarum celebrationes
„ fierent in Ecclesia, quod non ageba-
„ tur, instituit. Cessavit Episcop. Men.
„ I. dieb. V.
„ Gregorius Syrus An: X. Men. VIII.
„ dies XXV. Vir mitissimus, & sanctis-
„ simus tempore Constantini, & Leonis
„ Imperatoris destruentium Sacras Ima-
„ gines, quibus Papa restitit. Hujus tem-
„ pore concussa est provincia Romana,
„ ditionique subjecta Longobardis, seu
„ Regi eorum Luitprando. Hic misit
„ ad Karolum sagacissimum Regem Fran-
„ corum, ut a Longobardis liberaretur.
„ Cessavit Episcop. dieb. VIII.
„ Zacharias Græcus An. X. Men. III.
„ dies XIIII. Vir mitissimus, & omni
„ bonitate ornatus, nulli malum pro
„ malo reddidit. Principio quoque hu-
„ jus placatus Rex Luitprandus multa
„ Romæ reddidit, provinciam quoque
„ Ravennantium, quam opprimebat, di-
„ misit. Mortuo vero Luitprando, &
„ abjecto nepote suo Hildebrando, quem
„ ipse relinquerat Malivolum, Regem
„ Rachisium (i) suum ducem sibi Longo-
„ bardi eligunt. Hujus quoque tempore
„ Karolomagno filius Karli Francho-
„ rum Regis præsentis vitæ relinquens
„ gloriam, atque potestatem terrenam
„ ad Beatum Petrum Apostolum se se
„ Papæ intulit, clericatus jugum ab
„ eodem suscipiens, & dona contulit
„ profectusque; professus est in Mona-
„ sterio Benedicti. Hujus quoque tem-
„ pore rex Rachis hujus spiritualibus
„ admonitionibus inclinatus regalem re-
„ linquens dignitatem cum uxore, &
„ filiis devote ad limina Apostolorum
„ veniens āplato pp. clericus effectus mo-
„ nachico indutus est habitu. (l) Ces-
„ savit dieb. XII.
„ Stephanus Romanus An. V. dies
„ XXVIIII. Sed ante hunc Stephanus
„ ele-

[e] *Absque tarditate* non expectato scilicet, ut antea mos fuerat, Imperatoris consensu. Clementissimi hujus Principis Constantini virtute, & pietate novimus, summam pecuniam, quæ persolvi solita erat Imperatori pro Pontificis confirmatione, ab ipso Constantino remissam in totum fuisse. Vide Petrum de Marca lib. VIII. de Concordia Sacerdotii, & Imperii cap. 9. §. 10.

(f) Plures Vaticani Codices modo legunt *Trecesio*, modo *Thracesseo*: Alexand. II. *Thracesco* laudati a Vigniolio.

(g) In Editionibus nonnullis legitur *Liutprandus*: in Vat. I. *Liudprandus*, & in Vat. IV. *Luviprandus* teste Vigniolio. Legendum *Luitprandus* didici ex multis Scriptoribus.

(h) Male Codex noster *Scutiarum*. Legendum omnino *Cottiarum*, ut apud Doctos constat.

(i) Codex noster concordat cum Codice Vatic. I. Alexand. habet *Rathgisium*; & Vatic. VIII. *Ratchis*, hacque nomenclatura Editiones utuntur. Quo autem die eum sibi in Regem elegerint Longobardi, vide Ughel. Tom. II. Italiæ Sacræ, Pagium in Critic. Baronii ad A. C. 746., & tandem Hieronymum Rubeum Hist. Ravennæ ad annum Christi 743.

(l) Leo Ostiensis hanc ipsam rem narrans pro *cum uxore*, & *filiis* habet *cum Uxore & filia*, sed totum ejus locum adferre placet. *Cum jam per annos quinque, & sex menses regnasset, Romam cum uxore, & filia ad beati Petri Apostolorum principis limina devotus advenit. Ibique a præfato Apostolicæ sedis præ-*
sule

„ electus biduo manens, tertio moritur
„ die. (*m*) Hic dum ab Istulfo germano
„ Rachis regis jam effecti Monachi Lon-
„ gobardorum Rege jam pacta retinere
„ non posset ad Christianissimum Re-
„ gem Francorum perexit deprecans e-
„ um, ut per pacti foedera causam bea-
„ ti Petri, & reipublicæ Romanorum
„ disponeret: quod statim jurejurando ei-
„ dem Papæ satisfecit in omnibus ejus-
„ dem mandatis obedientiam se exhibi-
„ turum. Tunc Aistulphus Rex devo-
„ tus Karolomannum fratrem Pipini dia-
„ bolicis suasionibus a Monasterio bea-
„ ti Benedicti abstractum in Franciam
„ direxit ad adversandum causæ S. Dei
„ Ecclesiæ & Papæ. Sed Deo propitio
„ cum id peragere non posset pari con-
„ silio, sicut noverat, in Franciæ Mo-
„ nasterio collocatur. Post aliquot an-
„ nos divina vocatione de hac luce mi-
„ gravit. Pippinus itaque Aistulphum
„ usque Papiam persequens (heic in
„ Codice aliqua desunt, hoc est; *ipse*
„ *Papa Pipinum deprecatus, ut si quo*
„ *modo potuisset, sedaret sævitiam Ai-*
„ *stulphi*) ipso tamen deprecante Papa
„ principem, ne sanguis Christianorum
„ funderetur, ut Papæ, quod jure pe-
„ tebat, scilicet Civitarem Ravennantium
„ cum diversis Civitatibus, reddere con-
„ veniret terribili Sacramento, quod
„ postea frangens, quæ promiserat, mi-
„ nime adimplevit. Sed iterum a Pip-
„ pino, & exercitu ejus constrictus,
„ dum Papiam obsiderent, compulsus
„ restituere, Romanæ Ecclesiæ Raven-
„ nam cum suis pertinentibus reddidit.
„ Postmodum Desiderius quidam dux
„ Longobardorum a præfato populo ad-
„ jutus Longobardorum eripuit regnum
„ promittens, atque donans cum cete-
„ ris donis Ducatum Ferrariæ integre.
„ Cessavit Episcop. Men. I. dieb. V.
„ Paulus Romanus Stephani Papæ
„ frater An. X Men. I. mitis & mise-
„ ricors, nulli malum pro malo red-
„ dens, tempore Constantini, & Leonis
„ Imperatoris. Cessavit Episcop. An. I.
„ Men. I. Quo tempore Costantinus
„ transgressor Apostolicæ Sedis invasor
„ extitit, qui a laico armata manu con-
„ fectatus, postea destituit. (*n*)
„ Stephanus Siculus An. III. Men. V.
„ dies XXVIII. tempore Pippini Karo-
„ li, & Karlomagni Filiorum ejus Pip-
„ pini patritiorum romanorum. Hic
„ cum Concilio facto promulgavit de
„ Episcopis, Presbyteris, & Diaconi-
„ bus, quos Constantinus consecraverat,
„ ut Episcopi, si qui eorum presbyte-
„ ri, aut diaconi fuerint, in pristino
„ honoris sui gradu reverterentur: &
„ si placabiles fuissent coram populo suo,
„ denuo facto decreto electionis more
„ solito cum clero, & populo ad apo-
„ stolicam venissent Sedem, & a Papa
„ consecrarentur. (o) Presbyteros vero,
aut

sule Zaccaria comam attonsus, & clericus factus, monachico etiam habita simul cum uxore, & filia est indutus: mox vero uxor illius Tasia, & filia Rattruda, concedente, & adiuvante præfato abbate monasterium puellarum non longe a Casino in loco, qui Plumbariola vocatur, propriis sumptibus extruxerunt, multisque ditatum apibus, ibi sub magna cautela, & districtione regalam vitam agentes, ultimum diem clauserunt.

(m) Sunt nonnulli nempe Panvinius, Baronius, & alii, qui inter Pontifices enumerant Stephanum nescio quem Presbyterum Romanum, qui ut in contextu, tertio post die, quam electus fuerat, decessit, ideoque eum Stephanum secundum appellant; & Stephanum, qui An. V. sedit, vocitant Tertium. Sed opinio hæc, ut ait Pagius ad annum 886. *omnes antiquos Scriptores contrarios habet, omnesque Pontificum Romanorum Catalogos, in quorum nulla nomen Stephani Presbyteri, quia nempe tantum electus fuit, legitur.* Et vetus inscriptio Vaticana apud Mallium legitur, in qua itidem Stephanus hic Secundus appellatur, non Tertius. *Subjacet hic Stephanus Romanus Papa secundus.* Ita ex Vigniolio.

(n) Quæ post Episcopatus cessationem heic leguntur, desiderantur cum in MSS. Codicibus, tum in Editionibus, quas perlustravimus. Nam non expectata Pauli Pontificis morte, potentia Fratris Totonis Ducis Nepesini Constantinus Pontificatum invasit, & per annum, & mensem tenuit.

(o) Editionum lectio ita se habet: *denuo facto decreto electionis more solito cum clero, & plebe, ad Apostolicam advenissent Sedem, & ab eodem sanctissimo Stephano papa benedictionis suscepissent consecrationem*; cui conformantur MSS. Codices: noster vero loco *plebe* habet *populo, ad apostolicam venissent Sedem, & a Papa consecrarentur.*

„ aut Diaconos non suis permisit tem-
„ poribus consecrare. Laicos ab eodem
„ Constantino consecratos, in religioso
„ habitu cunctis diebus vitæ suæ suis in
„ domibus, vel ubi voluerint, permanere.
„ Ita etiam in eodem Concilio statutum
„ ut omnia, quæ idem Constantinus in
„ Ecclesiasticis Sacramentis, ac divino
„ cultu egit iterata fuissent post (p) Sa-
„ crum Baptisma, atque Sacrum Cris-
„ ma. Cessavit Episcop. dieb. VIIII.

„ Adrianus Romanus An. XXII. Men.
„ X. dies XVII. omnium indigentium
„ misericordissimus consolator. Hujus
„ tempore uxor, & filii quondam Car-
„ lomanni Regis Francorum fugerunt
„ ad Desiderium, cum Autecario, quos
„ Desiderius nitebatur, ut a Papa Reges
„ ungerentur, cupiens regnum dividere,
„ & principem a caritate regia Karoli,
„ & Francorum, & patritii Romano-
„ rum separare, & Romam, cunctamque
„ Italiam sibi subjugare: quod non po-
„ tuisset a Papa impetrare. Postmodum
„ vero Karolus rex excellentissimus, ob
„ restituenda apostolico, quæ ejus fue-
„ runt, papiam veniens; post multa jam
„ peracta Papiam, ipsumque Desiderium,
„ cunctosque, qui cum eo erant, com-
„ prehendit, & suæ potestati cunctum
„ regnum Longobardorum subjugavit:
„ præfatum vero Regem, ejusque Con-
„ jugem franciam deportavit. Hujus ad-
„ monitione, doctrina, & confirmatio-
„ ne missa Legatione ad Constantinum,
„ & Matrem ejus Irenem prædicans eos
„ pro sanctis imaginibus erectione (sic) se-
„ cundum traditiones venerabilium Pa-
„ trum in Catholica, & in Romana
„ Ecclesia. Commonuit in tantum, quod
„ præfati Imperatores Concilium in Ni-

„ cæa congregari fecerunt juxta CCCL.
„ Episcoporum, (q) qui secundum do-
„ ctrinam Apostolicæ Sedis consentien-
„ tes Synodum universalem deffinirent.
„ Hic innumerabiles Ecclesias, & Æ-
„ dificia romana restauranda incepit, &
„ perfecit.

„ Leo Romanus An. XX. Men. V.
„ dies XVI. Vir castus, nimis ilaris
„ in elemosinis, infirmorum maximus vi-
„ sitator, qui, dum secundum Aposto-
„ licam Ecclesiam, & Ecclesiasticum or-
„ dinem degeret, & in quibusdam le-
„ tanissiret, (r) iniquissimi quidam con-
„ silio facto, sicuti veri pagani, & im-
„ pii semel, & secundo oculos, & lin-
„ guam crudeliter eruerunt, fustibusque
„ cedentes semivivum in sanguine revo-
„ lutum ante ipsum Altare demiserunt,
„ post vero in arcta custodia recluserunt.
„ Qui cum a carnificibus in custodia mit-
„ teretur, Deo annuente, & beato Pe-
„ tro suffragante, & visum recepit, &
„ lingua ad loquendum illi restituta est,
„ & magno miraculo facto solita mise-
„ ricordia Dei a fidelibus Christianis su-
„ blatus est occulte ad Ecclesiam beati
„ Petri. Quibus visis miraculis glorifi-
„ cabant Deum, qui innocentem Epi-
„ scopum eruit de manibus inimicorum
„ suorum, profectique ad Karolum Re-
„ gem francorum, & Longobardorum,
„ atque Romanorum patritium, hono-
„ rificeque susceptus, reversus est Ro-
„ mam. Quem postmodum ipse Rex
„ in Basilica beati Petri conjunxit. Tunc
„ congregatis sanctissimis Archiepiscopis,
„ Episcopis, Abbatibus, Sacerdotibus,
„ seu optimatibus francorum, & roma-
„ norum, ut crimina, quæ adversus al-
„ mum Pontificem dicta fuerant, delima-
„ rent.

(p) Codex noster minus recte legit *post*: MSS. Codices, & editi Pontificales legunt *extra*.

(q) Quamvis Concilium hoc Œcumenicum Constantinopoli anno 787. incohatum fuerit; attamen deinde Nicæam Bitbiniæ translatum constat, ideoque utriusque Urbis nomine a Scriptoribus dictum est *Constantinopolitanum*, vel *Nicænum*. Numerus Episcoporum, qui interfuerat incertus. Codex noster plane habet. CCCL. Episcoporum.

(r) MSS. Codices ut plurimum legunt *Letania*, Librarius in Codice scribit *letaniisiret*, ac si verbum sit derivatum a *lætaniisio*: cum tamen scribendum esset distincte, *Lætaniis iret*. Antiquissimus est Litaniarum, seu publicarum supplicationum usus. Licet jam ante hunc Leonem Pontificem Litaniæ in usu essent, *ipse Præsul*, ut inquit Luitprandus Ticinensis Diaconus *de Vitis Roman. Pontificum*, seu alius ejus Libri Auctor, in vita Leonis III., *constituit, ut tres dies ante Dominicam Ascensionis Litaniæ celebrarentur*.

„ rent. (s) His auditis unanimiter dixe-
„ runt. Nos Sedem Apostolicam, quæ est
„ Caput omnium Ecclesiarum, judicare
„ non audemus. Nam ab ipsa nos omnes,
„ & a Vicario ejus judicamur; ipse au-
„ tem a nemine judicatur, quemadmo-
„ dum antiquitus mos fuit. Sed sicut
„ ipse Summus Pontifex censuerit cano-
„ nice obediemus. Venerabilis vero Præ-
„ sul, inquit: Prædecessorum meorum
„ Pontificum sequor vestigia, & de tali-
„ bus falsis criminibus, quæ super me
„ nequiter exarserunt, me purificare para-
„ tus sum. Alia vero die coram cun-
„ ctis astantibus amplectens IIII. Evan-
„ gelia in amboe sub jurejurando cla-
„ ra voce dixit. Nam de istis falsis cri-
„ minibus, quæ super me imposuerunt
„ romani, qui inique me persecuti sunt,
„ scientiam non habeo, nec talia egisse me
„ cognosco: sicque letania facta omnes lau-
„ des dederunt Deo. Post hæc advenien-
„ te die natali in Basilica beati Petri
„ omnibus iterum congregatis almificus
„ Pontifex manibus suis propriis pretio-
„ sissima corona coronavit eum (idest
„ Carolum). Tunc universi fideles ro-
„ mani videntes tantam defensionem, &
„ dilectionem regis erga Romanam Ec-
„ clesiam esse, unanimiter altissima vo-
„ ce, Dei nutu, atque beati Petri ex-
„ clamaverunt. Karolo piissimo, augu-
„ sto, a Deo coronato, magno, paci-
„ fico Imperatori vita, & victoria. Tunc
„ dictus est, & ab omnibus, consti-
„ tutus est Imperator romanorum. Il-
„ lico Sanctissimus Pontifex unxit Oleo
„ Sancto Karolum excellentissimum fi-
„ lium ejus regem. Missa peracta obtu-
„ lit ipse Serenissimus Dominus Impe-
„ rator dona diversis Ecclesiis. Hic plu-
„ ra construxit, nec non etiam repara-
„ vit, dona dedit. Cessav. Episcop. dieb. X.

„ Stephanus Romanus Men. VII. Hic
„ pro confirmanda Ecclesiæ pace fran-
„ ciam ivit apud Ludovicum Imperato-
„ rem piissimum. Qui multo honore ab
„ eo susceptus, & dona suscipiens, insu-
„ per & exules propter scelera, quæ Ro-
„ mæ commiserant, secum duxit Romam,
„ deditque dona Ecclesiis.

„ Pascalis Romanus An. XVII. dies
„ XVII., omni bonitate perfectus, ca-
„ ptivos cunctos quoque redimens.
„ Hic invenit Corpus beatæ Ceciliæ i-
„ psa revelante, jam creditum ab Ai-
„ stulfo ablatum, & recondidit cum cor-
„ pore sui Sponsi Valeriani, & cum a-
„ liis. Qui inter alia multa, & vene-
„ rabilia Civitatem in Hostiensi ædifi-
„ cavit propter gentem Saracenorum fi-
„ nes nostros invadentium, quam Gre-
„ goriopolim vocare de suo prænomine
„ voluit. (t) Cessavit dieb. XV.

„ Eugenius Romanus An. IIII. Men.
„ VII. dies XXIII. Vir magnæ simplici-
„ tatis, & humilitatis largitus, mundum
„ respuens, sola, quæ Christo erant
„ placita, cogitans.

„ Valentinianus dies XL.

„ Gregorius Romanus An. XVI. san-
„ ctitate, & omni pietate repletus: plu-
„ ra constituit, multa reædificans. Ces-
„ savit Episcop. Men. I. dieb. XV.

„ Sergius Romanus An. III., qui a
„ puero perfectis moribus institutus, pro-
„ batissimis virtutibus est effectus. Hu-
„ jus consecratione audita invictissimus
„ Augustus Lotharisius (u) Drogonem
„ Metensis Ecclesiæ Archiepiscopum cum
„ excellentissimo Ludovico, (x) cum ma-
„ gno francorum exercitu misit Romam.
„ Tunc

(s) Ut in Vulgatis, Codices MSS. Vatic. IV. & IX., & alii legunt loco *delimarent*, *declinarent*. Hac in vita nonnulla sunt animadvertenda, quæ plurimum faciunt ad summam Romani Pontificis auctoritatem patefaciendam, nec non ad obsequium augustissimorum Imperatorum ostendendum erga universæ Ecclesiæ Caput.

(t) Hæc in Anastasio non inveniuntur; immo de hac ædificata Civitate in Hostiense ditione ab ipso Paschali altum est silentium apud Pagium, Vigniolium, aliosque, quam suo prænomine, uti ex Codice, vocavit Gregoriopolim; vel quia primum Nativitatis suæ nomen fortasse fuisset *Gregorius*; vel quia cum sanctis Religiosis Monachis S. Gregorii sedula observatione diu, noctuque insistebat, unde *Gregorius* forsitan dictus. Ast nullius sunt momenti hæ animadversiones, si ea, quæ de *Gregorio IV.* erant scribenda, perperam Paschali tribuantur.

(u) *Augustus Lotharisius* habet Codex noster: Editiones vero *Augustus Lotharius*, & ita MSS. Codices.

(x) *Lodoico* Vatic. IV., ita Vatic. VII., & Urbin.; Codex vero noster legit; uti Vatic. VI. *Ludovvico*.

„ Tunc tam ipse Drogo, quam plures
„ Archiepiscopi, & Episcopi, qui con-
„ tra universalem, & Caput cunctarum
„ Ecclesiarum venerant sine Metropolita-
„ ni concessione, atque vocatione (z)
„ conflictum adversus Pontificem com-
„ movebat. Sed nullo eum sermone con-
„ stringere potuerunt, & ab eo supera-
„ ti pudore, & confusione operti discef-
„ serunt. His peractis postulabant Pon-
„ tificem, ut omnes primates romani i-
„ psi Ludovico fidem promitterent. Quod
„ Præsul non permisit, nisi vellent, quod
„ a Lothario patre ejus actum est. Post
„ hæc quidam Archiepiscopi, qui pro
„ criminibus suis honore privati, ab Ec-
„ clesia fuerant expulsi, Sanctissimum pa-
„ pam postulabant, ut eos reconciliare,
„ ac pallium dignaretur tribuere. Quos
„ idem Præsul nec communione inter
„ Clericos dignos esse dicebat, sed inter
„ communem populum communicandi li-
„ centiam tantummodo haberent. His
„ finitis Ludovicus ampla cum lætitia
„ reversus est, ubi ab exordio principa-
„ tus sui culmen gerebat. Fecit & ve-
„ stem de chrysoclavo idem papa inter
„ cetera divino amore ductus habentem
„ historiam, qualiter beata Dei genitrix
„ Maria est corpore assumpta, & aliam
„ qualiter Spiritus Sanctus venit super
„ Apostolos. Hic denique divina voca-
„ tione defunctus est (a). Cessav. Epi-
„ scop. dieb. IIII. Hujus tempore Ec-
„ clesias Apostolorum Petri, & Pauli
„ Saraceni funditus deprædati sunt, qui
„ omnes demersi sunt in profundo gur-
„ gite. (b)
„ Leo Romanus An. VIII. Men. III.
„ dies VI. Hic a Deo (deest electus)
„ catholicus, & Apostolicus Vir multæ
„ patientiæ, multæque humilitatis exti-
„ tit: largus, pius, innocens, atque be-
„ nignus: divinarum Scripturarum inde-
„ ficiens perscrutator: vigiliis, & ora-
„ tionibus sæpe intentus. Cujus tantæ
„ conversationis magisterio Gregorius Pa-
„ pa a Monasterio ad Sanctæ Matris Ec-
„ clesiæ gremium eum perduxit. [c] Ro-
„ mani, qui eum elegerunt, quamvis
„ sine auctoritate imperiali, non eum
„ auderent consecrari; tamen sine per-
„ missu principis eum Præsulem sacra-
„ verunt: fidem quoque illius, sive ho-
„ norem postmodum per omnia, & in
„ omnibus conservantes. Hic constituit
„ Canonica auctoritate, & consuetudi-
„ ne, ut quando Sacra Misteria ac Mis-
„ sarum Solemnia in Ecclesia celebrentur,
„ nullus ex laicis in præsbyterio stare,
„ vel sedere, aut ingredi præsumat,
„ nisi tantum sacra plebs, quæ ad mi-
„ nistrationem Sacri Officii constituta
„ videtur. Hic quoque supra formam
„ Bascilisci, unde pestifer flatus egrediens
„ omnes, ad quos venire poterat, in-
„ terficiebat, intrepidus stetit, erectus-
„ que ad Cœlum cum profusis lacry-
„ mis Dominum deprecatus est, ut ab
„ eodem loco diri serpentis genus sua
„ potentia effugaret, profectoque Præsule
„ nulla ejus lesionis macula ulterius com-
„ paruit. (d) Ipse quoque Pontifex si-
„ gnaculo Sanctæ Crucis propriis factæ
„ digitis flammas incendii extinxit. Hic
„ quoque mœnia Urbis Romæ repara-
„ vit. Istius quoque precibus, & adju-
„ torio Roma de manibus Saracenorum
„ per mare ad depredandam venientium
„ liberata est. Construxit etiam Civi-

(z) *Sine Metropolitani concessione, & vocatione*. Editiones legunt solum *vocatione*. Bibliothecarius cum Drogone Archiepiscopo Metensi numerat Gregorium Ravennæ Archiepiscopum, & Augilbertum Archiepiscopum Mediolanensem,

(a) *Divina vocatione defunctus est: Ex hac luce subtractus ad æternam migravit requiem:* Anastasius, multique MSS. Codices exhibent.

(b) Hæc Historia habetur in vita sequentis Pontificis, ubi de Leone fit sermo. Codex tamen, quod didicimus ab ipso Vigniolio, Vatic. VII. eadem præfert verba, quæ in Codice nostro: *Hic denique &c.* usque ad illa verba *in profundo gurgite*.

(c) Idest eum fama Leonis undique luce clarior esset divulgata, atque piæ suæ conversationis, ac castitatis rumor Gregorio Papæ innotuisset, illico ex Monasterio, in quo sanctam ducebat vitam, exire præcepit, & in Lateranense Patriarchio esse voluit, perduxitque ad Sanctæ matris Ecclesiæ gremium.

(d) Cavernosis, & inviis locis prope S. Luciam in Orphea venenosi insidebant serpentes, & veluti ipsorum caput Basiliscus, Romanis infestissimi; ipse Sanctissimus Pontifex effugavit benedictione, & oratione.

" tatem, five Arcem ad Ecclefiam bea-
" ti Petri, ne ab hoftibus, ficuti jam
" factum, amplius caperetur, quæ in
" fuo nomine Leoniana vocatur, Ipfe
" fecit Orationes: Deus, qui beatum
" Petrum ambulantem &c. &: Deus,
" qui Apoftolo tuo collatis &c. Congre-
" gavit ipfe catholicus, & apoftolicus
" Vir Synodum LXVII. Epifcoporum;
" tunc coram omnibus XLII. Capitula
" legi præcepit, quæ ad falutem, & lu-
" crum omnium Chriftianorum pertine-
" re nofcuntur, quæ ut in futurum il-
" libata ferventur poft cetera Decreta
" Pontificum in Sacris Canonibus juffit
" adfcribi: Hinc Sacratiffimus Leo Ec-
" clefiis, Civitatibus, Ædificiis, ceterif-
" que fimilibus, fimulque quidquid in
" Sanctæ Ecclefiæ habitu religionis &
" amoris caufa continetur pro falvandis
" animabus, & corporibus rite inceptis,
" atque peractis in Domino obdormivit
" XVI. Kal. Augufti, fepultufque eft
" in Ecclefia beati Petri. Ceffav. Men.
" II. dieb. XV.

" Benedictus Romanus An. II. Men.
" VI. dies VI. erat fapiens verbo, do-
" ctrina præclarior, fobrius converfa-
" tione, loquela pacificus, cunctis patiens
" atque obediens & quidquid utebatur,
" egenis, & pauperibus erogabat.

, Nicolaus Romanus An. VIIII. Men.
" VI. dies XX. doctus in verbo, lo-
" quela humilis, jejuniis, vigiliifque di-
" catus, & divino cultui intentus, pau-
" peribus largus, orphanorum protector,
" & viduis fautor, populique cuncti de-
" fenfor: qui etiam præfente Cæfare con-
" fecratus eft. Ceffavit Epifcopatus ejus
" dieb. XV. (e)

" Adrianus II. An. V.
" Johannes VIII. An. X. dies II.
" Martinus II. An. I. Men. V. [f]
" Adrianus III. An. I. Men. IV.
" Stephanus V. An. VI. dies VIIII.
" Formofus An. V. Men. VI.
" Bonifatius VI. dies XV.
" Stephanus VI. An. I. Men. III.
" Romanus An. III. dies XXII.
" Theodorus An. II. dies XX.
" Johannes IX. An. II. dies XV.
" Benedictus IV. An. III. Men. VI. dies XV.
" Leo V. dies XL.
" Chriftophorus Men. VII.
" Sergius III. An. VII. Men. III. dies XVI.
" Anaftafius III. An. II. Men. .... dies XI.
" Lando Men. VI. dies XXXVI.
" Johannes X. An. XIV. Men. II. dies III.
" Leo VI. Men. VII. dies XV.
" Stephanus VII. An. II. Men. I. dies XII.
" Johannes XI. An. III. Men. X.
" Leo VII. An. III. Men. VI. dies X.
" Stephanus VIII. An. III. Men. IV. d. XV.
" Martinus III. An. III. Men. VI. dies XIV.
" Acapitus II. An. X. Men. VII. dies X.
" Johannes XII. An. IX. Men. III.
" Benedictus V. Men. II. dies V. (g)
" Leo VIII. An. I. Men. II.
" Johannes XIII. An. VI. dies V.
" Benedictus VI. An. I. Men. VI.
" Bonus An. I. Men. VI.
" Bonifatius VII. Men. I. dies ....
" Benedictus VII. An. IX.
" Johannes XIV. Men. VIII.
" Johannes XV. Men. VIII.
" Johannes XVI. An. X. Men. VI. dies X.
" Gregorius V. An. I. Men. V.
" Johannes XVII. Men. X. dies ....
"; Silvefter II. An. IV. Men. I. dies IX.
" Johannes XVIII. Men. V. dies XXV.
" Johannes XIX. An. I.
" Sergius IV. An. III.
" Benedictus VIII. An. XI. Men. I. dies XXI.
" Johannes XX. An. IX. dies IX.
" Benedictus IX. An. XIV.
" Silvefter III. dies LV.
" Gregorius VI. An. II. Men. VI.
" Clemens II. Men. IX. dies VII.
" Dama-

(e) Hactenus de geftis rebus Romanorum Pontificum, etfi paucis verbis, eadem manu exaratis. Quæ fequuntur a recentiore Librario fcripta funt, & Indicem Annorum, Menfium, dierum tantummodo, quibus federunt, exhibent. Omnia in duabus columnis diftincta, uti in Codice funt, & nos damus.

(f) Non effe legendum *Martinus*, uti Codex nofter, & Codices 3965., 4985. Vatic. habent, fed *Marinus* pluribus oftendit Vigniolius Tom. III. pag. 259. [ita infcribitur etiam Tom. tertius], & quod caput eft, ait, Bullam plumbeam apud fe habere, quæ fignata eft nomine *Marini*, cujus ectypum ibi præbet.

(g) Pagius nofter ante Benedictum collocat Leonem Papam.

„ Damasus II. dies XXXIII.
„ Leo IX. An. V. Men. II. dies VII.
„ Victor II. An. II. Men. III. dies VII.
„ Stephanus IX. An. II. dies XXIX.
„ Benedictus X. Men. IX. dies XX.
„ Nicolaus II. An. II. Men.VI.dies XXV.
„ Alexander II. An. XI. Men. I.
„ Gregorius VII. An. XII. Men. I. dies V.
„ Victor III. Men. IV. dies VII.
„ Urbanus II. An. XII. Men. IV. dies XVII.
„ Paschalis II. An. XVIII. Men. V.
„ Gelasius II. sed. An. I. dies VI.
„ Calixtus sed. An. V. Men. X. dies XIII.
„ Honorius II. sed. An. X. Men. I. d. XXVIII.
„ Innocentius II. sed. An. XIII. Men. VII.
„ dies VII.
„ Celestinus II. Men. I. dies XIII.
„ Lucius II. Men. X. dies XII.
„ Eugenius III. sedit An. VIII.
„ Anastasius III. sedit An. I.
„ Adrianus IIII. sedit An. III.
„ Alexander III. sedit An. XXII.
„ Lucius III. sedit An. VI.
„ Urbanus III. sedit An. I.
„ Gregorius VIII. sedit An. II.
„ Clemens III. sedit An. IV.
„ Celestinus III. sedit An. III.
„ Innocentius III. sedit An. X. dies VIII.
„ Constantinopolitanum Imperium Ec-
„ clesiæ subjugavit, & universum popu-
„ lum ad liberandum.....
„ Honorius III. sedit Annos... (*h*)



[h] Legens pluries hoc Opus in ancipiti cura sum versatus, numne post tot labores, animadversionesque illustrium doctrina Virorum in edendis Pontificalibus, atque hac de re in perlustrandis Codicibus, publici juris hoc nostrum facere deberem, timens, quod jam pridem ab iis actum est, frustra recinere. Ast, ut Eruditis, Amicisque morem gererem id mihi suadentibus, edendum curavi, sperans rem haud inutilem, sed jucundam facturum, sicuti solerter rem perscrutando, sum expertus. Excipe humanitate, qua soles, benigne Lector, qualecumque illud sit Opus de iis, quæ in Bibliotheca nostra reperiuntur, numeris absolutum omnibus.

VITA MALATESTÆ NOVELLI CÆSENÆ PRINCIPIS, ET BIBLIOTHECÆ HUJUS EXIMIÆ CONDITORIS.

INſcriptio, quæ interiori Portæ veſtibulo Bibliothecæ Malateſtianæ ſupereminet, me jampridem, ne neſcirem, fecit, Nicolaum Maſinium II. Phyſicum Cæſenatem, Virum doctum, & laudum Patriæ ſuæ cupidiſſimum Malateſtæ Novelli de Malateſtis Cæſenæ Principis Vitam elucubraſſe, quam edidiſſem in primo Tomo, ut locus ipſe commonebat, ſi eam poſt iteratas inquiſitiones nanciſci licuiſſet. Perquirens tamen ſollicite, & diutiſſime, eam in MSS. Codicibus apud Nobilem, & humaniſſimum Carolum Ceccaronium exiſtentibus italico ſermone ſcriptam tandem reperi, hancque multis de cauſis publici juris facere haudquaquam negligo.

Tempori, quo congeſta eſt, Auctoriſque ingenio, ac amori in Patriam parcendum, ſi narrationis ſuæ a Malateſtarum Origine late, & effuſe (de qua ſtrictim, & ſatis locutus ſum in Cap. primo Tom. I. pagg. *6. 7. 8.*) ſumit exordium, deque Cæſenatibus, qui cum Galeotto Malateſta Arimini Domino inſenſius manus conſeruerunt, ne ipſis Galeottus dominaretur, fuſius loquitur. En ego heic miſſa faciam, & initium ducam ab iis rebus, quæ ad ipſum Malateſtam Novellum proxime faciunt. Inſcriptio ejuſmodi eſt.

Vita di Domenico Malateſta Signore di Ceſena ſcritta da Nicolò Maſini II. Fiſico Traſcritta dall' Eccel. Signor Dottore Giovanni Ceccaroni Legiſta. (*a*)

„ Dopo la Morte (di Andrea Malateſta Signore di Ceſena) rimaſe il dominio di Ceſena per indiviſo tra Carlo Signore di Rimino, e Pandolfo ſuo „ Fratello, quale fece fabricare il Caſtello di S. Giorgio cinto intorno di Foſſo, e munito di forti Baloardi, e ſette anni dopo, cioè del 1427., eſſendo „ morta la moglie di Pandolfo chiamata la Signora Nicola Figliuola di Ridolfo „ Varano Signore di Camerino; ſei meſi dopo, ch' egli ebbe preſo per Moglie „ Margarita Anna Figlia del Conte Franceſco de Poppi, cioè adi 3. Ottobre „ 1427. in eta d' anni 51. (*b*) morì in Fano, e fu ſepolto con ſolenne pompa nella

(a) Joannes Ceccaroniua Patricius Cæſenas J.Ctus, Vir eruditus, & gloriæ Patriæ ſuæ ſtudioſua non ſolum propria manu multa exſcripſit, ne Opuſcula Eruditorum Cæſenatium longa oblivione ſepulta jacerent, aut perirent; verum etiam oonnulla collegit, atque in duo Volumina oon exiguæ molis redegit, quæ apud Nepotem Carolum extant, & aſſervantur. Vereor, ne ſermo de his, quæ duobus illia in Codicibus continentur, ſi a me conſtituatur, multis accidat permoleſtua, ac ſi ægre ferant a me injici mentionem rerum ad inſtitutum meum non pertinentium. Sciens tamen alios plures perdite amare, ut quidquid etiam minimum ſub tenebris latet adhuc, notum fiat, his potiua, ſed tamen breviter ſatisfaciam. Catalogum continent Cæſenæ Epiſcoporum: Relationem Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi DD. Bonaventuræ Epiſcopi Cæſenæ: Vitam P. Domini Hieronymi Fundatoria Religionis dictæ *del buon Gesù* Ravennæ: Narrationem Manus S. Gregorii, quæ aſſervatur in Eccleſia Cathedrali: Ædificia multa Eccleſiarum, Monaſteriorum, quæ omnia, & alia ad Hiſtoriam Cæſenæ Sacram ſpectant. Extant pariter Vita Jacobi Mazzonii: Oratio Thomæ Martinelli io funere ejuſdem: Vita Nicii Ærythræi eodem auctore: Epiſtolæ variæ, & opuſcula Joſephi Verzaglia, de quibus multa protulimus in *Hiſtoria* Auctorum illuſtrium Cæſenæ Tomo primo. Poſt hæc Familiæ Nobilium Cæſenatium deſcribuntur, & in earum narratione hiſtorica multi recenſentur homines docti, quoa ioter, ubi ſermo eſt de Familia Tuſcia, mentio fit Hannibalia Tuſcii, cujus nuper Carmen *de Caſu Lybiæ Sponſæ* eruditiſſimus Chriſtophorus Amadutius Græcæ linguæ Profeſſor in Romana Sapientia dedit in lucem opuſculo inſcripto: *Faſciculus Latinorum Carminum*. Sunt & alia ad Hiſtoriam litterariam Cæſenæ emendandam, amplificandamque; & demum ad Hiſtoriam prophanam, & civile regimen attinentia.

(b) Chronic. MS. Cæſen. fol. 231.

„ nella Chiesa di S. Francesco di detta città. Fece questo Pandolfo nell' anno
„ 1420. un notabile Beneficio a Cesena difendendola dall' Esercito di Francesco
„ Sforza, quale per ordine di Filippo Duca di Milano faceva continue stragi, e
„ danno allo stato Ecclesiastico. Di Lui non rimase alcun Figlio maschio, legit-
„ timo, ma solamente Naturali; cioè Galeotto nato d' Allegra *de Mori*: Sigis-
„ mondo, e Domenico ambedue nati d' un altra Donna chiamata Antonia *del*
„ *Castellano*, e tutti nacquero in Brescia, mentre esso Pandolfo ne fu per anni
„ 18. Dominatore, e Domenico nacque nove anni prima che Pandolfo morisse,
„ cioè alli 5. di Agosto 1418. E perchè Carlo Signore di Rimino suo Zio man-
„ cava anch' egli di Figli legittimi, essendo rimasti sotto il governo di Lui, si
„ compiacque, che ciascheduno di Loro fossero nominati con due nomi insieme
„ congiunti di quelli, che erano stati de suoi Maggiori, affine che per questa
„ via in quelli tre si venisse piu ampiamente a conservare la memoria loro, per-
„ che per mancanza di Successori non si potevano imporre a ciaschedun Uomo
„ del loro privato, e particolare Ceppo un nome solo. Di qui è che il primo
„ fu detto Galeotto Roberto; il secondo Sigismondo Pandolfo, e l' ultimo Do-
„ menico Malatesta. Di qui è che molti affermano, che questi nomi fossero du-
„ plicati a Sigismondo, e a Domenico dall' Imperator Sigismondo, allora che
„ passando per Rimino dopo la Coronazione sua fatta in Roma creò Cavaliere
„ l' uno, e l' altro di Loro, e vi aggiunse detto Imperatore a Domenico oltre
„ li due suoi proprii Nomi, il Cognome di Novello, di modo che fu sempre
„ detto, e chiamato Domenico Malatesta Novello. Furono anche tutti tre le-
„ gittimati da Papa Martino V., qual Pontefice era di Casa Colonna, e Paren-
„ te de Malatesti, e nell' anno 1430. a Domenico gl' assegnò per Tutori il Ve-
„ scovo di Cesena con Giuseppe Almerici, e sedici mesi dopo la morte di Car-
„ lo Signore di Rimino, quale morì in Longiano li 15. Settembre 1429. e fu
„ sepolto in Rimino nella Chiesa di S. Francesco (c). Accaduto tal fatto Pan-
„ dolfo Sigismondo per consenso dell' istesso Papa prese per Moglie la Figlia del
„ Conte Francesco Carmignola, e nell' Anno 1431. Galeotto Roberto prese Mar-
„ garita Estense Figlia del Marchese di Ferrara.

„ Nell' anno 1432. essendo Domenico Malatesta in età d' Anni 14, Ga-
„ leotto Roberto trovandosi in S. Arcangelo morì nell' istess' anno in età d' an-
„ ni 21, mesi otto, e giorni sette. Illustre per incomparabil lode di pietà Cri-
„ stiana, perciocche essendo vissuto santamente, si crede, che facesse diversi Mi-
„ racoli, e da tutti chiamato il Beato Roberto. Fu egli sepolto in Rimino nel
„ Cemeterio della Chiesa di S. Francesco poco distante dalla Porta principale di
„ detta Chiesa, avendo il medesimo così prima di morire ordinato. Il ritratto
„ di lui in piedi di terra cotta in abito da Frate di S. Francesco era nella Chie-
„ sa di S. Agostino di Cesena fatto fare da uno della Famiglia Mori per essere
„ il medesimo Roberto figliuolo d' Allegra Mori.

„ Essendo poi venuti li due rimasti Fratelli alla divisione dello Stato, toc-
„ cato a Sigismondo Pandolfo Rimino, e Fano co suoi Territorj, ed i Vicaria-
„ ti con le Tenute di Montefeltro; e a Domenico Malatesta Novello Cesena,
„ Bertinoro, Meldola, Sarsina, co suoi Territorj, con Roncofreddo, ed il Pie-
„ vicino di Sestino, poscia si partì Egli da Fano, e venne a risiedere in Cese-
„ na, ed avendo Pandolfo anco preso Cervia la diede a Domenico. Giunto Do-
„ meni-

(c) Malatestianæ Familiæ Bellatores invicti, & Principes multis feliciter se Romanæ Ecclesiæ comprobarunt, ut nullam rem omiserint ad ipsius pacem, & ornamentum. Carolus præ ceteris effulget, qui ad Schisma extinguendum Constantiensi interfuit Concilio, nomineque Gregorii XII. fecit Pontificatus abdicationem, unde in Labbeana Collectione Conciliorum Tom. 12. ipsius legitur elogium. De ipso multi summa cum laude scripserunt, ut Eruditis compertum est.

„ menico a Cesena andò Egli a Firenze con una onoratissima Compagnia a baciare il piede al Papa Eugenio IV., dal quale fu benignamente accolto, ed „ accarezzato, e ritornato in Cesena li 14. Ottobre dell' anno 1434. prese per „ Moglie la Signora Violante unica Figlia di Guidantonio Conte d' Urbino, essendo questa pratica stata ordita dal Re di Napoli, e poi condotta a fine da „ Gregorio Malefardi Cittadino, e Vescovo di Cesena. Questa Donna fu virtuosissima, e di una incomparabile bontà, e Religione, compiacendosi la medesima oltremodo dell' astinenza, mai non volle bever vino, ed era usata di „ passare la maggior parte dell' ore in orazione. Fu gracile, e di abitudine malinconica, di quì è che fu sterile. (*d*)

„ Fu opinione di molti, che avendo essa fatto voto di perpetua Castità „ fosse per intercessione d' Uomini Illustri assoluta solennemente dal Sommo Pontefice a fine che concludendosi la Parentela ordita per mezzo di quelli tra Lei, „ e Domenico, si venissero ad estirpare interamente le radici antiche delle dissensioni regnate tanto tempo tra la Casa di Montefeltro, e Malatesta.

„ Del qual Voto essendo da Lei fatto consapevole Domenico, che la pregiava di divozione nell' accompagnarsi, vogliono, dico, che a Lei, ed a se „ medesimo compiacquesi di non conoscerla mai carnalmente. A persuasione di „ questa religiosissima Donna Domenico edificò da fondamenti fuori della Porta „ già chiamata Figarola, in oggi detta di S. Maria, il Convento de' PP. dell' Osservanza, nel qual luogo eravi il giardino della medesima Signora, e questo „ fu l' anno 1450. (*e*) Si trovano nella Sagrestia di questa Chiesa sedici, o 18. „ Volumi di bellissimi Libri destinati ad uso del Coro, scritti in Carta pergamena con belli Caratteri, e vaghe Miniature; questi tali Libri nell' anno „ 1451. erano stati destinati dal Cardinale Bessarione in quel tempo Legato Apostolico di Bologna al Convento di S. Antonio di Padova della Città di Costantinopoli abitato da medesimi PP. di S. Francesco Osservanti; ma per essere quella Città caduta sotto il dominio Turchesco, dal Malatesta furono concessi a questo Convento. (*f*)

„ Fece anche nel medesimo tempo Domenico Malatesta edificare nella *Trova* una parte di Convento di S. Cattarina, ornando il Maggiore Altare di „ quella con diverse Figure di Marmo. (*g*) E per essere stato Domenico di na-

„ tura

(d) Quanta fuerit Violantæ Novelli Malatestæ Uxoris pietas, atque præstantia, & quæ in laudata Francisci Uberti Oratione pag. 142. 143. exhibentur, & quæ prædicat Darius Tibertus Cæsenas Poeta ad *Divam Ælisaben Montefeltriam Illustrissimam Urbinatum Reginam*, cujus carmen dedimus Tom. I. pag. 152. plane significant; præter Scriptores Baldum Urbinatem, aliosque, qui florentissimæ illius Familiæ hanc Fœminam summis efferunt laudibus. Hæc, ut expeditius Deo serviret, post mortem dilectissimi sui Mariti Novelli Ferrariam concessit, ibique Corporis Christi Monasterium ingressa, ac meritis cumulata feliciter vitam cum morte commutavit.

(e) Idem Franciscus Uberti pagg. 143. 145. *Hæc est illa Domina Violanta, quæ ut pientissima hortos suos amœnissimos, pometisque consitos lætissimis electissimisque...... dono dedit Divi Francisci Fratribus &c.*

(f) Eminentissimo, ac piissimo Cardinali Bessarioni nullis non virtutibus claro, doctrinaque perinsigni pro acceptis beneficiis multi, ne dicam omnes gratias referre debent. Norunt Venetiarum Incolæ, qui Bibliothecam S. Marci multis Græcis Codicibus locupletatam ab ipso Bessarione tenent, ac illam perantiquam Sacram Tabulam Græcam insigni S. Mariæ Charitatis sodalitio dono datam, de qua eruditam habemus Dissertationem Joannis Baptistæ Schioppalalbæ. Ravennates prædicant, qui æternum servant monumentum illius Nicæni Antistitis. Ordinum Religiosorum quam plurimi sua erga eos merita nulla umquam oblivione delenda commemorant, quos inter Ordinis mei Alumni numquam interituram servabunt memoriam. Confer quæ diximus in adnot: Codicis II. Plutei IX. pag. 45. De illis egregiis Voluminibus ad cantum ordinatis extat documentum apud ipsos Observantes Reformatos Cæsenæ, quibus a Novello Malatesta dono data fuere.

(g) Idem Ubertus pag. 146. *Quid de pulcherrimo Divæ Catharinæ Sacello dicam, ubi statuæ fabrifactæ, & ornatissimæ vivique Divorum,*

„ tura attivo religioso, e molto dedito alle belle Lettere, e particolarmente al-
„ la Storia; di quì è, che egli quasi continuamente faceva in questo, e in qua-
„ lunque luogo fabbricare, perciò fece li Bastioni alla Città di Cervia, e le
„ Porte murate con intenzone di farvi anche le Mura, e circondando ancora
„ Meldola di Muraglie, e questo fece per maggior commodità de poveri, e per
„ maggior ornamento di tali Paesi. Gittò a terra l'antico Ospitale di S. Giorgio
„ posto fuori di Porta Cervese, e trasferitasi per comando di detto Domenico la ma-
„ teria di quello dentro alla Città, fece da fondamenti edificare l'Ospitale del SSmo
„ Crocefisso nella via Maestra vicino al Duomo con il Portico guernito di Colonne.

„ Per quella notabile affezione sempre portata agli amatori delle buone Let-
„ tere si risolse Domenico Malatesta Novello di edificare una delle più fontuose,
„ e compite Librarie, che fosse in que tempi in tutta l'Italia. E prima con
„ giudizio avendo considerato diversi siti stabili d'edificarla nel Convento di S.
„ Francesco, poiche oltre l'ereditaria inclinazione, e divozione derivata in Lui
„ da suoi Maggiori vedeva Egli, come facendola in luogo posto quasi nell'Om-
„ belico della Città la rendeva commodissima ad essere veduta, e goduta sì da
„ Cesenati, come anche da Forastieri; e quello ch' era di piu importanza in
„ tale esecuzione, era nel detto Convento un grande, e comodo spazio di ter-
„ reno, da cui gli veniva somministrata comodità di poterla fare isolata, e
„ perciò sicurissima dalle ingiurie del fuoco.

„ Poteva anche (siccome fece) con la medesima spesa, poiche la Libreria
„ ragionevolmente dovea essere assai sollevata dal suolo edificarvisi sotto un am-
„ plissimo Refettorio, come anche molte stanze per bisogno de Frati, e perciò
„ avendone dato l'assunto a Matteo Nuti da Fano eccellente Architetto, egli
„ con forte, e graziosa Fabrica d'ordine Tedesco conforme l'usanza di quei
„ Tempi construsse quest' Edifizio, e di tanta ampiezza, che la metà di lei ser-
„ visse per Libreria, e altra metà per Dormitorio de Frati Studenti. Avea an-
„ che Domenico stabilito nell'Animo suo di farla molto piu ampla di quello,
„ che è, siccome si comprende da Fondamenti, e dal muro alzato sopra di quel-
„ li contigui alla stessa Libraria nella facciata Orientale. Ma la mancanza del
„ necessario numero de Libri (affermano alcuni fatti consapevoli non per scrit-
„ tura alcuna, ma per notizia scorsa di secolo in secolo alle orecchie degli Uo-
„ mini, come avendo aspettato da Grecia un notabile numero di preziosi Libri
„ scritti in quella lingua, e udita la nuova, come chi li conduceva era stato
„ costretto dalla Tempesta di gettarli in mare con altre merci) fece desistere
„ dal ridurre alla destinata altezza quanto si vede di quello incominciato nobi-
„ bilissimo Edifizio. Questa Libreria è tutta in volta divisa in tre parti per la
„ larghezza da due ordini di Colonne di Marmo, e dentro vi sono 300. Volu-
„ mi di Libri scritti a mano con bellissimi Caratteri in Carta pergamena d'ogni
„ sorte di principale Disciplina, fra quali vi sono alcuni dedicati al nome di
„ Lui. Nel mezzo del pavimento vi sono alcuni Quadri di marmo Greco, ne
„ quali è descritto il nome di Domenico, del Padre, e il Cognome Loro. -- Noi
„ nel Mese di Decembre 1590. avendo posto insieme tutti i Libri tanto stampa-
„ ti, quanto scritti a mano de Scrittori Cesenati, che si sono potuto ritrovare,
„ avendoli fatti legare in Corame, e ornati di Catene di ferro conforme agl'
„ altri di quella, li facemmo riporre ne Panchi, e da Messer Francesco Masini
„ fu con singolar diligenza, e poco dopo nella parte di dentro della detta Li-
„ breria sopra la Porta, vi fece la vera Effigie di Domenico a oglio, e fu questo
„ illustre Edificio ridotto al compimento nell'anno 1452. (b)

rumque in Marmore Pario vultus conspiciuntur. Monasterium jam nunc ad multam partem mirifice reaedificatum est.

(b) Ibidem pag. 144. 145. Ex his illud intelligimus, quod nobis notum haud quaquam erat.

„ Fece ancora con notabile ſpeſa, e maeſtria fare Domenico il Canale, che „ ſerve al Molino volgarmente detto della *Bugazza*, avendo per tal cauſa fat- „ to tagliare il Monte, e non tralaſciò di fortificare la Città in molti luoghi „ di nove Mura, e munire le Porte di forti, e accomodare Torri, e quello, „ che fu di notabile comodità a tutti li paſſagieri, e alli abitatori della Città „ fece ridurre all' ultimo termine della perfezione il Ponte ſopra il Fiume Savio „ cerchiato di Marmo, che ſi diſſe eſſere Fondato da Malateſta l' anno 1403. (*i*)

„ Non mancò anche Domenico di far alzare in qualche parte le Mura del- „ la Rocca nuova già principiata da Galeotto Malateſta ſuo Anteceſſore. (*l*) E „ perche il Caſtello di S. Giorgio edificato da Pandolfo ſuo Padre, e da Carlo „ ſuo Zio non potè eſſere da loro ridotto a perfezione, egli ſeguitando l' antico „ diſegno tirò molto innanzi la fabrica, ſervendoſene frequentiſſimamente nelle oc- „ caſioni delle caccie, delle Uccellagioni, e delle Peſcagioni trasferendoſi nella „ Pineta, e nella Marina di Cervia, e maſſimamente negl' anni ſuoi piu giova- „ nili, prima che da certa infirmità, della quale ſotto ſi dirà, Egli foſſe ridot- „ to poco abile agl' eſercizi del Corpo. (*m*) Era Egli, innanzi che diveniſſe in- „ diſpoſto, ſolito a dividere l' ore del giorno, parte diſpenſandone prima agli „ Studj delle buone Arti con la ſcorta di ottimi Precettori aſſegnatigli da Pan- „ dolfo ſuo Padre, e parte da ſe medeſimo ſpintovi da una intrinſeca gagliarda „ inclinazione, e parte impiegandole nel cavalcare, nell' armeggiare, e a ſuoi „ debiti tempi a nuotare (*n*). Talche eſſendo conoſciuto per un Uomo ornato di „ tante belle doti oltre una maraviglioſa facondia ſomminiſtratagli dalla Natura, „ e ridotta a perfezione dall' Arte, fu anche Domenico dalla Repubblica Fioren- „ tina ſtipendiato, dalla quale era ſtato anche ſuo Padre, e parimenti dalla Re- „ pubblica Veneziana, e ſenza dubbio ſarebbe riuſcito perfetto Soldato, ſe dall' „ infirmità troppo ripugnante a tale eſercizio non foſſe ſtato ſtranamente impe- „ dito, ſiccome ſi conobbe in molte impreſe fatte da Lui, mentre fu alquanto „ manco oppreſſo dal male. E prima nell' anno 1434. ,quando Franceſco Sforza „ dopo di avere ricevute le inſegne, e gran numero di denari da Papa Eugenio, „ da Fiorentini, e da Veneziani tutti collegati inſieme, e dopo che ſul Fiume „ Tevere ebbe Egli fatto fare un Ponte d' inuſitato artificio; avuta la certa no- „ va, come Nicolò Picinino era in Romagna in tre grandi giornate paſſando „ l' Appenino giunſe a Ceſena, e quivi ſi congiunſe con Sigiſmondo Pandolfo „ Signore di Rimino, e Domenico Fratelli; ed avendo ricevuto dallo ſteſſo Do- „ menico efficaciſſimi ajuti di Vettovaglie, di gente, e della ſua propria per- „ ſona andò contro il Picinino, che voleva paſſare il Fiume Savio, ora tentan- „ done il guado, ora volgendoſi all' Appennino, e tanto più ardentemente eſſen- „ do dall' altra parte del Monte arrivato con forte braccio chiamollo, accioc- „ chè gli apriſſe la via. Ma lo Sforza pertinace nel fare ogni opera per ritener- „ lo fece per mezzo di Domenico fare vicino ad un miglio a Ceſena un Ponte

„ ſopra

erat. Nicolaum Maſinium II. Phyſicum non ſolum dono dediſſe Bibliothecæ noſtræ Codices omnes exiſtentes in Pluteo I. hujuſce Partis, verum etiam eam ditaſſe Libris Scriptorum Cæſenatium, qui in duobus Pluteis primæ partis reperiuntur.

(*i*) Splendidum nomen, immortaliſque Dominici Malateſtæ Novelli memoria, cum apud alios, tum potiſſimum apud Cæſenates vigebit ob præclara, atque utilia, quæ apud eos extruxit opera. Aquarum tamen Alveus intra Montium cavitates ſummis expenſis ab eo ductus ad molas tres frumentarias, ex quibus magna populo illi utilitas venit, etiam nunc aliis ejuſdem Operibus præſtat.

(*l*) Perſtat adhuc inſcriptio marmore inciſa ad eam Arcis partem, quæ ad Plateam vergit Cæſenæ, eſtque ab Hiſtoricis Cæſenatibus relata, in qua legitur Malateſtam Novellum multa Arci addidiſſe, eaque in re Matthæi Nutii Fanenſis tunc temporis Celeberrimi Architecti opera uſum eſſe.

(*m*) Ubertus ibidem pag. 145.

(*n*) Graphice deſcribit Ubertus hæc omnia pag. 141., ut intelligatur, ſummam Malateſtam Novellum operam dediſſe Belli Artibus.

„ sopra 'l Savio (non essendo allora fatto quello di pietra) per il quale mandava soldati di là dal Fiume dove si faceva sovventi scaramuccie. (o) Ma fra poco essendosi per mezzo di Nicolò Marchese di Ferrara rinovata la Pace tra il Papa, Veneziani, Fiorentini, e il Duca di Milano, nella quale si conteneva, che Imola, e ciò che il Picinino avea preso, fosse restituito al Pontefice, e le genti del Duca ritornassero in Lombardia, e così vacuata la Romagna dalli nemici, il Sforza soddisfatto compitamente dell' opera prestatagli da Domenico Malatesta passò il Savio, e riconciliato Antonio Ordelaffo con Eugenio Pontefice andò contro li Bolognesi. Mostrò ancora segni di prudenza militare, quando Eugenio Papa alienato l'animo dallo Sforza a persuasione di Baldisserra Ofido Uomo perverso, e pronto ad ogni sceleratezza, quale essendo in somma grazia appresso di Lui si metteva innanzi quasi che altro non mancasse alla compita sua felicità, che avesse la Marca.

„ Ora essendo Domenico vicino alle Porte della Ricardina, quando sopragiunse lo Sforza, dal quale era stato mandato in ajuto di Baldisserra, giudicò non esser dovere, che rivolgesse le armi contro di Lui, dal quale era stato mandato, tanto meno comprendendosi chiaramente la causa sua esser giustissima, ne anche operare in danno di Lui al servigio di cui, siccome Commissario del Pontefice era stato mandato; perciò tosto che ebbe udito il Trombetta Domenico ritirossi insieme con tutti in disparte, ne punto volle impacciarsi nella zuffa, e il simile persuase a Sigismondo Pandolfo suo Fratello, che il simile facesse, quale era in compagnia di Lui.

„ Del qual' atto dall' una, e dall' altra parte ne fu molto lodato, ed operando Egli con molta prudenza in ogni occasione, quasi il contrario fece nell' anno 1439., quando Nicolò Picinino dopo essergli stata ritolta Verona per singolar virtù di Francesco Sforza, avendo con molta vigilanza, e celerità raccolte le genti, che erano sopravanzate nella rotta di quella, e postale sull' Armata, essendo Egli navigando giunto a Ripa di Trento, ed indi spinto, e con grande impeto assaltò quelli, che non erano in detta Ripa piu di un miglio lontani, e facendovi tumultuarie zuffe, per le quali vedendo Domenico li Veneziani restare inferiori, ne ciò potendo tolerare, il generoso animo suo lo fece entrare con somma ardenza nella Battaglia talche essendovi più volte entrato con felice, e glorioso successo si diede una volta a seguitare piu ardentemente li nemici di quello, che richiedeva il disvantaggio, fu fatto prigioniere assieme con Cesare Martinengo, e Sagramoro Visconte de Ducheschi, benche fra pochi giorni fu esso liberato, e comutato con Carlo Figlio del Marchese (p).

„ Fu anche gindicato, che Domenico Malatesta si servisse della medesima prudenza nell' anno 1440., quando il medesimo Francesco Sforza apertamente resistendo alli artificiosi disegni del Duca di Milano, del quale doveva esser genero, ed erede, aveva con felici successi posto quasi in sicuro le cose poco dianzi tanto travagliate de Veneziani, le genti de quali venendo il Verno mandò alle stanze di là dal Fiume Adice, alloggiando le sue nel Bresciano, ed egli se ne stette a Verona per degnissimi rispetti, ed in quel mezzo Luigi Card. Legato, e il Capitano dell' Esercito Fiorentino dopo la rotta di Nicolò Picinino passando in Romagna concitarono sommo timore nella mente de Malatesti, che quelle forze non s' impiegassero a danni di Loro. Talche con

 „ „ acco-

(o) Chronic. MS. Cæsenæ fol. 58. 59. & Chronic. Arimin. anno 1439. 1442. & 1444.

(p) Quæ heic ad Malatestæ Novelli militarem artem, prudentiam, dexteritatem, animique præstantiam, ac fortitudinem commonstrandam narrantur, haud facile apud Historicos invenies, unde a Scriptoribus jure, & merito his tantum verbis commendatur. *Litteris ornatus, beneficus, pius, nec sine militaris virtutis laudibus.*

„ accomodati modi ritornarono alla devozione del Pontefice, e all' amicizia de
„ Fiorentini; ed avvegna che Sigiſmondo Pandolfo Fratello di Domenico, a
„ cui nella diviſione dello Stato era tocco Fano, oltre ogni meta ſitibondo d' eſ-
„ ſere unico Signore di tutto lo Stato intero de ſuoi Maggiori cercaſſe di cacciare
„ dalla Signoria di Rimino Galeotto Roberto ſuo Fratello di natura piacevoliſ-
„ ſimo, religioſo, ſprezzatore della gloria, e dell' Impero, e ſommo amatore
„ della giuſtizia; perſuadendo con molto artifizio agli Arimineſi, Galeotto non
„ eſſer Uomo accomodato al lor governo, ſiccome quello, che a tutte l' ore
„ orando nelle Chieſe, abborriva il conſorzio degli Uomini, perciò ſarebbe lo-
„ ro molto tornato in utile, ſe privando Galeotto di quel Dominio, lo aveſſe-
„ ro dato a Lui, il quale era paratiſſimo ad oſſervargli ſincera giuſtizia, e trattar-
„ gli ſempre mai tutti, come Figliuoli, e cariſſimi Sudditi. Talche avendo egli
„ con tali artifizii indotto quel Popolo Rimineſe a prender l' Armi, ed a traſe-
„ rirſi in Piazza, e con altiſſime voci gridando (q), e querelandoſi d' eſſere ma-
„ lamente governato, e pervenendo quel rumore alle orecchie di Galeotto, che
„ nel privato ſuo Oratorio di Palazzo ſe ne ſtava in ginocchio, e levatoſi a-
„ vendo preſo una Croce d' oro in mano diſceſe nella Piazza, e rivolto a quel-
„ la tumultuaria moltitudine diſſe. Fratelli già ſono io molto bene conſapevole
„ della cauſa di queſto voſtro inſolito tumulto, qual è che non agradendo Voi
„ il mio governo, contro la voſtra volontà, e contro il voſtro genio mi vede-
„ te, e riverite per voſtro Principe; ma quietatevi, poiche Io di buona voglia
„ ſenza alcuna ripugnanza rinuncio queſto Dominio, ed ora in voſtra libera po-
„ deſtà rimetto l' eleggere in luogo mio qualunque Uomo a Voi piaccia per Prin-
„ cipe voſtro; fatelo pertanto ſenz' indugio, poiche ſcaricato da Voi di queſto
„ peſo me ne viverò ſenza paragone piu lieto, e piu quieto ſervendo il mio
„ Creatore, ed a me medeſimo con molto minor impedimento.

„ Non voglio io già, ſoggiunſe Egli, mancare di ricordarvi, che per vo-
„ ſtra ſalute molto bene accorti vogliate eſſere nella Elezione di queſto da Voi
„ deſiderato, e procurato mio Succeſſore. Alle quali caritative parole, avendo
„ quelli poc'anzi tanto riſoluto nella ſua diſpoſizione, rivolti gl' occhi l' uno ver-
„ ſo l'altro ſopraſatti dalla vergogna depoſero l' armi, e li Principali ardente-
„ mente ſupplicorono Galeotto a non voler abbandonare la Città, anzi perdo-
„ nare ai Colpevoli di tanta pazzia. Compiacqueſi Egli benignamente, e con ri-
„ pugnanza Galeotto per ſua natura manſuetiſſimo, e per tre Anni continui con
„ ſoddisfazione univerſale governò quel Popolo. Ma finalmente oppreſſo da perni-
„ zioſo male (come di ſopra ſi è detto) ſe ne morì, non però ſenza mani-
„ feſtiſſimo biaſimo di Sigiſmondo imputato, che gia che con le ſudette arti non
„ gli era riuſcito di privarlo dello ſtato, col veleno l' aveſſe privato e di quel-
„ lo e della Vita inſieme.

„ E ritornando dove ſiamo partiti, avvegna che Sigiſmondo piu, e piu
„ volte moſſo dalla ſteſſa ingordigia tentaſſe d' amazzare anche Domenico, ſic-
„ come nel X. libro de'ſuoi Commentarj Papa Pio II., di qui avenne, che non
„ potendo tollerare, che Egli nell' anno 1450. abſentoſſi da Ceſena, laſciando
„ in ſua vece Luogo Tenente Giovanni da Lodi, quale per eſſergli ſtato ſempre
„ fidatiſſimo famigliare, e Soldato, teneva aperti gl' occhi con ſingolare vigilanza con-
„ tro chiunque li aveſſe ordito inſidie sì contro l' onore, o la vita. Avuto l' av-
„ viſo Sigiſmondo, che Domenico ſi era traſferito a Bertinoro, in prova ſe ne
„ venne a Ceſena, dove avendolo preſo ſotto il Portico de Mainardi, ed incap-
„ pucciatolo incontanente lo ſece condurre in Rimino, dove miſeramente lo ſe-

„ ce

(q) Sub initium Anecdotorum hujus ſecundæ partis multa protulimus Roberti Galeotti religioſi Principis Arimini, & ideo quæ in adverſis ipſius conſtantia fuerit, quæ virtus, ac probitas effulſerit in tanto Viro, unicuique eſt manifeſtum.

„ ce morire (r). Contutto ciò Domenico con mirabil destrezza sempre rendeva vane le insidie di Sigismondo, e in ogni cosa trattava seco come costume, e debito di Fratello, ed in particolare ne maneggi concernenti alla reciproca conservazione dello stato.

„ E perciò nella occasione di quel ragionevole concepito timore Domenico persuase con efficacissime ragioni Sigismondo, che in tutti i modi se ne persistesse in quella stabilita Fede, alla quale giudicò per allora essere cosa necessaria, che egli se ne alienasse per mantenimento dello stato, siccome fece, acciocchè a quello la di cui parte restava vincitrice, rimanesse intiera facoltà di salvare il vinto. Il che essendo stato eseguito, riuscì, come si vidde poi in manifesta conservazione dell'uno, e dell'altro. Attento che Nicolò Picinino volendo impedire, che Francesco Sforza non passasse la Foglia, siccome era in procinto di passare, ricevuto Domenico Malatesta di buona voglia in quel bisogno alli suoi servigi, lo mandò contro Sforza con 4. milla Cavalli insieme con Roberto da Monte Albotto, Angielo Rangoni, e Pietro da Bevagna, e per la strada si assicurarono le cose in Romagna. Non mancò Domenico di servire valorosamente anche Francesco Picinino combattendo con Sforzeschi al Monte dell' Olmo; avegnache troppo favorendo la fortuna a Sforza, che vi era in persona, egli ne rimanesse vincitore, ed il Picinino fatto prigione. Condottogli innanzi fu da lui umanissimamente trattato (s). Di qui ne avenne, che in tali rivoluzioni ebbe Domenico un gran contrasto col Papa, quale lo voleva spogliare del Dominio della Città, e Castelli, che esso avea. Ma finalmente non molto dopo, essendo innanzi a S. Santità unitamente comparsi gl' Ambasciatori di Milano, quello di Venezia, ed il Fiorentino supplichevolmente lo pregarono a voler perdonare a Malatesti dichiarandosi di non adimandare cosa alcuna per misericordia; a quali rispondendo Papa Pio II. disse. Benchè siamo tenuti a gratificare Voi altri Oratori in molte cose, sono però li Malatesti indegni di questa grazia per i quali ora voi altri tanto caldamente pregate. Ma poiche chiara cosa era, che i delitti di Domenico erano molto minori di quelli del Fratello, Egli prometteva a loro contemplazione ricevere Domenico in grazia ogni volta che si disponesse pagare il debito Censo alla Chiesa, ed in ogni altro particolare eseguire quanto era egli tenuto.

„ In quanto poi a Sigismondo conchiuse non voler intendere cosa alcuna a Lui pertinente prima che interamente Egli fosse purgato dagli errori, e che totalmente si fosse rimesso nell' arbitrio di Lui.

„ Accettorono gl' Ambasciatori quanto si compiacque di fare il Papa in beneficio di Domenico, e affine che quanto avea S. Santità promesso si potesse con ogni debito modo eseguire, lo supplicorono, che volesse sospendere la guerra, la quale tutta via caminava a gran passi contro di Lui. Il che benignamente gli fu da S. Beatitudine concesso, e fu finalmente stabilita questa pace con questi patti (come si legge ne Commentarj del medesimo Pontefice Pio II. nell' undecimo Libro,) e ciò accadde nell' anno 1462., cioè che Domenico dovesse chiedere degl' errori suoi perdono; che dovesse restituire tanto

„ alla

(r) In delatione Criminum facta in Concistorio publico per Advocatum Fisci tempore Papæ Pii secundi describuntur vitia, scelera, violentiæ, & impietates Sigismundi Pandulphi Malatestæ. Hæc delatio extat in Codice 1130. Monasterii S. Michaelis Venetiarum prope Murianum.

(s) Non semper Malatesta Novellus obsequentissimum Romanæ Ecclesiæ se præbuit; nam bellicas suas adjunxit vires Nicolao Fortibraccio, vulgo Picinino. Hinc Pius II. ipsi Novello bellum intulit accersito Astorgio Manfredo Faventiæ Domino. Itaque *Cæsenates ea re perterriti complures pretiosam supellectilem ad Urbem Ravennam transtulerunt veriti ne Civitas obsidione caperetur, si Exercitus Ecclesiæ eo deduceretur*. Pius II. Commentar. lib. 10.

„ alla Chiesa di Ravenna, quanto a quella di Sarsina tutto il toltoli; che tutti „ i luoghi, li quali erano per forza d'armi stati levati alla Chiesa, e di nuovo erano ritornati all'obbedienza di Lui li restituisse in potestà della Chiesa, „ e che tutto l'intero Censo, del quale era debitore alla Camera Apostolica, „ lo pagasse, ed assicurasse la Chiesa, che accadendo il Caso, che egli morisse „ senza Figli legittimi, e naturali, che Cesena, Bertinoro, Meldola, e tutti „ gli altri luoghi, che erano di ragione della Chiesa, dovessero sotto il dominio di quella ritornare; e finalmente, che dovesse solennemente promettere di „ essere fedele Vassallo di quella, e dovesse deporre affatto la speranza di riavere alcuno di detti Luoghi già levatigli; eccetto che un solo Castello, „ quale avea il Pontefice deliberato per sua liberalità di volergli donare. (*t*)

„ Piacquero queste condizioni in ogni altra sua parte; ma vi era solo una „ difficoltà nello assicurarsi, come dopo la morte di Domenico, se Cesena, come „ gli altri Luoghi tutti, de quali Esso rimaneva Vicario non cadessero in mano „ di altri, che della Chiesa, per il che ricercava il Pontefice, che gli Cesenati, e gli altri Sudditi di Lui si obbligassero con solenne giuramento, che nell' „ avvenimento della morte di Domenico non ricevessero verun altro per loro „ Signore eccetto, che il Pontefice. A questo si opponeva l'Ambasciator Veneziano per causa d'un particolare ripostiglio, che esso tenea nell'animo del „ quale allegando questo patto essere inusitato, ne potersi effettuare senza aperto dispregio di Domenico. Finalmente fu concluso l'accordo con le suddette „ condizioni, e non solamente tra Domenico, e il Pontefice, ma anche con Sigismondo venuto all'esecuzione di quanto si è detto, ed in particolare, che „ Rimino dopo la morte di Lui dovesse ritornare alla Chiesa.

„ Il ciò eseguito temendo li Veneziani, che accadesse la morte di Domenico, sapendo essere il medesimo ridotto a termine di poca sicura disposizione „ del Corpo, e che Cervia dominata da Lui ritornasse sotto il dominio della „ Chiesa, perciò operarono in modo con Lui, che s'inducesse a rendergliela, ed „ essendo essi solennemente obbligati oltre quattro milla scudi, che in contante gli sborsarono, di dare anche a Lui altrettanti ogn' anno ducento Sacchi „ di Sale, mentre visse, e dopo morte a chi da Lui fosse per Testamento instituito. Talche avvenne per questa via ad effettuare un concetto, quale di già „ avea stabilito nell'animo; ed era, che la Signora Violante dopo la di Lui „ morte avesse una gran parte di quella rendita, ed una parte fosse distribuita „ a diversi Conventi, ed altra parte in maritar Donzelle, e finalmente in gratificazione a diversi Servidori, e in particolare comandò, che ne fosse data „ una assai notabil porzione ad un certo Maltusello suo carissimo Servitore, e „ a Lui molto benemerito. (*u*)

„ Fu nondimeno questo contratto, in cui non si ebbe riguardo alle ragioni „ della Chiesa, molestissimo a tutti li Potentati d'Italia (come chiaramente „ testificano il Simonetta, ed il Corio Scrittori di que tempi). Ma piu d'ogn' „ altro restò alterato Papa Pio II. per sua natura intentissimo alla conservazione, „ ed aumento delle ragioni della Chiesa, e fece una non piccola riprensione all' „ Ambasciator Veneziano, volendo, che per ogni modo fosse annullato tal contratto. Era Cervia stata dominata da Malatesti per lo spazio di 79. anni; attento che dall'anno 1383. fu da Galeotto Malatesta tolta a Polentani Signori „ di Ravenna, i quali qualche tempo passato la ricuperarono; ma nell'anno „ 1434. Pandolfo Malatesta la riacquistò, e la diede a Domenico. Li Veneziani „ non-

(t) Videsis quæ diximus ad calcem Orationis Francisci Uberti in funere Malatestæ Novelli pag. 148. Tom. I.

(u) Partem Testamenti autographi dedimus ipsius Principis in Cap. II. *de Malatestianæ Bibliothecæ Conditore* pag. 12., & in Cap. V. pag. 27. T. I.

„ nondimeno menando in lungo quel negozio ſe la ritennero, e tanto piu quando
„ che Papa Pio. II. intentiſſimo a ſvegliare li Re Criſtiani a pigliar l' armi con-
„ tro il Turco, conoſcendoſi d' avere in tale impreſa biſogno dell' ajuto de Ve-
„ neziani, per allora laſciò non ſolo il negozio della compra di Cervia, ma
„ quello, che fu di maggior importanza ſi morì in Ancona. Talche li Venezia-
„ ni ritennero Cervia per anni 47. continui, perciocchè nell' anno 1509. la con-
„ ſegnarono a Papa Giulio II. aſſieme con Ravenna, eſſendogli ſtato rotto l' E-
„ ſercito in Fiera d' Adda da Ludovico XII. Re di Francia, e cosi ſtette ſotto
„ il dominio della Chieſa 17. anni, cioè fin al 1527., quando eſſendo ſtato aſ-
„ ſediato Papa Clemente VII. in Caſtel S. Angelo dall' Eſercito di Carlo V. Im-
„ peratore la ripigliarono i Veneziani; ma avendola ritenuta tre anni di nuovo
„ dell' anno 1530. la reſtituirono alla Chieſa. Quando fece Domenico queſta ven-
„ dita, avendo in buona parte perduto il ſolito vigore del Corpo per cauſa del-
„ le indiſpoſizioni generate in Lui, dalle quali era ſtato coſtretto a tralaſciare
„ tutti gli Eſercizii militari, e di nuovo ſi era dato fiſſamente allo ſtudio delle buone
„ Lettere, ſpinto dalla ſua naturale inclinazione, non tralaſciando le azioni Reli-
„ gioſe, alle quali era dedito per ſe ſteſſo, ed inſieme invitato dal continuo E-
„ ſempio della Signora Violante ſua Conſorte fu egli per la gentile, e piace-
„ vol maniera del proceder ſuo benefico, e grato alla maggior parte de Soldati,
„ e de Sudditi ſuoi; avvegnache da alcuni gli foſſe data la nota d' eſſere ſtato al-
„ cuna volta piu ardente di quello, che ſi ſarebbe voluto in ſpingere altrui a
„ maritare, e le Figlie, e le altre Pulcelle ricche, laſciategli in tutela da Padri
„ loro morti, e da Uomini a Lui grati, o pure per particolare affezione, o per
„ ſervigi ricevuti. Non ſi ſa però, che Egli mai in ciò arrivaſſe ad alcun ter-
„ mine di violenza. Fu anco imputato d' aver dato qualche cauſa alle produzio-
„ ni delle prime radici della diſcordia nata tra Tiberti, e Martinelli principaliſ-
„ ſimi Gentiluomini, dalla quale poi ſuccederono infiniti diſordini nella Città,
„ ne pullularono due Fazioni, dalle quali fu ſparſo molto ſangue, e ſempre eſ-
„ ſendoſi ampliata queſta fiamma di odio fra li Tiberti, e Martinelli, durando
„ non ſolo finche viſſe Domenico, ma per moltiſſimi anni dopo la di Lui mor-
„ te, talche ebbe fine tal diſcordia nell' anno 1488. al tempo d' Innocenzo VIII.
„ in occaſione che detto Pontefice diede il Governo di Ceſena a Giacomo Paſ-
„ ſarella Ceſenate già prima Veſcovo d' Imola, poſcia di Rimino.

His verbis Nicolaus Maſinius II. Phyſicus finem huic vitæ imponit, & ſi alia, quæ non exſcribimus, ad Cæſenam pertinentia addat. Neque tamen rem memorat, quæ ſatis certa, & explorata eſt, nempe Malateſtam Novellum annos 47. natum ut aliunde conſtat, Anno 1465., die 20. Novembris Cæſenæ ſupremum clauſiſſe diem. Mitto Orationem Franciſci Uberti laudatam, quæ rem aperte declarat; mitto Scriptores eam confirmantes. Multi Codices noſtræ Bibliothecæ hujus ſecundæ partis rem faciunt indubiam. Suffecerit Codex XI. Plutei I. qui Litteras continet Cl. Leonardi Aretini, ad quarum calcem legitur. *Clariſſimi Domini Leonardi Aretini Epiſtolæ expliciunt ſcriptæ per me Antonium Robelluta, Ceſenæ Malateſta Novello Principe MCCCCLXV. die XX. Novembris, quo die præfatus Princeps obiit, & Hora XX.* Similiter ſepulturam obtinuiſſe prope januam, quæ poſt Eccleſiæ reſtaurationem non adeſt, lateralem Templi S. Franciſci plane oſtendit marmorea Inſcriptio adhuc perſtans, quam Cap. V. Tom. I. pag. 23. dedimus.

Quid poſſit conſuetudo, vel in ipſa ſcribendi ratione commutanda, vel in verbis inuſitatis cudendis ex hac Vita etiam dignoſcitur, præcipue ſi ſermo ſit de lingua vernacula, uti eſt apud nos Italica. Huc faciunt illa Horatii in Arte Poetica.

„ Ut ſilvæ foliis pronos mutantur in Annos;
„ Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas,
„ Et Juvenum ritu florent modo nata, vigentque.

Et

Et paulo post. „ Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentque
„ Quæ sunt in honore vocabula, si volet usus.

Cicero ipse in Bruto. *Solum, & quasi fundamentum Oratoris vides locutionem emendatam, & latinam, cujus penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis, aut scientiæ, sed quasi bonæ consuetudinis.*

Inter Carmina Brixiæ edita anno 1499., lib. IV. Panphili Saxii Mutinensis Poetæ celebris extat,

Epitaphium Malatestæ.

Quæ vixit laeto, laeto dum tempore vixi
Quæ cecidit, tristi tempore quum cecidi,
Hic Caesena jacet. Miraris? cum patre justo
Se domus, urbs justo cum duce se sepelit.
Dux, pater, & justus struxi, quas respicis arces
Pyramides, thermas, amphitheatra, domus.
Nomen erat Malatesta mihi; me decidit haec urbs
Extincto; corpus nam sine corde cadit.

In rarissima Editione Tarvisina anni 1471. occurrit Epistola, qua Franciscus Aretinus Versionem suam ex Græco in Latinum Epistolarum Phalaridis Malatestæ Novello Principi dicavit. Hæc, quæ hunc Principem spectant, exscribo.

„ Vellem, Malatesta Novelle Princeps illustris, tantam mihi dicendi facultatem dari, ut vel præstantiæ tuæ, vel Phalaridis nostri Epistolis, quas nuper „ in Latinum traductas, & nomini tuo, ut pollicitus sum, dicatas mitto, mea „ responderet oratio. Utrum enim assequeretur, non modo multitudinis, sed nec „ doctarum quidem aurium judicium formidaret. Nam ut laudes tuas in aliud „ tempus remittam: neque enim ejusmodi sunt, quæ possint brevi procemio „ complecti, qui ornatus, quæ tanta esset dicendi copia, quæ non tuo, & majorum tuorum splendore superaretur? Tacebo igitur in præsentia antiquissimam Malatestarum Familiam, quæ non Flaminiæ modo, in quo felicissimo Principatu „ diu floruit, sed Italiæ decus, atque ornamentum clarissimum semper extitit. „ Tacebo majores tuos, qui & si præstantissimi fuerint, tamen si hanc provinciam assumerem, tantus mihi recentium laudum campus pateret, ut non opus „ esset antiquiora consectari. Tacebo Pandulphum Patrem, Carolum, & Malatestam patruos, quibus neque bellicæ rei gloria, neque litterarum, quantum in „ Principe requirendum est studiis, non liberalitate, non ceteris virtutibus sua „ tempora præstantiorem habuerunt, qui adeo inter se de virtute contendisse videntur, ut quam præferas difficile sit ferre sententiam; adeoque omnium judicio laudantur, & si quid egregium, si quid magnificum, si quid Principe dignum majores natu meminisse volunt, ex illorum fortiter gestis acute dictis „ prudenter excogitatis exemplum adducunt. Accedis tu tanta dignis progenitoribus soboles, nulla ex parte eorum laudibus inferior. Cujus ego cum animi „ magnitudinem, pietatem, liberalitatem, integerrimos mores, quæ alias, ut dixi, latius prosequar, intelligerem, omnium maxime delegi, cujus nomini Phalares noster inscriberetur, de quo, ut ingenue, quod sentio, profitear, maxi-

„ me

„ me majorum noſtrorum vel negligentiam, vel ingratitudinem admiror, qui in „ tanto, & tam præclari ingenii viro vel nullam penitus, vel crudelitatis tantum mentionem fecerunt, eoque rem adduxerint, ut ejus dumtaxat ſævitia oo- „ ta ſit omnibus, animi autem magnitudo, liberalitas, doctrina, ingenii acumen „ peoitus ſileatur........ Quod licet benignitas tua, & morum tuorum præſtantia talem cum ſubditis ſemper ſe geſſerit, ut nihil quam te charius, nihil magis, quam vitam, quam felicitatem tibi precentur, vel aliorum Priocipum e- „ xemplo, quid metus poſſit, non ignoras &c. (x)

Julius Cæſar Iſolanus illuſtri Principi Divo Sigiſmundo Pandulpho Malateſtæ S. D.

„ Compulſus crebro tuarum laudum rumore per omnium ora volitantium, „ nonnullorumque virorum gravium auctoritate, qui me interdum verſibus con- „ ſtruendis invigilaſſe noverant, Princeps Illuſtris, quo & mearum pro virium „ parvitate tuæ amplitudini, ut par eſt, ab me ſatis fieret &c. (Hac in Epi- „ ſtola hæc etiam leguntur.) Taceo Malateſtam, divamque progeoiem tot virorum „ bello, togaque clariſſimorum imaginibus decoratam. Taceo Robertum, Mala- „ teſtamque Novellum germanos tuos inſignes: alter vero (de Novello loquens) „ tecum ſuperſtes florida, fulgenſque juventa, quem Neſtoream ad ſenectam fata „ perducant, humanitate melliflua, liberalitate Alexandrina, diſciplinarum cuo- „ ctarum copia uberrima priſcis viris illis illuſtribus merito comparandus eſt. „ &c. (z)

Explicit

Pars. Altera. Catalogi. Biblioth. Malateſtianae

Vtinam. Eo. Eventv

Qvo. Pars. Prima

P I I. V I. P. O. M

Beneficentiae. Se. Probavit

Neque. Ervditis. Eſt. Improbata

(x) Hæc epiſtola exhibetur ex integro etiam in Bibliotheca Codicum MSS. Monaſterii S. Michaelis Venetiarum prope Murianum pag. 402. 403. 404. Opere Poſthumo Cl. Johannis Benedicti Mittarelli Veneti Abbatis Ex-Generalis Benedicto-Camaldulenſis. Venetiis 1779.

(z) Eadem in Bibliotheca pag. 551.

APPENDIX

IN QUA

EX MALATESTIANÆ BIBLIOTH. CATALOGIS

A CL. VIRIS ELUCUBRATIS

EA EXHIBENTUR,

QUÆ ET NONDUM LUCEM ASPEXERUNT,

ET ETIAM, UT STEMUS PROMISSIS,

QUÆ SUNT JAM EVULGATA.

CATALOGUM PRIMUM INEDITUM

IN BIBLIOTHECA ALTERIANA ROMÆ EXISTENTEM,

ET ALIAM PARTEM ELUCUBRATAM A CL. VIRO MANSIO

DAMUS;

CETEROS VERO ORDINE CHRONOLOGICO EXHIBEMUS

INSERTOS TOM. III. APPARATUS SACRI DOCTISSIMI POSSEVINI:

TOM. I. BIBLIOTHECÆ BIBLIOTHECARUM CL. MONTFAUCONII,

NEC NON PARTEM ILLAM, QUÆ SUPEREST,

ERUDITISSIMI ZACCARIÆ, SUBJICIMUS.

CATALOGUS

CODICUM LATINE, ET GRÆCE MANU SCRIPTORUM QUI IN CÆSENATI BIBLIOTHECA ASSERVANTUR

Illmo, ac Rmo Principi Archiepiscopo Ravennati Patrono Colmo

LUCÆ TURREGIANO

OBLATUS

A F. ANGELO JULIANO DOMINICANO SAC. THEOL. MAGISTRO.

HEXASTICON.

Suscipe me, Turri, precor humanissime Praesul
Turri, cui virtus attulit ipsa basim.
Utque mihi faustis Coeli conspectibus adsint
Annue quaeso tuis, illico sideribus.
Si tua Sidereo teneat me culmine Turris
Ictus frustrabit sors inimica suos.

PLUTEO I.

Decretum cum Glosa.
Decretales Gregorii.
Bonifacii textus cum Glosa Joaonis Andreæ.
Guido de Baifio super textum Decretalium.

PLUTEO II.

Innocentius in librum Decrerallum.
Bernardus Compostellanus.
Guidonis de Buisio tractatus de Hæresibus.
Abbatis distinctiones.
Bartholomæi Brixiensis Summa —— Raimundi Summa.

PLUTEO III.

Gulielmi Durandi speculum juris.
Summa Pisanella.
Summa Monaldi.
Gotfredi Summa.
Confessionale Jo. Theutonici.

PLUTEO IV.

Instituta.
Infortiatum.
Digestum.
Codex.

PLUTEO V.

Helavii libri 12.)
Ejusdem libri 4.) De Medicina.
Ejusdem libri 8.)

PLUTEO VI.

Conciliator discordiarum Medicinæ per Petrum de Abano Aristotelis prima pars.
Problematum cum Commentariis Petri de Abano.
Ejusdem secunda pars Problematum.
Petri de Crescentiis liber ruralium commodorum.
Liber vetustissimus Miscellaneorum.

PLUTEO VII.

Aristotelis Opera, videlicet, Physica, de Cœlo, de Generatione, Meteora, de Anima, de Sensu, de Memoria, de Somno. Methaphysica.
Ejusdem de Animalibus.
Albertus de Aoimalibus.
Petrus hispanus de Animalibus.

PLUTEO VIII.

Aristoteles de Cœlo, & mundo.
Thomæ Anglici (non Angelici, ut ex Scriptoris vitio præsefert Epigraphe) Quæstiones in Libros Physicorum.
Scriptum D. Thomæ super Methaphis.
Albertus Magnus io libros Meteororum.
Joaonis Buridaoi Quæstiones Physicales.

PLUTEO IX.

Albertus de homine.
Bessarion io novam Methaphisicæ translationem.
Burlæus super libros Physicorum.
Albertus super libros de Anima.
Cajetanus in libros Physicorum.
Idem in libros de Anima.
Suissfeth Anglici calculationes.

PLUTEO X.

Aegidius de Roma super libros Physicorum.
Burlæus super arte veteri usque ad finem Topicorum.
Paulus Venetus in libros Posteriorum.

Aegi-

Aegidius Romanus in libros Posteriorum.
Hertisbery Sophismata.
Logica Okam

PLUTEO XI.

Eusebii Cæsariensis Ecclesiastica Historia.
Paulinus Puteolanus de historia ab origine Mundi

PLUTEO XII.

Laertius Diog. de vita & moribus Philosophorum.
Nicolaus Perottus in Polibium.
Publius Italicus de bello Punico 2.
Genealogiæ Deorum Gentilium per Joannem Boccaccium.
Gesta Gothorum, & Longobardorum.
Cicero de Somnio Scipionis.

PLUTEO XIII.

Titus Livius ab Urbe condita.
de bello Punico 2.
de bello Macedonico.
Strabo de situ Orbis.
Salustii opera.

PLUTEO XIV.

Herodoti historia.
Thucididis historia Peloponnensi.
Julii Cæsaris Commentarii.
Amianus Marcellinus de rebus gestis.
Pauli Orosij historia adversus Paganos.

PLUTEO XV.

Historia Scholastica.

PLUTEO XVI.

Egesippi Hierosolimitani historia.

PLUTEO XVII.

Apianus Alexandrinus de bellis civilibus Romanorum.
Pomponius Mela de situ Orbis.
Alemannus Rinuccinus in vita Niceæ, & aliorum
Joannes Boccaccius de Sylvis, Montibus, Lacubus.
Panegyrici de multis Imperatoribus.

PLUTEO XVIII.

Ciceronis Epistolæ ad Atticum.
Ejusdem Orationes.
Virgilii Bucolica, Georgica, Aeneis.
Fabius Quintilianus de Institutione Artis Oratoriæ.
Quintus Curtius de gestis Alexandri Magni.
Emilius Probus de excellentibus Ducibus exterarum Nationum.
Frontinus, & Vegetius de disciplina militari.

PLUTEO XIX.

Cicero Tusculanarum. De finibus bonorum; De Divinatione. De Natura Deorum. De Senectute. De Amicitia. De Officiis. De Paradoxis. De Academicis. Ad Ortensium. De Legibus. De Oratore. De Philippicis, Verrinis.
Ovidius de Ponto.
P. Statii Achilleides.

PLUTEO XX.

Senecæ Opera moralia.
Plinii epistolæ.
Sedulii Presbiteri Carmina.
Lucretii Poematia.
Statii Thebais.

PLUTEO XXI.

Vitruvius de re militari.
Lucani Poematia.
Servii Commentaria in Virgilium.
Uuiguerius Pisanus vocabulista
Isidori Junioris Etymologiæ.

PLUTEO XXII.

Diodori Siculi historia.
Omnibonus super Satyris Juvenalis
Doctrinale glosatum per Franciscum de Buti
Donatus in Æneidem.
in Terentium.

PLUTEO XXIII.

Tortellii Orthographia.
Papiæ Vocabularium.
Catholicon Joannis Januensis Ord. Præd.
Franciscus Philelphus de Jocis, & Seriis.
Ejusdem Odæ.

PLUTEO XXIV.

Priscianus Major, & Minor.
Terentius de rebus rusticis
Theophrastus de plantis, & causa plantarum.
Plinius 2. de naturali historia.

PLUTEO XXV.

Commentaria Auctoris Anonymi super Horatium.
Cornutus in Persium.
Horatius Flaccus.
Vitruvius de Architectura.
Ciceronis paradoxa, & de Natura Deorum.
M. Manilius de Astronomia.
Ovidii Metamorphosis.

PLUTEO XXVI.

Boetij Aritmetica, Musica, & Geometria.
Laurentii Rury marofcalcia Equorum
Fatii Uberti Florentini poematia.
Balutius de rigore, tremore, & spasmo.
Senecæ epistolæ

PLUTEO XXVII.

Julius Firmicus de Astronomia.
Ptolemeus de discretione judicandi.
Albumasar de scientia Astrorum
Rachelis Israelitis judiciorum liber.
Galenus de portione unius cujusque particulæ.
Valentiani de forolivio de generatione embrionis.
Lectura Prognos, & recollectiones Mundini Medici.

PLUTEO XXVIII.

Quaestiones Theologales incerti Authoris.

PLUTEO XXIX.

Biblia hebrea
Pentateuchus Moysis.

PLUTEO XXX.

Gregorii Nazianzeni opera.
Evangelia Græca.
Basilii Opera Græca.

Idem.

Idem super Psalmos, & Evangelia græca.
Joannes Chrysostomus in Psalmos.
Gregorii Magni Theologi homiliæ grecæ.
Aegidius de Regimine Principum.

PLUTEO XXXI.

Jacobus Manzonius Cæsenas de triplici hominum vita.
S. Hieronymus de viris illustribus ecclesiasticis.
S. Ambrosius de mysteriis, & saerameotis.
Nicolaus de Lyra in Psalmos.

PLUTEO XXXII.

Demosthenis epistolæ, & orationes.
Homeri Ulissea græca.
Aristidis orationes græcæ.
Liber quidam græcus super Evangelium Joannis.

PLUTEO XXXIII.

De Juribus, & medicinis cordialibus.
De differentiis febrium.
De animalibus sexaginta.
Avicenna de criticis diebus.
Aegidius Romanus in libros elencorum.
Senecæ Tragœdiæ.
Aegidius Romanus de regimine principum.
Consilia Gulielmi de Brixia.

PLUTEO XXXIV.

Gulielmi opera de elemeotis.
De festis.
De virtutibus.
De complexionibus.
Gulielmi opera. De criticis diebus, de crisi, de accidenti, & morbo, de interioribus.
Mchemeth de Medicina.
Avicenna I. II. & IV.
Inductio prima, seu de universis ægritudinibus III, Avicennæ.
Conciliator litium medicinalium.

PLUTEO XXXV.

Isidori ethymologiæ.
Aristotelis problemata.
Gulielmina.
Gulielmi Placentioi Cerusia.
Almansor de medicina.
Magistri Thadei Glosa super librum Teg. Galeni.
Item ejusdem Aphorismi.

PLUTEO XXXVI.

Galenus de ingenio sanitatis, & aliis.
Ejusdem liber dictus plusquam comme: Teg.
Serapion de medicinis simplicibus.
Joannis Damasceni Aphorismi.
Synooima Mundini.
Avicenna de Anima. Ejusdem Logica.
Averoes de generatione.
Albertus de generatione, & corruptione.

PLUTEO XXXVII.

Textus Philosophiæ Aristotelis.
Albertus de Anima.
Avicenna de Animalibus, & Metaphysica.
Averoes Colliget.
Porphyrii Introductiones Logicales.
Joannes Gandioi quæstiones de Aoima.

PLUTEO XXXVIII.

Hieronymus de viris illustribus ecclesiasticis.
Ambrosius de mysteriis, & saeramentis.
Nicolaus de Lyra in psalmos.

PLUTEO XXXIX.

Legendæ Sanctorum.
Sermones festivi Virgioum.

PLUTEO XL.

Richardus Hiberniæ Archiepiscopus Armacanus
Gulielmi Ocham Dialogus de hæreticis, & dogmatibus.
Summa de vitiis capitalibus.
Mamotrect. F. Marchesioi Ordinis Minorum.

PLUTEO XLI.

Gulielmi Guar. 1. 2. 3. & 4. liber.
Quodlibeta Richardi de media villa.
Divi Bonaventuræ tertius sententiarum.
Abbreviatio supra tribus libris S. Bonaventuræ.
Thomas non Angelicus, sed Anglieus de eausis Dei contra Pelagium.
Quodlibeta Henrici de Gandavo.
Scoti primum, 2. 3. & quartum scriptum in Magistrum sententiarum, & quodlibeta.
Lectura Francisci Ordinis Minorum.

PLUTEO XLII.

Quodlibeta Henrici de Gandavo ab *ij* disputatione, usque ad *is*.
Scoti 1. scriptum Oxoniense super sententias.
Ejusdem secundum, & tertium.
Ejusdem quartum, & quolibeta.
Conflatum Francisci de Mayronis.

PLUTEO XLIII.

Tertia pars summæ D. Thomæ.
Idem supra secundum sententiarum.
Ejusdem summa contra Gentiles.
Enrici de Gandavo decem quodlibeta.
Ejusdem quæstiones a *6.* usque ad 18.

PLUTEO XLIV.

Alexander de Ales super quattuor libros seotentiarum.
D. Bonaventura super tertium, & quartum sententiarum.
D. Thomæ prima pars secunda secundæ.

PLUTEO XLV.

Lactantii iostitutiones.
Boetius de consolatione Philosophiæ cum Com.
Textus Magistri senteotiarum.
Alexandri de Ales p. p. Summæ super primum sen. & ejusdem tertia pars summæ.

PLUTEO XLVI.

D. Bernardus ad Eugenium.
Ejusdem epistolæ, & meditationes.
Breviloquium S. Bonavanturæ.
Isidorus Hispaleosis de novo, & veteri Testamento.
Epistola Samuelis.
Cassiodori epistolæ ad diversos.
Idem in lib. de Anima.
Ejusdem Soliloquia.
Ubertinus de Casale super arbore Crucifixi.

PLU-

PLUTEO XLVII.

Dyonifius de Angelica Hierarchia.
De Ecclefiaftica Hierarchia.
De divinis nominibus.
De myftica Theologia
Sermones S. Leonis Papæ.
Ejufdem epiftolæ.
Sermones Petri Ravennatis.
Eufebius de preparatione evangelica.
Cypriani epiftolæ.
Hilarius de Trinitate.

PLUTEO XLVIII.

D. Hieronymi prima pars, & fecunda epiftolarum.
Ejufdem Symbolum de Fide.
D. Ambrofii fermones cum multis epiftolis ejufdem.
Auguftini liber locutionum.
Beda fuper Proverbia Salomonis.
D. Ambrofius fuper Cantica.
S. Joannes Chryfoftomus de laudibus D. Pauli.
S. Auguftinus contra Fauftum, & alios.
Idem de fecta Donatiftica contra partem Donati.
Ejufdem Enchiridion.
Sermones ad Eremitas.
Contra Julianum & alios.
Liber Confeffionum.

PLUTEO XLIX.

Auguftinus contra Fauftum, & alios.
Ejufdem Enchiridion.
Ejufdem fermones ad Eremitas.
Item contra Julianum, & alios multos.
Ejufdem liber confeffionum.

PLUTEO L.

S. Auguftinus de Civitate Dei.
Ejufdem fermones de verbis Domini.
Idem de moribus Ecclefiæ.
Ejufdem liber de Trinitate.
Epiftolarum liber.

PLUTEO LI.

S. Hieronymi altercationes adverfus Luciferianos.
S. Gregorius Papa fuper Evangelia.
Poftilla fuper Epiftolas Pauli.
Poftilla fuper Pfalterium.

PLUTEO LII.

Poftillæ magiftrales fuper Job.
Poftillæ magiftrales fuper quattuor Evangelia.
Poftilla Michaelis fuper pfalterium.
Poftilla fuper Lucam.
Poftilla Magiftralis fuper Salomonem, & Ecclef.

PLUTEO LIII.

Cyrillus fuper Evangelium Joannis.
Nicolaus de Lyra fuper Pentatheucum, & Jofue
Idem fuper Ifaiam, Hieremiam, Ezechielem, Danielem, lib. Reg. & Job.
Poftilla magiftralis fuper Ifaiam.

PLUTEO LIV.

S. Ambrofius in Lucam.
S. Gregorii homiliæ diverfæ.
S. Joannis Chryfoftomi prima pars in Matthæum.
Remigius in epiftolas Pauli.
Gregorii Papæ libri viginti quinque.
Hieronymus in Matthæum.

PLUTEO LV.

Hieronymus in Ifaiam.
Super Jeremiam.
Super duodecim Prophetas minores.
Ambrofius fuper beati immaculati.

PLUTEO LVI.

Auguftini prima pars fuper pfalmos. Secunda pars a Pfal. 77. ufque ad 150.
Ejufdem fermones 128.
Idem in epiftolam Joannis.
Origenis breviarium a S. Hieronymo translatum.
Hieronymus fuper pfalmos 150.

PLUTEO LVII.

Prima pars Pentatheuchi.
Concordantia Bibliæ.
Auguftinus fuper Genefim.
Ejufdem prima pars fuper pfalmos, a pf. 50., ufque ad 76.

PLUTEO LVIII.

Biblia latina.
Pentatheucus & libri Jofue, Judicum, Regum.
Libri Regum tres.
Libri duo Paralipomenon, Efdræ, Tobias, Judith, Efther, & Job.
Parabolæ Salomonis, Ecclefiaftes, Cantica, Sapientia, Ifaias, Jeremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, Hur. duo libri Machabeorum.
Quattuor Evangelistæ, Epiftolæ Pauli, Acta Apoftolorum, Epiftolæ canonicæ, Apocalypfis.

223



BIBLIO.

BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ
CL. VIRI PATRIS MANSII
INDEX
ALTERÆ PARTIS QUÆ SINISTRA EST
INGREDIENTIUM

PLUTEUS I.

Num. I. ANonymi de vita & morte Galeotti Ruberti de Malateftis. Item opufculum Italicum de ejus miraculis. *Opufcula hæc Sæculo XV. fcripta nullibi præterquam hic extare facile credo. Index ita reformandus, ut hic expreffi.*

Num. V. Ovidii Metamorphofeos cum vetuftis fcholiis, & in fine differtatio de Ovidii ætate. *Ita in indice fcribas.* Codex eft fæculi, ut arbitror XII. adeoque non frequens.

Num. VI. Martialis Epigrammata. *Index recte enunciat.*
In fine legitur.

Hoc opus, o lector, tranfcripfit Petrus Avorum,
Cujus Ceninna eft nomine dicta domus.

Abfolutum eft hoc opus IX. Kal. Septem. 1463.

Num. VII. Evangelium S. Joannis. *Bene in indice.* Codex eft Sæculi XII. adeoque non paffim obvius. Videndum eft an in Cap. VIII. hiftoriam fœminæ adulteræ contineat; id enim, ut ipfe per me confulerem, tunc non fuccurrit.

Num. VIII. Anonymi contra Catharos hæreticos. *Index ita reformandus. Ifte liber, ut credo, nondum typis excufus prodiit.* Scriptus eft Codex Sæculo XIII.

Num. XI. Leonardi Aretini Epiftolæ. *Recte index.* In fine hujus Codicis adnotatur annus, dies, menfis, hora, qua Malatefta Novellus obiit.

PLUTEUS II.

Num. IV. & V. Raimundi fummæ pars prima, & fecunda cum Commentario Anonymi, forte Joannis Teutonici. *Ita reformandus eft Index.*

PLUTEUS III.

Num. I. Speculum juris Magiftri Durandi. Index recte. *In hoc Codice animadvertas quo pretio libri olim emerentur nam in fine legitur.* Anno 1377. die 25. Octobris emi hunc librum pro pretio florenorum XVII. auri.

PLUTEUS IV.

Num. II. Infortiatus &c. *Bene in indice. In fine legas.* Emptus a Francifco de Alaleonibus ducatis LXXX. auri, anno 1430. die V. octobr. *Codex eft Sæculi XIV.*

Num. III. Digeftum &c. Item Bartholomæi de Saxoferrato confilium: *Ita fcribendum in tabella.* Eft Codex fæculi XIV.

PLUTEUS VII.

Num. III. Ariftotelis hiftoria animalium. Recte index. *In fine hæc leguntur, quæ aliquid produnt minus notum.* Explicit &c. cujus Græca (forte a Græco) translatio completa eft anno gratiæ 1260. X. Kal. Januar. Tebis. Ifte liber eft F. de Mantua Medici in Civitate Mantuæ habitatoris, & fuit emptus Paduæ per Magiftrum Petrum de Abano (celebrem Medicum Patavinum) feptem folidis denariorum monetæ venetæ grofforum anno 1309 menfe Septembris. *Codex eft Sæculi XIII.*

PLUTEUS IX.

Num. II. Ariftotelis Methapifica a Beffarione Card: translata. *Ita fcribendum in Indice.* Codex eft Authori fuppar; fed jam typis excufus.

PLUTEUS XI.

Num. V. Paulini Puteolani hiftoria Mundi ufque ad Henricum VII. *Ita reformes Indicem.* Pretium fuum effet hiftoriæ hujus, nifi poftremis foliis manca effet. Auctorem hunc nemo quantum fcio novit. De corpore S. Bartholomæi aliquid habet Romanorum traditioni parum favens. Haberi enim in loco Calabriæ, fcribit. Corpus S. Matthæi Amalphi jacere monet. In præfatione præter Ugonem Flaviacenfem laudat, cujus hiftoriam Labbeus in Bibliot. MSS. vulgavit.

PLU-

PLUTEUS XII.

Num. III. Publius Silius Italicus de bello Punico. Item Valerii Flacci Argonauticon, *Ita reformes Indicem.*
Codex eſt Sæculi XV.

Num. V. Jornandes Gepidarum hiſtoria. Item Pauli Diaconi hiſtoria Longobardorum. *Ita reformes Indicem. Opera ſunt notiſſima, et ſæpe vulgata.* Codex eſt Sæculi XV.

Num. VI. Macrobius in Somnium Scipionis. Item Petrarchæ argumenta Iliadis. Item Colucii declamatio in Lucretiam. Item Avogarii de Orglano Declamationes pro Verona. Item Matthæi de Aureliano Epiſtola de morte Avogarii. Item Anonymi Apologia pro Florentinis contra Pontificem. Item Cicero de optimo genere Oratoris, & Tuſculan. quæſtiones. *Ita ſcribas in Tabella. Priora duo opuſcula ſunt ſæculi XIV. Opuſculum Petrarchæ ignotum eſt eruditis. Reliqua ſcripta ſunt manu recentiori ſæculo XV. Declamatio Colucii non ita paſſim eſt obvia; quamvis ſcitum ſit Colucium Declamationes ſcripſiſſe. Avogarii opera numquam audivi, aut vidi præter hic.*

PLUTEUS XIV.

Num. III. C. Jul. Cæſaris Commentar. cum Hirto. *Ita in Indice. Codicem hunc emendatio vetuſta commendat, nam adnotationem hanc præfert.* Julius Celſus Conſtantinus V. C. emendavit. Eſt tamen Codex Sæculi XV.

PLUTEUS XV.

Num. I. Plutarchi Paralella in latinum converſa. Item Leonardi Aretini Cicero novus. *Ita reformandus eſt Index.* Singularis eſt Codex quod ex eo diſcamus primos latinos interpretes vitarum Plutarchi, tum & ad ſingulas illas vitas ſingulorum Interpretum præfatio legitur, quæ in excuſis non paſſim leguntur. Item Ciceronis vita ab Aretino non ex Plutarco latine reddita eſt, ſed ex variis authoribus compoſita.

Num. II. Ejuſdem Plutarchi pararella reliqua. *Ita reformes Indicem.* Jungi debent vitæ reliquæ Plutarchi, quæ continentur in Codice II. Plutei XVII.

Num. ultimo. Ptolemæi Coſmographia. *Bene Index.* Codicem hunc licet impreſſum in pretio habendum cenſeo, cum ſit inter vetuſtiſſimos in Italia excuſos; prodiit enim Bononiæ anno 1462. per Dominicum de Lapis. Legenda ſunt, quæ adnotantur in fine, ubi homines quidam docti, qui operam ſuam in ea editione adornanda poſuerunt, commemorantur.

PLUTEUS XVI.

Num. II. Hegeſippus de Excidio Hieroſolimæ: Item Valerii Maximi dicta, & facta memorabilia. *Ita reformes Indicem.*

Num. V. Xicci Polentani Patavini de illuſtribus viris, qui latine ſcripſerunt. *Index recte enuntiat.* Opus eſt ineditum; multa ibi nec proletaria de Dante, & Petrarcha.

PLUTEUS XVII.

Num. V. Panegyrici veteres Plinii, Pacati, Mamertini, Nazarii, Eumenii, Incerti Maximiano, Memertini, Eumenii, Incerti Conſtantino. *Ita reformes Indicem.*

PLUTEUS XVIII.

Num. V. Anaſtaſii Bibliothecarii hiſtoria Eccleſiaſtica. Item Chronologia Nicephori ab eodem verſa. *Ita ſcribas in Tabella.* Opus eſt jam editum.

Num. VI. Io Orationes Ciceronis exercitatio Rhetorica. *Deeſt in Tabella.* Codex eſt Sæculi XIV.

PLUTEUS XX.

Num. I. Robertus Valturius de re militari. *Bene Index.* Opus iſtud olim nondum editum credidi; dein vero excuſum in membrana nactus ſum in Bibliotheca Clariſſimi olim viri Franciſci Mariæ Florentini Lucæ. Annum impreſſionis non adnotavi; quare e mente excidit. Cum de militia agit Juſto Lipſio in multis præluſit. Tormenta bellica ignita, dum commemorat, majora quidem non ſilet, minora tacet.

Num. IV. Ugutionis Piſani vocabuliſta. *Ita ſcribendum in Tabella*, niſi forte ita ſcriptum ſit. Opus eſt quidem ineditum, quod tamen in vetuſtis Bibliothecis non raro occurrit. Hic tamen Codex ſcriptum exhibet aliena, ſed vetuſta manu, Uguicio Benivegnæ de Bagnouni fol. co. 139. An hoc nomen ſit emptoris, vel auctoris videant docti. In ſecunda parte Operis, quæ eſt num. V. legimus abſolviſſe illud ſive auctor, ſive ſcriptor anno 1280. Profecto Codex eſt Sæculi XIII.

Num. V. S. Iſidori Hiſpalenſis Etimologiæ. Item S. Auguſtini quædam, ſed apocrypha. Anonymi interrogationes Eccleſiaſticæ. *Ita ſcribas in Indice.* Codex iſte omnium quotquot ſunt in hac Bibliotheca præſtantiſſimus eſt, cum ſcripturam præferat Sæculi IX. Diſtributiones librorum ab editis diſcrepant. Adnotationes habet nonnullas in margine additas manu paulo

lo recentiori, ac præſertim lib. V., ubi duo leguntur Imperatorum Conſtitutiones, quarum priorem deſumit adnotator ex lib. 1. Conſtitutionum. Has leges nuſpiam nactus ſum. In lib. IV. ſunt medicamenta quædam morbis quibuſdam medendis aſſignata, & pedibus adſtricta Oratione deſcripta ſic. *Tu poteris alacrem* (forte acrem) *capitis reparare dolorem* &c. Interrogationes Anonymi in eo valent, quod Librorum S. Scripturæ Canonem exhibent omnino conſulendum. Deeſt Liber Judith, & duo Eſdræ. Sed deligentius, quam ut mihi licuerit, Codex inſpiciendus eſt. Forte enim mihi feſtinanti nonnulla exciderunt. Poſtremum hoc Opus ineditum credo.

PLUTEUS XXIII.

Num. I. Tortellus Commentar. de Orthographia. *Bene Index. Codex ex eo rarus, quod in Membrana excuſus eſt*. Venetiis anno 1471.

Num. II. Papiæ Elementarium. Item vitæ breves Romanorum Pontificum uſque ad Nicolaum I. cum Catalogo reliquorum uſque ad Honorium III. *Ita ſcribas in Indice*. Codex eſt Sæculi XIII.

PLUTEUS XXIV.

Num. I. Priſciani Opera. Item Donatus de Barbariſmo. Carmen ad Senatores. *Ita ſcribas in Indice*. Codex eſt vetuſtus Sæculi, ut apparet, XI., vel XII., & carmen illud eſt auctoris antiqui, & credo ineditum.

Num. II. Varo, & Cato de re ruſtica. *Ita ſcribas in Indice*.

PLUTEUS XXV.

Num. II. Horatii carmina cum Scholiis. *Ita ſcribas in Indice*. Nota in fine Eclypſes annorum 1460. 61. 62.



BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ

DOCTISSIMI VIRI

ANTONII POSSEVINI MANTUANI

SOC. JES.

INDEX.

Cæsenatis Bibliothecæ Codd. Latine, & Græce M. S.

CÆsena in Italiæ Regione, quæ Flaminia dicitur, sita, Bibliothecam habet non incelebrem manuscriptorum Codicum. Ex his Indicem huc adnectimus illorum, qui pertinent ad Sacrum Apparatum. Et licet plerique omnes prodierint e prælis, ii tamen usui esse possunt, & ad recudendos emendatius Auctores, & ad astruendam veritatem, si qua labes in impressos irrepsisset. Porro in adornando brevi hoc indice secuti sumus non Alphabeti seriem, neque praestantiores D. Scripturæ materias, sed locos ipsos ejusdem Bibliothecæ, quibus quisque sub proprio numero locati, facile possint inveniri. Omisimus autem Tractatum quendam, nescio cujus Moysis circa Talmud, & incerti Auctoris librum alterum Hebraice scriptum, eas ab caussas, quas in apparatu nostro Sacro in verbo Talmud attulimus.

Num. I.

Decretum cum Glossa.
Decretales Gregorii.
Bonifacii Textus cum Glossa Joannis Andreæ.
Guido de Baisio super sextum Decretalium.

II.

Innocentius in Lib. Decretal.
Bernardus Compostellanus.
Guidonis de Buisio Tractatus de hæresibus.
Abbatis distinctiones.
Bartholomæi Brixiensis Summa.
Raimundi Summa.

III.

Gulielmi Durandi Speculum juris.
Summa Pisanella.
Summa Monaldi.
Gotfredi Summa.
Confessionale Jo. Theutonici.

XI.

Eusebii Cæsariensis Ecclesiastica historia, & de temporibus.
Paulinus Puteolanus de historia ab origine Mundi.

XV.

Historia Scholastica.

XVI.

Egesippus Hierosolimitanus.

XXVIII.

Quæstiones Theologales incerti Autoris.

XXIX.

Biblia Hebræa.
Pentateuchus Moysis.

XXX.

Gregorii Nazianzeni Opera sacra Græce.
Evangelia Græca.
Basilii Opera Græca.
Idem super Psalmos, & Evangelia Græce.
Joannes Chrysostomus in Psalmos.
Gregorii magni Theologi Homiliæ Græce.
Aegidius de regimine Principum.

XXXI.

Jacobus Mazzonus Cæsenas de triplici hominum vita.
Sanctus Hieronymus de viris illustribus Ecclesiasticis.
Sanctus Ambrosius de Mysteriis, & Sacramentis.
Nicolaus de Lyra in Psalmos.

XXXIX.

Legendæ Sanctorum.
Sermones festivi Virginum.

XLI.

Gulielmi Guare primus, secundus, tertius, & quartus liber.
Quodlibeta Richardi de media villa.
Divi Bonaventuræ tertius Sententiarum.
Abbreviatio supra tribus libris Sancti Bonaventuræ.
Summa Divi Thomæ de causis Dei contra Pelagium.
Quodlibeta Henrici de Gandavo.
Scoti primum, secundum, tertium, & quartum scriptum in Magistrum Sententiarum & quodlibeta.
Lectura Francisci Ord. Minorum.

XLIII.

Tertia pars summæ D. Thomæ.
Idem supra secundum sententiarum.
Ejusdem summa contra Gentiles.
Henrici de Gandavo decem Quodlibeta.

Ejus-

Ejusdem disputationes a sexta, usque ad decimam octavam.

XLIV.

Alexander de Ales super qustuor lib. sent. super primum, & secundum sentent.
Divus Bonaventura super tertium, & quartum seotentiarum.
D. Thomæ prima pars secunda secundæ.

XLV.

Lactantii institutiones.
Boetbius de Consolatione Philosophiæ cum commento.
Textus Magistri Sentent.
Alexandri de Ales prima pars Summæ, & super primum sentent., & ejusdem tertia pars Summæ.

XLVI.

D. Bernardus ad Eugenium.
Ejusdem Epistolæ, & liber Meditationum.
Breviloquium S. Bonaventuræ.
Isidorus Hispalensis de novo & veteri Testamento.
Epistola Samuelis
Cassiodori Epistolæ ad diversos.
Idem in libro de Anima.
Ejusdem Soliloquia.
Ubertinus de Casale super arbore Crucifixi.

XLVII.

Dionisius de Angelica hierarchia.
De Ecclesiastica hierarchia.
De Divinis Nominibus.
De mystica Theologia.
Sermones Leonis Papæ.
Ejusdem Epistolæ.
Sermones Petri Ravennatis.
Eusebius de præparatione Evangelica.
Cypriani Epistolæ.
Hilarius de Trinitate.

XLVIII.

D. Hieron: prima pars, & secunda Epistolarum.
Ejusdem Symbolum de Fide.
D. Ambrosii Sermones cum multis Epistolis ejusdem.
Augustini liber Locutionum.
Beda super proverbia Salomonis.
D. Ambrosius super Cantica.
S. Joannes Chrysostomus de laudibus D. Pauli.
S. Augustinus contra Faustum, & alios.
Idem de Secta Donatistica contra partem Donati.
Ejusdem Enchiridion.
Sermones ad Eremitas.
Contra Julianum, & alios.
Liber Confessionum.

L.

S. Augustinus de Civitate Dei.
Ejusdem Sermones de verbis Domini.
Idem de Moribus Ecclesiæ.
Ejusdem liber de Trinitate.
Epistolarum Liber.

LI.

S. Hieronymi Altercationes contra Luciferianos.
S. Gregorius Papa super Evangelia.
Postilla super Epistolas Pauli.
Postilla super Psalterium.

LII.

Postillæ Magistrales super Job.
Postillæ Magistrales super quattuor Evangelia.
Postilla Michaelis super Psalterium.
Postilla super Lucam.
Postilla Magistralia super Salomonem, & Ecclesiastes.

LIII.

Cyrillus super Evangelium Joannis.
Nicolaus de Lira super Pentatheucum, & Josue.
Idem super Isajam, Hieremiam, Ezechielem, Danielem, lib. Regum, & Job.
Postilla Magistralis super Isjam.

LIV.

S. Ambrosius in Lucam.
S. Gregorii Homiliæ diversæ.
S. Joan. Chrysostomi prima pars in Matthæum.
Remigius in Epistolas Pauli.
Gregorii Papæ lib. 35.
Hieronymus in Matthæum.

LV.

Hieronymus in Isajam.
Super Hieremiam.
Super duodecim Prophetas minores.
Ambrosius super Beati immaculati.

LVI.

Augustini prima Pars super Psalmos, a Psalmo 77., usque ad 150.
Ejusdem Sermones 128.
Idem in Epistolam Joannis.
Originis Breviarium a S. Hieronymo translatum.
Hieronymus super Psalmos centum & quinquaginta.

LVII.

Pars prima Pentateuchi.
Concordantia Bibliæ.
Augustinus super Genesim.
Ejusdem prima pars super Psalmos a primo usque ad 49.
Ejusdem secunda pars a Psalmo 50. usque ad 76.

LVIII.

Biblia latina.
Pentateuchus, & libri Josue, Judicum, Regum.
Libri Regum tres.
Libri duo Paralipomenon, Esdræ, Tobias, Judith, Esther, & Job.
Parabolæ Salomonis, Ecclesiastes, Cantica, Sapientia, Isajas Hieremias.
Baruch, Ezechiel, Daniel, Hur, duo libri Machabæorum.
Quattuor Evangelistæ. Epistolæ Pauli. Acta Apostolorum. Epistolæ Canonicæ. Apocalypsis.

BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ
CL. ET DOCTISSIMI MONTFAUCONII
I N D E X,
CUJUS TITULUS EST.
SELECTA EX BIBLIOTHECA CODICUM MANUSCRIPTORUM
FRATRUM MINORUM
CÆSENÆ,
QUÆ OLIM FUIT MALATESTARUM,
CUJUS CATALOGUM ACCEPI.

Gregorii Nazianzeni Opera pluries.
Basilii Magni Opera.
Xenofontis quattuor Opuscula.
Platonis Dialogi.
Joannis Chrysostomi in Psalmos.
Demosthenis Orationes.
Homeri Odyssea.
Avicennæ Opera.
Senecæ Tragœdiæ.
Aegidius Romanus de regimine Principum.
Galeni Opera diversa.
Isidori Hispalensis Etymologiæ.
Aristotelis problemata.
Guillelmi Placentini quædam.
Almansoris Medicina.
Magistri Thadæi glossæ in Galenum.
Ejusdem Aphorismata.
Averrois Opera quædam.
Hieronymus de Viris illustribus.
D. Thomæ summa, & alia Opera.
Henrici de Gandavo disputationes.
Alexandri de Ales in sententias.
S. Bonaventuræ in sententias.
Lactantii institutiones.
Boetius de Consolatione.
S. Bernardi Opera.
Isidori Hispalensis de utroque Testamento.
Ejusdem Soliloquia.
Cassiodori Epistolæ, & alia.
Leonis Papæ sermones.
Eusebius de præparatione Evangelica.
Petri Ravennatensis Sermones.
Cypriani Epistolæ ad Donatum.
Hilarius de Trinitate,
Hieronymi prima pars. Ejusdem secunda pars Epistolarum.
Item contra Jovinianum. Ejusdem Fidei Symbolum ad Damasum.
Ambrosii Sermones, & alia ejusdem Opuscula.
Augustini liber loquutionum.
Bedæ super Proverbia Salomonis. Item Ambrosii super Cantica.
Joannis Chrysostomi de laudibus Pauli Græce.
Augustini contra Faustum, & alios. Item de secta Donatistarum. Ejusdem Enchiridion, & liber Retractationum.
Ejusdem Sermones ad Eremitas, aliaque Opuscula.
Item contra Julianum, Pelagium, & alios. Item liber Confessionum.
Basilius de moribus Ecclesiæ.
Hieronymi contra Luciferianos.
Gregorii Papæ super Evangelia. Item super Scripturam a Genesi usque ad Zachariam.
Cyrilli Alexandrioi super Evangelium Joannis.
Joannis Chrysostomi in Matthæum.
Remigius in Epistolas Pauli.
Hieronymi Opera multa.
Augustini quædam.
D. Hieronymi Breviarium juxta Psalterium.
(sic) Origenis Breviarium a S. Hieronymo translatum.

Libri Hebraici.

Biblia.
Pentateuchus.
Tractatus Rabbi Moysis super Talmud.
Liber alius Hebraice scriptus.
Avicennæ primus traductus per Hierarchiam.
Aristotelis logica Hebraica.
Liber alius Hebraice.
Julius Firmicus Astronomus. Item Ptolemæus in discretione judicandi.
Seffer Almagesti Astronomia.

Albu-

Albumazar de scientia Astrorum.
Item Zachel Israelita liber judiciorum.

Alii Libri.

Galenus de passionibus uniuscujusque particulæ.
Item Avicenna de Embrione per Valentinum de Forolivio.
Mundini lectura prognosticorum, & relectiones.
Boetii Arithmetica, Musica, & Geometria.
Laurentius Bruzzius de Marescalchia equorum.
Gallus de frigore, tremore, & spasimo.
Item Commentum ad quædam Physicorum Anonymi.
Senecæ Epistolæ.
Liber Arithmeticæ & Geometriæ Gallice scriptus.
Commentaria super Horatium. Item Cornuti Commentaria in Persium.
Horatius Flaccus.
Vitruvius de Architectura.
Cicero de natura Deorum.
Manlius de Astronomia.
Ovidii Metamorphoses.
Priscianus major, & minor, & de accentu.
Terentius Varo de rebus rusticis.
Theophrastus de plantis, & earum causis.
Aristoteles de Animalibus.
Plinius de naturali historia.
Joannes Tortellius Aretinus de Orthographia.
Papias vocabulista Dictionarium.
Catholicon Fr. Joannis Januensis Ord: Prædicati pars prima.
Franciscus Philelphus de jocis, & seriis.
Ejusdem odæ.
Catholicon secunda pars.
Diodorus Siculus historicus.
Magister Omnibonus super Satyras Juvenalis.
Doctrinale Glossarum per Franciscum de Bubis.
Donatus super Virgilii Aeneidos. Item super Terentium.
Robertus Valturius de re militari.
Lucanus Cordubensis Poeta.
Serii commentaria super Virgilium.
Huguccius Pisanus vocabulista.
Isidorus junior de Etimologiis.
Senecæ moralia.
Plinii secundi Epistolæ.
Sedulii carmina. Item parabolæ Salomonis.
Lucretius.
Statius Thebaidos.
Cicero ad Atticum. Ejusdem Orationes.
Virgilii Bucolica, Georgica, & Aeneidos.
Quintilianus de institutione artis Oratoriæ.
Quintus Curtius de gestis Alexandri.
Item Aemilius Probus de excellentibus Ducibus.
Item Frontinus, & Vegetius de disciplina militari.
Ciceronis Opera diversa. Ejusdem Philippicæ, & de Oratore. Item Epistolæ familiares. Item Rhetorica. Ovidius de Ponto, & Achilleis Statii Papinii.
Historia Anastasii Bibliothecarii a Diocletiano usque ad Leonem, qui post Michaelem imperavit a Georgii Theophanis Chronographia succincte capta.
Argumenta super orationibus Ciceronis.
Appianus Alexandrinus de bellis civilibus Romanorum.
Pomponius Mela de situ Orbis.
Alamannus Banuccius in vita Niciæ, & aliorum.
Joannes Boccacius de montibus, silvis, fontibus.
Panegyricus Plinii (ut opinor) ac de aliis Imperatoribus.
Marcianus Capella de Nuptiis Philologiæ, & Mercurii. Item Grammatica, Rhetorica, Geometria, & Arithmetica.
Hegesippus Jerosolimitanus historicus.
Joannes Boccacius de casibus illustrium Virorum.
A. Gelius noctes Atticæ.
Xiccius Polentanus de viris illustribus.
Plutarchi vita Alexandri Magni in latinum traducta per Guarinum Veronensem; Artaxersis per Lapum Castellunculum; Palopidæ per Antonium Tudertinum; Camilli per eundem; Caji Manlii per eundem; Fabii Maximi per eundem; Pompei per Jacobum Angelum...... per Jannotium Maneti civem Florentinum; Timoleonis per Leonardum Justinianum ad Cosmum Medicem civem Florentinum; Cimonis per eundem; Luculli per eundem; Aristidis per Anonymum; Catonis per Franciscum Vandale; Marcelli per Annoymum; Q. Flaminii Martii Coriolani per Guarinum traducta; Ciceronis per Leonardum Aretinum; Demosthenis per eundem. Omnes vitæ 19.
Marci Bruti vita per Jacobum Angelum.
Arati Sicionii per Lapum Castellunculum.
Marci Antonii per Leonardum Aretinum.
Pyrri Regis per eundem; Sertorii per eundem; Guarinus Veronensis transtulit Nisandri Lacedemonis, & Sillæ vitæ ad Illustrem Principem Leonellum Estensem. Francisci Philelphi ad Illustrem Principem Malatestam Novellum Galbæ Cæsaris. Ejusdem ad eundem Othonis. Omnes ex Plutarco vitæ.
Historia Scholastica Petri Presbyteri Trecensis ad Wilelmum Archiepiscopum Senonensem. Historiam complectitur Sacræ Scripturæ veteris, & novi Testamenti.
Svetonius Tranquillus. Item Spartianus, Julius Capitolinus, Vopiscus ab Hadriano usque ad Numerianum.

Justi-

Juſtinus, Florus, Sextus Rufus, Eutropius de rebus geſtis.
Ptolomæi Coſmographia.
Herodotus.
Thucydides per Laurentium Vallam.
Cæſaris Commentarii.
Ammianus Marcellinus.
Paulus Oroſius.
Titus Livius ab Urbe condita. Idem de ſecundo Bello Punico. Idem de bello Macedonico.
Strab. de ſitu orbis, & deſcriptio terræ.
Saluſtius. Item Cornelii Taciti Actorum diurnalium, Hiſtoriæ Auguſti ab annis 21. incluſive.
Diogenes Laertius de vitis Philoſophorum ad Coſmum Medicem per Ambroſium.
Nicolaus Perottus in Polybium Hiſtoricum.
Silius Italicus de primo bello Punico.
Genealogiæ Deorum per Joannem Boccaccium.
Geſta Gothorum, & Longobardorum.
Cicero de Somnio Scipionis. Item declamationes ad Lucretiam Romanam.
Plinii naturalis hiſtoria.
Joſephus de antiquitatibus Judæorum.
Idem de bello Judaico.
Euſebius Cæſarienſis de Eccleſiaſtica hiſtoria, & de temporibus.
Paulini Puteolani hiſtoria ab origine mundi uſque ad ſua tempora.
Aegidius de Roma ſuper libros Phyſicorum.
Burleus ſuper Ariſtotelem uſque in finem Topicorum.
Aegidius ſuper libros poſteriorum.
Magiſter Paulus de Venetiis ſuper librum poſteriorum.
Logica Ocbam.
Albertus de homine.
Beſſarion in novam Methaphyſicæ translationem.
Burleus ſuper libros Phyſicorum.
Albertus Magnus in libros de Anima, & Phyſicorum Ariſtotelis.
Petrus de Creſcentiis de ruralibus commodis.
Liber vetuſtiſſimus, in quo plurima de remediis habentur.
Ellhavii lib. 12. Ejuſdem lib. 4.
Innocentii 4. liber Decretalium.
Beati Roberti Malateſtæ Cæſenæ Principis vita.
Joannis Meſſue Damaſceni de re medica Antidotarium.
Ovidii Opera.
Valerii Martialis Opus.
Iſidori Opus contra Judæos.
Magiſtri Mauri regulæ de urinis & Hipocratis ſecreta.
Epiſtolæ Leonardi Aretini.
Boccacius de montibus, & fluminibus.



BIBLIO-

BIBLIOTHECÆ MALATESTIANÆ
CL. VIRI ZACCARIÆ
INDEX

In Itinere Litterario Pars 2. Capite 4. pag. 94.

IV. AD Pluteos tranſeamus, qui ad lævam ſiti ſunt Bibliothecam ingredientium.

Plut. I. Num. I. Anonymi *de vita*, *&* *Morte Galeotti Huberti de Malateſtis*: italicum præterea de ejus miraculis opuſculum. Codex Sæc. XV. Num. VI. *Ovidii Metamorphoſes* cum veteribus ſcholiis. Accedit in operis calce diſquiſitio quædam *de Ovidii ætate*. Codex ſæculi fortaſſis XII. Num. VII. *Martialis* epigrammata. Quo ſæculo, atque Scriptore exarata ſint, docet adſcripta notatio.

„ Hoc opus, o lector, tranſcripſit Petrus avorum
„ Cujus Ceninna eſt nomine dicta domus.
Abſolutum eſt hoc opus IX. Kal. Septembris 1463.

Num. VIII. *S. Johannis* Evangelium ſæculo XII. perſcriptum. Num. XIII. *Leonardi Aretini* Epiſtolæ.

Plut. II. Num. IV., & V. *Raymundi Summæ* pars I. & II. cum Anonymi, qui fortaſſe Johannes Theutonicus eſt, Commentariis.

Plut. III. Num. I. *Speculum juris* Magiſtri Durandi, emptum olim, ut in fine legitur, a: 1377. die 25. Octobris pro pretio Florenorum XVII. auri.

Plut. IV. Num. II. *Infortiatus*. Emptus fuit hic Codex ſæculi. XIV. a Franciſco de Maleonibus ducatis LXXX. auri anno 1430. die 5. Octobris. Num. III. *Digeſtum* ejuſdem ſæculi XIV. Accedit *Bartholomæi de Saxoferrato conſilium*.

Plut. VII. Num. III. *Ariſtotelis Hiſtoria animalium*. Codex ſæculi XIII. In calce hæc adnotantur. *Cujus Græca* (a Græco) *translatio completa eſt anno Gratiæ MCCLX. X. Kal. Januarii Thebis. Iſte liber eſt F. de Mantua Medici in civitate Mantuæ habitatoris, & fuit emptus Paduæ per Magiſtrum Petrum de Abano celebrem Medicum Patavinum ſeptem ſolidis denariorum monetæ venetæ groſſorum anno 1309. menſe Septembris.*

Plut. IX. Num. II. *Ariſtotelis* Metaphyſica ex Card. *Beſſarionis* latina interpretatione. Codex Sæculi XV.

Plut. XI. Num. V. *Paulini Puteolani hiſtoria mundi uſque ad Henricum VII.* Deſunt in fine non pauca. Conſer Cl. *Tartarottium T. ultimo Rer. Ital. Script.* in Diſſ. *de auctoribus a Dandulo citatis*, & doctiſſimum *P. Manſium in notis ad Fabricii Bibliothecam med. & inf. latin. T. V. p. 206.*

Plut. XII. Num. III. *Pub. Silius Italicus de bello Punico, ac Valerii Flacci Argonauticon.* Codex ſæculi XV. Num. V. *Jornandes rerum Geticarum, & Paulli Diaconi hiſtoria Longobardorum.* Codex ejuſdem ſæculi. Num. VI. *Macrobius in Somnium Scipionis. Petrarchæ argumenta Iliadis*, quod opus addendum ceteris *a Fabricio* recenſis. *Colutii declamatio in Lucretiam. Avogarii de Orglano declamationes pro Verona. Matthæi de Aureliano epiſtola de morte Avogarii.* Anonymi *apologia pro Florentinis contra Pontificem. Cicero de optimo genere Oratoris, & Tuſculanæ quæſtiones.* Priora opuſcula duo ſæculo XIV. cetera XV. perſcripta fuere.

Plut. XVI. Num. II. *Egeſippus de excidio Jeroſolymæ*; *Valerii* quoque *Maximi dicta, & facta memorabilia*. Num. V. Panagyrici veterum *Plinii*, *Pacati &c.* In hoc eodem Pluteo (numerus mihi memoria excidit) extant *Xicci Polentani Patavini de Illuſtribus viris, qui latine ſcripſerunt*, libri XVII., ex quibus quæ ad *Petrarcham*, atque *Albertinum Muſſatium* ſpectant, prodierunt in lucem.

Plut. XVIII. Num. V. *Anaſtaſii Bibliothecarii* hiſtoria Eccleſiaſtica; item *Nicephori* Chronologia ab eodem latine reddita.

Plut. XX. Num. I. *Robertus Valturius de re militari*. Num. IV. *Uguccionis Piſani Vocabuliſta*. Fuit *Uguccio* deinde *Ferrarienſium* Pontifex; de quo vide *Diarium Florentinum eruditorum hominum* (T. II. p. III. pag. 122.) & Cl. *Trombellium* (T. II. Anecdot.). In hoc Codice, qui XIII. ſæculo ſcriptus fuit, legitur fol. 139. alia quam liber reliquus, ſed vetuſta manu: *Uguicio Benivegne de Bagnounii*. Auctoris ne nomen hoc ſit, an ejus qui librum habebat? divinent alii. Sequitur num. V. altera operis pars, quæ abſoluta dicitur anno 1280.

Plut.

Plut. XXIII. Num. I. *Johannis Tortellii* Commentarium *de orthographia* in membranis editum Venetiis a. MCCCCLXXI. Num. II. *Papiae elementarium*; vitae item breves Romanorum Pontificum usque ad *Nicolaum I.*, quas excipit Catalogus sequentium Pontificum ad *Honor. III.*

Plut. XXIV. Num. I. *Prisciani* opera. Donatus *de Barbarismo*. Carmen auctoris antiqui *ad Senatores*. Codex saeculi XII., aut etiam XI. Num. II. *Varro*, *& Cato de re rustica*.

Plut. XXV. Num. II. *Horatii* Carmina cum scholiis. Notantur in calce Eclypses annorum 1460. 1461. 1462.

Nec plura licuit Caesenae adnotare. Pudeat autem dissimulare (quod sane ingrati animi vitium esset, nec satis ingenui) in his ipsis, quae adtuli recensendis adjutum me maxime fuisse indiculo, quem *Malatestiam* Bibliothecam quum ante me lustraret doctissimus P. *Mansius*, contexuerat.

MONITUM

AD LECTOREM.

ME uti debuisse consueto syllabo, & fortasse copiosiore ad menda corrigenda, quae irrepsissent in hoc secundo Tomo, amice Lector, non mediocriter pertimescebam. Ob oculorum debilitatem, qui diutissima infirmitate laborarunt, securitas mihi in ipso Opere elucubrando, dum scribebam, non fuit, neque in ipsa correctione tum maxime cum typis traderetur, facultas ad diligentiam omnem adhibendam, ut sine erroribus in lucem prodiret, queis abesse difficile est factu; nihilo tamen minus hisce circumstantiis talem, tantamque Amici opem mihi adtulerunt, ut satis fortunato eventu votis meis res cesserit. Heic tamen Te monere meum est officium, in Anecdotis praecipue illis, quae scripta ab aliis accepi, praesertim si sermo sit de Catalogis jam cusis; & illis etiam manuscriptis, quorum Exemplaria sub oculos habui, ea tradidisse, quae in illis exarata inveniuntur, ita ut errores Librario, non mihi sint adscribendi. Praeter haec etsi contingat litteram unam pro altera esse substitutam; [hujus rationis non est, quod legitur pag. 51. adnot. d. *sanguine creatus*, cum legendum sit *sanguine cretus*] quaedam vero tamquam erratis succenseri posse, tamen cum significationem verbi nullatenus immutent, & de aliis fieri posse, ut recto telo stare valeant, ab hoc labore abstinendum duxi. Hinc facilius veniam a Te impetraturum confido, si in alia incideris vitiata, Teque oratum volo, ut ea summa tua eruditione emendes, & aequi bonique facias.



IN-

INDEX

Quo singulorum Auctorum Nomina, & Opera in hac Catalogi secunda Parte MSS. Codicum recensita alphabetice sub oculos ponuntur.

Numerus Romanus major Pluteum, Romanus minor Codicem, Littera alphabetica minor Adnotationem, Arabicus numerus paginam designat.

A

B.

C.

D.

fit,

neeam cum ipsius Epitaphio; nec non ejusdem *ad Gallionem de remediis fortuitorum*; *de Beneficiis*; *de Clementia*. Sequuntur *Expositiones* supra dicta Senecæ cum brevi Proœmio. Similiter ejusdem *de naturalibus Quæstionibus* Libri VI. cum sua Præfatione; Tractatus *de quattuor Virtutibus Cardinalibus &c.* Post hæc Opera invenitur Prologus super Epistolas Senecæ Magistri *Gulielmi de Casinis*, qui nondum lucem adspexit. Tandem *Tragœdiæ* Senecæ. Plut. XX. Cod. I. pag. 130. 131. 132. Vide adnot. a. b. c. d. e. f. Ejusdem denuo *Epistolarum ad Lucilium* Libri XXII. Item *de copia Verborum*, quo opusculo caret superior Codex. Plut. XXVI. Cod. v. pag. 173.

Lucii Junii Moderati Columellæ *de re rustica*. Libri XII. Plut. XXIV. Cod. II. pag. 157.

M.

Macrobii Ambrosii Commentarius in Somnium Scipionis. Quæ ibi describuntur, non sunt parvi facienda. Plut. XII. Cod. vi. pag. 64.

M. Catonis *de re rustica*. Plut. XXIV. Cod. II. pag. 157.

M. Fabii Quintiliani *Institutiones Oratoriæ* Libri XIII. Hæc Librorum distributio nihil novi exhibet, ut ex lectione dignoscitur. Plut. XIX. Cod. iv. pag. 125., & 126. adn. l.

M. Terentii Varronis *Rerum rusticarum*, *& de agricoltura*. Plut. XXIV. Cod. II. pag. 157. adnot. b., & præcipue c., quæ Codicis præstantiam demonstrat.

M. Tullii Ciceronis *de optimo Oratore*, *& de Academicis*. Plut. XII. Cod. vi. pag. 72. -- Ejusdem *Tusculanarum Quæstionum* Libri V., *de finibus bonorum*, *& malorum* Libri V., *de divinatione* Liber unus, cum Codex careat Libro I. Ejusdem *de Natura Deorum* Libri III., *de senectute*; *de amicitia*; *de officiis* Libri III. Ejusdem *de Paradoxis*; *de Academicis*. Sequitur Opus in Indice, & tabella Pluteo affixa inscriptum *ad Hortensium*; sed error est, cum sit Ciceronis *Lucullus*; *de legibus*; *de essentia Mundi*; & tandem *de Fato*. Plut. XVIII. Cod. I. pagg. 109. 110. 111. adnot. a. -- Ejusdem Orationes *in Verrem*, & *Philippicæ*. Plut. XVIII. Cod. II. pag. 111. Item *Epistolarum familiarium* Libri XVI. Plut. eodem Cod. III. pagg. 112. 113. 114. adnot. b. c., & præcipue d. Ejusdem *de Inventione* Libri II.; deinde *ad Herennium Rhetoricorum* Libri V. Ejusdem Orationes *in Catilinam*. Plut. XVIII. Cod. IV. pag. 114. Similiter *Epistolarum* lib. I. *ad Brutum*: *ad Q. Fratrem* Libri III. Ad finem horum Librorum sequitur Epistola Ciceronis *ad Octavianum*. Ejusdem Epistolarum Libri *ad Atticum*. Plut. XIX. Cod. I. pag. 119., & 120. adnot. a. b. -- Ejusdem *Orationes* num. XXXI. pagg. 120. 121. 122. adnot. d. e. f. Tandem *de natura Deorum* Libri III. & *Paradoxorum*. Plut. XXV. Cod. iv. pag. 164.

M. Manlii Poetæ *Astronomicon* Libri V. Plut. XXV. Cod. v. pag. 164., & 165. adnot. d.

M. Valerii Martialis *Epigrammatum* Libri omnes, ut in Editionibus. Post ultimum librum sequuntur alia Epigrammata. Plut. I. Cod. vi. pag. 7. adnot. e.

Marsilii Doctoris *Quæstiones*: *Utrum compaternitas contrabatur per Procuratorem &c.* Plut. II. Cod. iv. pag. 25. adnot. p.

Mauri Magistri *de Urinis*. Ejusdem Tractatus *de passionibus oculorum*; *de vulneribus*, *quæ fiunt in collo ense*, *& cura eorundem*; *de vulneribus*, *quæ fiunt in catena gulæ*. Plut. I. Cod. ix. pag. 12.

Martiani Minei Capellæ *de Nuptiis Philologiæ*, *& Mercurii*, *deque artibus liberalibus* Libri IX. cum Remigii expositione. Plut. XVI. Cod. I. pagg. 94. 95. 96. adnot. a. b. c. d. e.

Miscellanea opusculorum *de re medica* Magistri Joannis Stephani, Raymundi de Bezotis, Solonii, Joannis de Sancto Amando, Gualteri, Ricardi, Ægidii, aliorumque. Plut. VI. Cod. v. pag. 39. adnot. d. e. f. g. i. l.

Moysis Majemonidis tertius, & quartus tantummodo Liber hebraice scriptus *de Lege Judaica*, ex iis quattuordecim, ex quibus totum Opus componitur appellatum etiam *Manus Fortis*. Indicantur omnia quæ continentur in illis, & præferunt titulos hebraicos. Sunt etiam observationes quædam ad varia dilucidanda. Plut. XXIX. Cod. III. pagg. 191. 192. 193. adnot. f. g. h. i.

Mugameth filii Zachariæ Rasis *de Arte medica*, *& Dicta Prædecessorum*. Hoc Opus medicinæ artis appellatur *Ellavii*, quod vocabulum apud Arabes idem significat. Auctor Prologi, & versionis ex arabico in latinum est anonymus. Plut. V. Cod. I. pag. 33. Ejusdem Libri IV. Plut. eodem, Cod. II. Item ejusdem Operis Lib. VIII., dein *Tractatus* ipsius Auctoris de *Synonimis*, *de Ponderibus*, *& mensuris incognitis Medicinæ* cum suo Proœmio. Plut. eodem, Cod. III. pag. 35.

Mundini Magistri Expositiones Galeni *de Pronosticis*; *de morbis acutis &c.*, *de regimine morborum acutorum*. Plut. XXVII. Cod. v. pag. 179., & 180. adnot. h.

N.

Nicolai Fratris Ordinis S. Francisci *Tractatus de vita*, *& morte Religiosi viri Ruberti Galeotti Malatestæ Tertii Ordinis S. Francisci Principis Arimini*. Plut. I. Cod. I. pag. 4. adnot. b. Quamvis suppresso Auctoris nomine in Codice hic Tractatus exiftat, nihilo tamen minus Nicolaum ipsum Auctorem esse, demonstratur, dum inter Anecdota Tractatum hunc luce donavimus cum ipsius Beati miraculis

Vitis Niciæ Atheniensis, Crassique per Allemannum Renuccinum *ad Petrum Medicem* cum ejus Epistola. Aliæ a diversis Versionum Auctoribus sua gaudent Præfatione. Postrema, quæ est Vita Eumenis Cardiani caret Procemio, & Inscriptione. Plut. XVII. Cod. III. pagg. 103. 104. 105.

Polibii *Historiarum* Libri V. a Nicolao Peroto in latinum redditi. Plut. XII. Cod. II. pag. 64. adnot. c.

Pontificum Romanorum Vitæ breves usque ad Nicolaum I. cum Indice postea reliquarum usque ad Honorium III. Plut. XXIII. Cod. II. post Opera Papiæ. Has vitas adamussim, uti reperiuntur in Codice, inter Anecdota dedimus, pagg. 252. 253. 254. 255. &c. cum suis observationibus, & nonnullis variis Lectionibus, cum Titulo, quem præferunt. Observandum, quod dum Vignolii in iis quandoque testimonia protulimus, scriptum hoc nomen fuit *Vigniolius*, cum tamen scribendum foret *Vignolius*.

Prisciani Opus Grammaticum distinctum in XVIII. Libros cum Scholiis. Plut. XXIV. Cod. I. pag. 156. adnot. a.

Ptolemæi *de judiciaria Astrologia*. Plut. XXVII. Cod. III. pag. 176. post Almanforis Aphorismata.

Publii Silii Italici *de Bello Punico* Libri XVII. Plut. XII. Cod. III. pagg. 65. 66. adnot. f. h.

Publii Virgilii Maronis Opera. Sub initium aliqua de ejus Vita, & Testamento, & versus exibentur de Virgilio. Opera sunt *Bucolicon* Liber; *Georgicorum* Libri IV.; Libri XII. *Æneidum*. Plut. XIX. Cod. III. pagg. 123. 124. 125.

Q.

Quinti Curtii Rufi *de gestis Alexandri Maced.* Desunt primi duo Libri. Decem itaque Libri in eo reperiuntur. Plut. XIX. Cod. V. pag. 127., & 128. adnot. n.

Quinti Horatii *Commentarii* in ejus Opera sine Auctoris nomine cum brevi Horatii Vita. Ast in Editione Parisiis curata anno 1519. eorum Auctorem invenimus, & indicamus Plut. XXV. Cod. I. pag. 161., & 162. adnot. a., & b. non sunt parvipendendæ. Ejusdem Horatii Carmina cum Scholiis, quorum specimina damus, nonnullorumque notamus Auctores. Plut. eodem. Cod. II. pag. 163., & 164.

R.

Rab. Abraam Hannassi, idest *Principis Tabulæ Astronomicæ*. In descriptione Tabularum multi indicantur Tituli. Plut. XXIX. Cod. IV. hebraice scripto; pag. 193., & 194. adnot. l.

Ràfched Aben *Conflatorium Argenti intelligentiæ &c.* hebraice versum a Jacobo Bar Scimson, Bar Antolio Philosophiæ, ac Astronomiæ Professore, & continet Logicales Institutiones declaratas secundum Aristotelem. Præfationem exhibet valde eruditam, & Opus in quatuor Libros est distributum, reique notantur, de quibus in iis verba facit. Plut. XXVIII. Cod. II. pagg. 183. 184. 185. 186. adnot. d. e. f. g.

Raimundi *Summa* pars prima, secunda, & tertia cum Commentario fortassis Joannis Teutonici. Plut. II. Cod. IV. pag. 22. adnot. I. Ejusdem *Summa* denuo; sed nonnulla observatu digna, quæ in superiori Codice non occurrunt. Plut. eodem. Cod. V. pag. 26.

Reginaldi Fratris Minoritæ, *Summa Canonum*. Plut. III. Cod. III. pag. 28.

Roberti Valturii *de re militari* Libri XII., cum suo Elencho, & Indice non solum rerum notabilium, verum etiam rerum, de quibus singulis in Libris agitur. Præcedit ipsius Præfatio *ad magnificum Sigismundum Malatestam splendidissimum Ariminensium Regem*. Non desunt Schemata bellicorum instrumentorum suis in locis posita, ibique declarata. Hic Codex a multis Scriptoribus celebratur. Plut. XXI. Cod. I. pag. 138. adnot. a.

S.

Sacræ Scripturæ Libri duo *Regum* hebraice scripti, qui juxta Uulgatam nostram tertium, & quartum Librum constituunt. Specimen illius grandiusculi characteris, & quadrati exhibemus. Plut. XXVIII. Cod. III. pag. 187. Vide adnot. h. -- Sacra Scriptura hebraice scripta veteris Testamenti *Legis* scilicet, *Prophetarum*, & *Agiographorum*. Solus Pentateuchus dividitur in tot *Parasc'oth*, idest *Sectiones legales*. Invenitur Masorà major, & minor, & Masorarum ornamenta sunt curiose observanda, quæ in descriptione indicantur. Observemus velim Collectionem omnium Textuum Bibliorum juxta variam Lectionem celeberrimarum Scholarum penes Hebræos, sicuti spectandus est Librorum Canon sequens in Codice, & a nobis exhibetur. Vide in Textu Versionem Epigraphis eruditissimi D. Bernardi de-Rossi. Plut. XXIX. Cod. I. pag. 188., & 189. adnot. a. b. c. -- Sacræ Scripturæ *Lex*, *Lectiones Propheticæ*, & *quinque Volumina* hebraice exarata. Tres sunt Partes, ex quibus componitur, nempe ex *Parasciotb*, *Aphtaroth*, & *Maghilotb*, ut Judæi appellant. Plut. XXIX. Cod. II. pag. 190., & 191. Vide in adnot. d. Codicum S. Scripturæ hisce in duobus Pluteis existentium judicium Cl. Kennicotti. & Beroardi de-Rossi, nec non adnot. e.

Sallustii *de Conjuratione Catilinæ*. Ejusdem *de Bello Jugurthino*. Plut. XIII. Cod. V. pag. 75., & 76. adnot. g.

Sedulii Presbyteri *Opus Paschale* cum Prologo eju-

ejusdem. Deinde *Veteris & novi Testamenti* collatio. Tandem Hymnus Jambicus dimeter *de Christo*. Pluteo XX. Cod. III. pag. 134., & 135. Confer attente, quæ de *Turtio Rufino Asterio* leguntur in Codice, qui cartulas dispersas Sedulii collegit, adornavit, evulgavitque adnot. i.

Servii Commentarii in *Bucolicam*, *Georgicam* & *Æneiadem Virgilii*. Plut. XXI. Cod. III. pag. 140. adnot. e.

Sereni Sammonici *de morbis a capite ad pedes*: metrice scriptus est liber. Plut. XXV. Cod. v. post Manlii Poetæ Opus: pag. 165. adnot. e.

Sextus Decretalium cum Commentariis Joannis Andreæ. Plut. II. Cod. vi. pag. 26.

Sexti Julii Frontini *Strategematicon* Libri IV. Plut. XIX. Cod. v. post Opus Æmilii Probi pag. 128.

Sexti Ruffi *de rebus gestis Populi Romani*. Plut. XV. Cod. v. post Lucii Annæi Historiam pag. 92.

Statii Papinii *Achilleis*. Plut. XVIII. Cod. iv. pag. 115. adnot. g.... Ejusdem *Thebaidos* Libri XII. Plut. XX. Cod. v. pag. 136., & 137. adnot. l. m.

Strabonis Cappadocis *de situ Orbis*, *Terræque descrip.* Versio est Guarini Veronensis. Plut. XIII. Cod. iv. pag. 74., & 75. adnot. c. d. e.

Svetonii Tranquilli *de Gestis XII. Cæsarum* Libri XII. Post duodecimum, & ultimum librum tres sequuntur Versus. Dein succedit Synopsis rerum gestarum ab Imperatoribus Romanis, quæ *Historia Augusta* appellatur. Plut. XV. Cod. iv. pag. 90., & 91. adnot. l. m.

Svisseth Anglici *Calculationes* Plut. IX. Cod. vi. pag. 47.

T.

Terentii *Comœdiæ*, & *Commentarii* sine Auctoris nomine. At Commentarios Donati esse existimamus. Plut. XXII. Cod. v. pag. 149. adnot. e.

Theophrasti *Historia Plantarum* in latinum redditа a Theodosio Thessalonicense. Plut. XXIV. Cod. III. pag. 158., & 159.

Thomæ Anglici Magistri *Quæstiones* in Libros Physicorum. Plut. VIII. Cod. II. pag. 43. adnot. a.

Thomæ (S) de Aquino *Scriptum in Aristotelis Metaphysicam* Libri XII. Plut. VIII. Cod. III. pag. 43.

Thucydidis *Historia Belli Peloponensium & Atheniensium* Libri VIII. Ex Proœmio dignoscitur latinam Versionem hanc elaboratam esse a Laurentio Vallense. Plut. XIV. Cod. II. pag. 80. adnot. c.

Titi Livii *Historiarum Romanarum ab urbe condita* Libri X. Plut. XIII. Cod. I. Ejusdem, *de Bello Punico* Libri X. Cod. II. Plut. eodem. Item *de Bello Macedonio* Libri IX. Plut. eodem Cod. III. pag. 73. adnot. a.

V.

Valerii Maximi *Dictorum*, & *Factorum memorabilium ad Tyberium Cæsarem* Opus. Plut. XVI. Cod. II. pag. 97. post Hegesippi Historiam adnot. g.

Ubaldi, sive Hucbaldi *de armonica Institutione* Liber. Plut. XXVI. Cod. I. post Oddonis Tractatum: pag. 170., & 171. adnot. f.

Vegetii *de Disciplina militari* Lib. IV. Plut. XIX. Cod. v. pag. 129. adnot. o. p.

Uguicionis Pisani *Vocabulista*. Plut. XXI. Cod. iv. pag. 141.

Vitruvii *de Architectura* Libri X. Plut. XXV. Cod. III. pag. 164.

X.

Xicci Polentani *de Scriptoribus Latinis* Libri XVIII. cum Auctoris Præfatione, cujus initium & finem cum peculiari Scriptorum indice damus. Plut. XVI. Cod. v. pagg. 98. 99. 100. adnot. i. l.

Z

Zehel Israelitæ *de Astrologia judiciaria*, & ejus *Aphorismata*. Habentur Tabulæ ortus, & occasus fixarum: & binæ Tabulæ proportionum. Plut. XXVII. Cod. III. ad finem: pag. 177.

Zerachiæ Ben Isaac Asfephardi, idest *Hispani* Versio ex arabico in hebraicum sermonem Operis Abù Ali Bin Sina *de rebus universalibus ex Scientia medica*. Versionis Auctor suam præmittit Præfationem, & eum adcalcem, tum ad margines Versio ornata est Commentariolis. Plut. XXVII. Cod. I. pag. 181., & 182. adnot. a. b.


Tandem *Vita Dominici Malatheſtæ* Novelli Cæsenæ Principis, & Bibliothecæ Conditoris a Nicolao Masinio II. Physico elucubrata primum typis excusa ad finem Anecdotorum pagg. 270. 271. 272. &c., cum suis adnotationibus, & aliquibus monumentis in laudem ipsius Principis.

Quæ ad sequentes quattuor Tabulas pertinent, in Præfatione describuntur.




TAB.

Tabula I.




Benedictus [illegible] sc.


Tabula II.



2.



3.




4.



Benedictus Erede sc.


6.



5.




um 0. 10. 20. 30. 40. 50. 60. 70. 80. 90. 100. Romanorum.




3. Romanorum

8.



9.




Scala Palmor. 0. 2. 4. 6. 8. 10. 12. Romanorum

Benedictus Eredi sc.

10.


ELEPHAS INDVS
NON·TIMET

11.


MALAT·NOVEL·PAND·F·MALAT·NEP·DEDIT
MATHEVS NVTIVS
FANESI·EX·VRBE CREAT·
DEDALVS ALTER OPVS
TANTV·DEDVX·AD VNG·



